DECISIONVM CONSISTORII SACRÆ REGIÆ CONSCIENTIÆ REGNI SICILIÆ,


LIBER SECVNDVS:

DON GARSIA MASTRILLO,
Cæſarei Pontificiiq; Iuris Doctore, in eodem ſupremo
Tribunali Iudice, Regioq; S. Regij
Conſilij Conſiliario

AVCTORE.

Quibus acceſſerunt nouiſſimè Clariſſimorum Doctorum Allegationes, & Subſcriptiones ad unicum Reſponſum pro Matre Authoris Aloyſia, contra eius Vaſallos, in calce primæ Partis impreſſum.

Cum Summariis, Argumentis, ac Indice rerum omnium notabilium locupletiſſimo.



SPIRÆ NEMETVM,
Ex officina typographica Heliæ Kembachij,

ANNO M. DC. XV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Admodum

REVERENDO, CLARISSIMO, ET CONSVLTISSIMO VIRO, DN. GEORGIO Pröbſtlen/J. U. DOCTORI,

Cathedralis Eccleſiæ Spirenſis Laurentiano, nec non fabricæ Præfecto digniſſimo, Dn. & Patrono ſuo ſummè colendo.

QVamuis jus noſtrum, Reuerende, & Clariſſime Domine Patrone, quod, Juſtiniani tempore; imperfectum & confuſum videbatur, auxilio diuino cooperante, ab eodem, electis viris glorioſiſſimis, tam doctrinâ legum, quam rerum experientiâ, ſtudioq; Reipublicæ indefeſſo, & laudabili propoſito pollentibus, in vnum Corpus ſit redactum, vt quilibet ſeruorum legalium, quid quaq; in re iuſtum, iniuſtum, æquale, inæquale ſit, ratione & ſtudio perueſtigare, idemq; exquiſitum & cognitum ſcienter reddere, in vſum fori publicum educare, omnibusq; rerum humanarum actionibus, cum publicis, tum priuatis, recte atq; æquabiliter accommodare diſcat; hoſce tamen libros cauſarum negotiorumq; omnium deciſionibus ſatis eſſe, multi non proletariæ eruditionis viri improbant: Nemo, inquit, Magnus Alciatus, & Iureconſultorum, & Poëtarum decus, ciuilis profeſſionis eruditus eſt, qui apertiſſime non videat, innumerabiles dubitationes, ex facto oriri, quas niſi omnino Oedipus is ſit, ex harum legum ſylua decidere ne vnus poſſit. Certum enim & indubitatum eſt, leges vniuerſaliter eſſe latas, & homines ad obedientiam, ſub pœna transgreſſionis conſtringere, nec omnes particulares actiones, quæ quandocunq; euenire ſoleant, poſſe perſequi: Ideo, quia diuerſæ ſunt Rerumpublicarum formæ, ad quarum vtilitatem leges, & iura ſunt accommodanda, fieri aſſolet, vt leges generales, ad ſpeciales circumſtantias, pro cuiusq; loci vtilitate, conditione, & natura, alijsq; ſimilibus reſtringantur, imò ſi nimis barbaræ, vel illis temporibus minus accommodatæ, mutentur. Inde factum eſt, vt multis in locis, tam multorum Principum ordinationes, conſtitutiones, tam multæ leges

municipales, tam varia ſtatuto ſtyloq; introducta, tam multa tacito populi conſenſu ſuborta, & confirmata, quæ omnia legum authoritate & potentia niterentur. Hinc quoque adoleſcentes auguſtiſsimum Themidos Romanæ templum ingredi feliciter cupientes, rem acu, quod dicitur, tetigiſſe, ſibi perſuadent, quando legum fontibus relictis, ad Commentatores, quos

Scribendi -- agit inſatiabilis ardor,

confugiunt, ibiq; cum fructu conuerſari de ſe gloriantur, male, necne? aliorum ſit iudicium, certe a me hic non

Expectabitur amplior Senatus.

Hoc tantum dico, Deciſiones Iureconſultorum, (quarũ numero ferè CV. in manibus hodie habentur, his ſi Concluſiones, Quæſtiones, Reſolutiones. Obſeruationes, addideris, ſummam excreſcere, nemo, niſi TIRESIAS, *non videt.) in quibus breuitate mira diſcordantes Doctorum opiniones, & materiæ in vtramq; partem, qua ad veritatẽ eliciendam nulla via certior eſt, diſputantur, & poſtea ſententiâ determinantur, alteram iuriſprudentiæ noſtræ partem* PRAXIN *nempe, quæ vera legum intellectrix, & enucleatrix eſt, ſine qua Iureconſultus, quacunque etiam theoretica doctrina polleat, dimidius tantum eſt Iureconſultus, vtpote qui ſtudia ſua ad finem non perducat, multum iuuare, earumque autores, vti veræ non ſimulatæ Philoſophiæ Antiſtites, qui curſum ſuum, ad vtiliſsimam, optimam, & expeditiſsimam iuſtitiæ & veritatis eruendæ normam dirigere ſolent, in magno pretio habendos eſſe. Cum itaque, hiſce & alijs motus, ſuperiori tempore primam partem Deciſionum Don Garſiæ Maſtrilli, IC. haud poſt emi, ære ſtãnoq; proprio typis diuulgarem, etiam alteram partem, meis impenſis, ponderata operis perfectione, priori coniungere, T. R. D. ea, qua par eſt, animi obſeruantia, dedicare, & ſub R. V. nominis commendatione & patrocinio, in lucem emittere duxi, certa ſpe fretus, R. V. D. hunc prælorum meorum fructum (aliter enim obſeruantiam erga R. T. D. planam facere, officium prohibet) in meliorem partem accepturam. Quod vt faciat, atque ea magni Mecœnatis munere fungi dignetur, & mihi viciſsim beneuolentiæ ferentes Eteſias adſpirare placide permittat, quàm poſſum ſtudioſiſsimè contendo. Quod ſupereſt, R.T.D. benedictioni diuinæ commendans, eam & feliciſsime, & diutiſsime valere, & viuere votis omnibus, etiam atque etiam cupio, atque exopto. Spiræ 23. Martij. An. 1615.*

R. T. D.

Obſeruantiſs.

Helias Kembach. Bibliop. Spirenſ.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
ARGVMENTORVM
omnium Deciſionum.

Deciſio CI.

Sententia lata contra minorem, cuius tutor habuerat terminos, quando ſit nulla.

Deciſio CII.

Conſanguineus emendo, an excludatur à iure congrui ſibi competente.

Deciſio CIII.

Cenſus conſtitutus in contractu dotali, donec ſolvatur dos, an dicatur iuxta formã Bullæ.

Deciſio CIV.

Occidens foriudicatum proditoriè, vel odio privato auferendo veſtes, an debeat puniri.

Deciſio CV.

Feudum qualiter præſumatur, & quando res feudalis poſſit reintegrari.

Deciſio CVI.

Vſura an detur in contractu locationis.

Deciſio CVII.

Dos de paragio an poſſit aſcendere ad totam portionem ſi ſint plures filiæ.

Deciſio CVIII.

Plures conventi an teneantur conſtituere unũ procuratorem.

Deciſio CIX.

Excuſſio an requiratur in iudicio hypothecario pro cauſa dotis.

Deciſio CX.

Reſtitutio in integrum an competat Confraternitati adverſus tres ſententias conformes.

Deciſio CXI.

Pactum adiectum in contractu locationis, quod circa damna, & intereſſe credatur iuramento conductoris, an extendatur ad lucra ceſſantia, & damna emergentia.

Deciſio CXII.

Relevium competens fiſco regio ſuper feudis in ſucceſſione tranſverſalium, an debeatur deductis oneribus, & quid in fructibus ob non petitam inveſtituram.

Deciſio CXIII.

Clericus in minoribus, quando gaudeat privilegio fori.

Deciſio CXIV.

Iuriſdictio, ac ius paſcendi, & alterius ſervitutis, quanto tempore præſcribantur, & quando res dicatur de Regio Demanio.

Deciſio CXV.

Vtrum legato cenſu iuxta formam Bullæ teſtatori debito, penſiones decurſæ pertineant ad hæredem, vel legatarium.

Deciſio CXVI.

Terminus ad conſulendum abſentem, quando concedi debeat procuratori, & quid in curatore.

Deciſio CXVII.

Cauſa feudalis, an dici poſſit, ſi agatur actione perſonali ex aliqua conventione ad feudum, & quid in actione hypotecaria.

Deciſio CXVIII.

Ius competens de futuro, an poſſit deduci in iudicium.

Deciſio CXIX.

Creditor prætendens ius offerendi, an teneatur depoſitare pretium cum intereſſe, & an anterior in capitali ſit anterior in interuſuriis.

Deciſio CXX.

An per ſecundum decretum interpoſitum pro parte crediti, extinguatur actio quo ad reſiduum.

Deciſio CXXI.

Venditio rei ſtabilis minoris, quãdo ſit valida & an

Digitized by Google

& an filij poſiti in conditione ſint vocati.
Deciſio CXXII.
Exequutio an poſſit fieri contra fideicommiſſarium ſtante Ritu Regni.
Deciſio CXXIII.
Vxor in bonis mariti, ſeipſum ſuffocantis, an excludat Fiſcum.
Deciſio CXXIV.
Liberatio facta tutori per teſtatorem, an extendatur ad dolum? & quid ſi ſit præſumptus, & an tutor teneatur ad uſuras uſurarum.
Deciſio CXXV.
Sententia, quando ſit nulla pendente articulo diſſenſus, ſi petitio erat obſcura.
Deciſio CXXVI.
Fideiuſſor de detinendo pecuniam loco depoſiti, & reſtituendo ad omne Curiæ mandatum ad inſtantiam vnius, an teneatur redepoſitare ad inſtantiam alterius.
Deciſio CXXVII.
Sententia lata pendente declinatoria fori, an ſit nulla.
Deciſio CXXVIII.
Emphyteuſis donata Eccleſiæ, an incidat in commiſſum, & quando debeatur æſtimatio.
Deciſio CXXIX.
Iudex in articulo tangente aliquo modo merita cauſæ, an poſſit eſſe iudex in eadem cauſa deciſo articulo.
Deciſio CXXX.
Canonicus Doctor, an præferatur alteri canonico non Doctori, & prius Sacerdoti.
Deciſio CXXXI.
Litiſconteſtatio an requiratur in cauſis ſummarijs, & quid in feudalibus & an fieri poſſit per maritum in cauſa vxoris.
Deciſio CXXXII.
Teſtamentum patris ſolemniter confectum, & notario traditum, ſi ab eo recuperatur, & apertum, diſſutumque reperiatur penes patrem, an inter liberos valeat?
Deciſio CXXXIII.
An in petitione intentata contra diverſas perſonas, procedi debeat vnico libello.
Deciſio CXXXIV.
Reſtitutio in integrum an competat univerſitati, quæ ſuccubuit in cauſas polij de recenti.
Deciſio CXXXV.
Inter Bancherios, an detur ſocietas, etſi mortuo uno ex ſociis, fideiuſſores ſint liberati.
Deciſio CXXXVI.
Reconventio, an admittatur in cauſa appellationis.
Deciſio CXXXVII.
Sententia lata contra mortuum, an ſit valida.
Deciſio CXXXVIII.
Privilegium Magni Admiratus, an obſtet, ne continentia cauſæ dividatur.
Deciſio CXXXIX.
Pragmatica prohibens venditionem frumenti vltra certum pretium, an procedat in vendente farinam.
Deciſio CXL.
Locationis contractus, an poſſit reſcindi ob metum, vel læſionem.
Deciſio CXLI.
Cenſus conſtitutus per plures dies ſuper unico prædio, an ſit validus.
Deciſio CXLII.
Reſtitutio dotium, an peti poſſit in caſu vergentiæ ad inopiam mariti? & an detur via exequutiva ex contractu matrimoniali.
Deciſio CXLIII.
Cenſus alienatus, à quo redimi debeat, à primo, vel ſecundo emptore.
Deciſio CXLIV.
Donatio facta filiæ ſpuriæ per patrem ſacerdotem, an ſit valida.
Deciſio CXLV.
Pœna impoſita per Regiam Pragmaticam contra non revelantes, & vendentes frumentũ ultra pretium taxatum, cui applicetur in terris vaſallorum, Fiſco Regio, an Baronali, & aliis inveſtitis de mero, & mixto imperio.
Deciſio CXLVI.
Vſufructuario an competat via exequutiva ex pacto inito cum teſtatore, pro defenſione uſusfructus.
Deciſio CXLVII.
Vaſallorum remiſſio ad Barones, quando deneganda ſit non obſtante mero, & mixto imperio.
Deciſio CXLVIII.
Fructuum in retractu, quando competant, ſi depoſitum non fuerit integrum.

Deciſio

Digitized by Google

INDEX.

Deciſio CXLIX.
Laudemium quando debeatur pro emphyteuſi in dotem conſtituta per patrem.

Deciſio CL.
Cenſus iuxta formam Bullæ, an poſſit conſtitui ſuper rebus recuperandis, & quando non facta ratificatione iuxta formam pacti ſit validus.

Deciſio CLI.
Ad intellectum Prag. Regiæ de Recuſationibus Iudicum.

Deciſio CLII.
Filius, quando dicatur naturalis, & ſucceſſibilis ex teſtamento patris.

Deciſio CLIII.
Legatum factum pro maritagio, an debeatur pro monachatu.

Deciſio CLIV.
Tertius pro ſuo intereſſe, an ſolvendo canones non ſolutos, admittatur ad recuperandum rem emphyteuticam ad dominum devolutã.

Deciſio CLV.
Ad intellectum Prag. 3. & 4. de ictu ſclopetæ.

Deciſio CLVI.
Conſiliarij an ſint immunes à gabellis.

Deciſio CLVII.
Agens via ordinaria, an ſibi præiudicet in exequutiva? & quid in reo præveniente via ordinaria.

Deciſio CLVIII.
Prohibita appellatione, an cenſeatur prohibita reviſio.

Deciſio CLIX.
Clericus notarius ob falſitatem, an poſſit puniri à iudice laico.

Deciſio CLX.
Emptor quando poſſit ſibi retinere pretium rei emptæ, ſi immineat evictio, & quid præſtita fideiuſſione.

Deciſio CLXI.
Minor an poſſit foriudicari.

Deciſio CLXII.
Condemnatus in Syndicatu, an poſſit datis fideiuſſoribus relaxari.

Deciſio CLXIII.
Pater an teneatur dotare filiam, quæ nupſit indigno.

Deciſio CLXIV.
Damnum datum ab hoſtibus, an debeat emendari de publico.

Deciſio CLXV.
Vita, & militia an poſſit confiſcari.

Deciſio CLXVI.
Appellatio deſerta, an operetur, quid appellans dicatur acquieviſſe ſententiæ latæ.

Deciſio CLXVII.
Condemnatus perpetuo ad remigandum ſuper triremibus, an ſit inſucceſſibilis.

Deciſio CLXVIII.
Statutum puniens abſcindentem membrum, an procedat in abſcindente digitum.

Deciſio CLXIX.
Immunitas Eccleſiaſtica, an poſſit renunciari per confugientem ad Eccleſiam.

Deciſio CLXX.
Teſtes inſtrumentarij, quando fidem faciant contra notarium ad torquendum.

Deciſio CLXXI.
Tertius poſſeſſor rei emphyteuticæ, an teneatur ad canones præteriti temporis, quo ipſe non poſſidebat & quid in Laudemio.

Deciſio CLXXII.
Succeſſor in feudo, an poſſit appellare à ſententia lata contra Baronem non obſtante lapſu inſtantiæ, & quid in Reviſione.

Deciſio CLXXIII.
Reſtitutio in integrum, an competat adverſus ſententiam immunitatis à muneribus ex cauſa militiæ, & quando Milites dicantur extare in exercitio belli.

Deciſio CLXXIV.
Curator ad lites, an poſſit invitus dari.

Deciſio CLXXV.
Ad intellectum Tex. in l. hac edictali C. de ſecund. Nupt.

Deciſio CLXXVI.
Ad quem ſpectet cognitio, an cauſa ſit appellabilis, circa intellectum, Cap. Ritus 182.

Deciſio CLXXVII.
Debitor per delegationem factam creditori in mercatorem de proximo decocturum, an ſit liberatus.

Deciſio CLXXVIII.
Terminus ad introducendum, an poſſit prorogari.

Deciſio CLXXIX.
Periculum nominis ceſſi, quando ſpectet ad cedentem, vel ceſſionarium, & quando procurator falſ.s teneatur ad intereſſe.

Digitized by Google

I N D E X.

Deciſio CLXXX.

Piratæ inſequentes Turchas, qui in terram fugiendo appulerant, an ſint capientis.

Deciſio CLXXXI.

Pater an poſſit in teſtamento excludere fiſcum à portione filio competenti in caſu confiſcationis, & quid in legitima.

Deciſio CLXXXII.

Aſſecuratores, qui convenerant de deferendis mercibus ſuper fregata, an teneantur ſi fuerit Barcha, quæ ob fortunam maris naufragata fuerit.

Deciſio CLXXXIII.

Quid iudicandum, ſi tres iudices in diverſa vota tres differentes pœnas intulerint.

Deciſio CLXXXIV.

Maritus poſſidens bona uxoris reſtituta conſtante matrimonio, an dicatur poſſidere iure familiaritatis.

Deciſio CLXXXV.

Inſtantia an curat, ſi adſit impedimentum ex parte adverſarij.

Deciſio CLXXXVI.

Pater quando dicatur dotare filiam de bonis paternis, & maternis.

Deciſio CLXXXVII.

Sententia lata pendente articulo, an ſit nulla? & quid ſi facta fuerit iniunctio ad exhibendum ſcripturas & non fuerunt præſentatæ.

Deciſio CLXXXVIII.

Officialis Baronis, an poſſit conſtitui ultra annum, vel ad beneplacitum, & an durante anno poſſit ſuſpendi ab officio.

Deciſio CLXXXIX.

Mater tutrix an poſſit agere ad dotes non reddito computo tutelæ, & quando denunciatio requiratur in evictione.

Deciſio CXC.

Fideicommiſſum, an poſſit conſtitui per relationem? & quid in contractu.

Deciſio CXCI.

An contra Officialem cognoſcentem carnaliter mulierem cum violentia, procedi poſſit ex abrupto ad torturam.

Deciſio CXCII.

Teſtis convictus ſi negat, an debeat torqueri, quando de delicto, vel indicio conſtat per alios teſtes.

Deciſio CXCIII.

Dominus directus, an poſſit authoritate propria capere poſſeſſionem rei emphyteuticæ ob non ſolutum canonem, vel factam deteriorationem.

Deciſio CXCIV.

Fundus dotalis, an dicatur redditus pro dote conſtitutus, quem maritus promiſit reſtituere, ſi extabit.

Deciſio CXCV.

Exculpatio facta per ſocium criminis in articulo mortis, vel in patibulo, an poſſit exculpato.

Deciſio CXCVI.

Cauſa feudali in qua proceſſum fuerat dato termino extraordinario, an ſit appellabilis.

Deciſio CXCVII.

Aſſecuratores ex deterioratione rei aſſecuratæ, an teneantur ad totalem perditam, vel ad quantitatem damni ſequuti.

Deciſio CXCVIII.

Tertius an poſſit audiri in cauſa ſpolij de recenti.

Deciſio CXCIX.

Vnus ex cohæredibus proprietarijs, an poſſit petere ius prælationis non habita ceſſione ab alijs.

Deciſio CC.

Dos de paragio an debeatur ſuper feudo ſubrogato loco rei liberæ.

Digitized by Google

DECISIONVM CONSISTORII

SACRÆ REGIÆ CONSCIENTIÆ REGNI SICILIÆ

Liber Secundus.

DON GARSIA MASTRILLO,
Cæſarei, Pontificiiq; Iuris Doctore, in eodem Supremo Tribunali Iudice, Regioq; S. Regij Conſilij Conſiliario, Authore.

SVMMARIVM.

1 *Magna curia in ſententijs vbi declarat bona cecidiſſe in commiſſum, ſolet de æquitate concedere terminum ad purgandum moram.*

2 *Litis conteſtatio fieri debet cum perſona legitima, aliàs ſententia eſt nulla, & n. 4.*

3 *Iudicium eſt legitimè initiandum.*

5 *Sententia lata contra minorem indefenſum eſt nulla, amplia num. 14. limita num. 27 idem in ſententia lata in iudicio appellationis, num 35.*

6 *Mortis caſus, vel remotionis, æquiparantur.*

7 *Tutor non comparens pro defenſione pupilli, idem eſt ac ſi non eſſet.*

8 *Minor quando in defenſus in iudicio dici poſſit.*

9 *Sententia quando dicatur lata contra minorem indefenſum, & num 10.*

11 *Sententia lata contra minorem, cuius tutor ſe abſentauerit tempore ſententiæ, eſt valida.*

12 *Sententia lata contra minorem tutore carentem non valet, amplia num. 13.*

15 *Summariè qualiter dicatur procedi in cauſa eccleſiæ, & quid ſtante pragmatic]*

16 *Litis conteſtatio non requiritur in cauſis ſummarijs.*

17 *Actus qui habeant vim litis conteſtatæ in cauſis ſummarijs, & nu. 18. & 19.*

20 *Litis conteſtatio non requiritur in cauſis eccleſiæ.*

21 *Actor non poteſt improbare ſententiam pro ſe latam.*

22 *Sententia non poteſt mutare veritatem facti.*

23 *Sententia continens errorem notorium nihil operatur.*

24 *Tex. in l. 1 ff. quod quiſq; iur declaratur, & num 25. & 26.*

28 *Alienatio rei eccleſiæ facta per perſonam illegitimam eſt nulla.*

29 *Mandatum ex verbis enuntiatiuis notarij non dicitur probatum. amplia num 30.*

31 *Conſenſus Summi Pontificis requiritur in alienatione rerum eccleſiæ.*

32 *Solemnitates in alienationibus rerum eccleſiæ requiſitæ quando ex curſu temporis interueniſſe præſumantur.*

33 *Sententia lata in fauorem minoris indefenſi non eſt nulla.*

34 *Sententia lata in iudicio appellationis non eſt nulla ex defectu proceſſus determinati in primo iudicio.*

ARGVMENTVM.

Sententia lata contra minorem, cuius tutor habuerat terminos, quando ſit nulla?

DECISIO CI.

TEntato iudicio nullitatis, ſeu reſciſſionis contractus ceſſionis emphiteuticæ quarundam terrarum conceſſarum Notario Antonino Cuſentino per Cellerarium Monaſterij Sancti Martini de Scalis ſine conſenſu monachorum, & nulla iuris ſeruata, neque adhibita ſolemnitate ad inſtantiam Yconomi, & procuratoris dicti Monaſterij contra Leonardum, & Donnam Lauream Montelioni tutores filiorum, & hæredum Hieronymi Montilioni, & conſortes, tandem compilato proceſſu fuit per M. C. determinatum terras prædictas cecidiſſe in commiſſum ob canones non ſolutos, & nihilominus fuit conuentis datus terminus ad pur-
1 gandum moram, vt quotidie practicatur in huiuſcemodi prouiſionibus; & quia ex parte Monaſterij petebatur nullitas contractus ob cauſas præallegatas, fuit propterea petita reuiſio in Conſiſtorio, ibique citato Franciſco Riggio tutore dato ob ſecundas nuptias Donnæ Laureæ contutricis, fuit per dictum Tribunal determinatum quod contractus prædictus declaretur nullus, & pro eius executione obtentis literis obſeruatoralibus, alius tutor de nouo datus ob mortem dicti de Riggio dicebat, quod ſententia prædicta minimè exequi poterat vti nulla, & inualida, ex quo lata fuerat contra pupillos indefenſos, nam in principio litis libellus fuerat præſentatus tempore quo deſierant eſſe tutores dicti Leonardus, & Laurea, & decretus erat alius,
2 & ſic litis conteſtatio facta fuerat cum perſona illegitima ſecundum *Doct. in l. cum & minores C. ſi aduer. rem iudic. & in l. ſi præſes C. quom. & quan. & præcipue Iac. de ſan. Georg. in d. l. cum & minores num. 5.* vbi
3 dat rationem, quia iudicia ſunt legitime inſtanda, & ſubdit hoc eſſe de mente omnium Doct. *ibidem vbi Bart. num 4. & in l. contra pupillum num. 4. verſic. quarto caſu ff. de re iudic. Paul. de Caſtr. in d. l. cum & minores circa fin. verſ.* conclude ergò, *Salic. ibidem num. 4. vbi dixit cum Gloſſ.*
4 quod iudicium eſt nullum, quia litis conteſtatio non erat cum perſona legitima, & iudicium non habebat fundamentum, & ideo omnia corruebant, idem *Salic. in l. ſi præſes C. quom. & quan. iud. num. 4. Alber. de Roſ. in d. l. cum & minores nu. 3. ver. aut non interuenit à principio, Rui. conſ. 36. nu. 4. vol. 5. Rol. conſ. 85. nu. 28. vol. 2.* Item quia tutor citatus in medio cauſę nil curauerat facere & indefenſum reliquerat pupillum cum expediret, quo
5 caſu ſententia prædicta erat nulla, etiam quod ab initio fuerit legitimè defenſus *ad tex. in d. l. cum & minore C. quom. & quan. iud. & fuit opinio Gl. in d. l. ſi præſes, Sali. in d. l. cum & minores num. 6.* vbi quod idem ſunt quod mortui ſint tutores,
6 vel remoti, vel viuentes in proceſſu non defenderunt, allegat pro hac opinione *Butrig. Cin. Petr. de Bellaperti, & Bart.*

Digitized by Google

Bart. & monetur, quia paria ſunt non
7 eſſe, vel nolle comparere, Item quia
vtroq; modo minor dicitur deſtitutus
auxilio, Item quia in mediis iudicij ſtat
ſubſtantia negotij, & eſt pars formalis,
ſicut initium, & ideo ſicut initium vi-
tioſum vitiat, ita etiam medium, & cla-
rius nu 8. diſtinguit, quod aut non fuit
8 defenſus in medio iudicij, quia tutor
erat mortuus & non valet ſententia,
Aut quia tutor, vel curator citatus non
fuerat in medio iudicij, & pariter non
valet, aut non fuerat defenſus minor,
quia tutor citatus legitime fuerat con-
tumax in comparendo vere vel ficte,
9 & tunc concludit Salic. quod ſententia
non valet ex rationibus & authoritati-
bus prædictis, & idem affirmat idem
Sal. in d. l. ſi præſes C. quom. & quan. iud. n. 4.
vbi dicit quod ſi Curatores legitime ci-
tati non comparuerunt, & ſic contu-
maces fuerunt, nulla eſt ſententia, quia
tunc proprie dicuntur minores inde-
10 fenſi, cum media cauſæ minime cer-
nant probationes, & defenſiones, &
de communi teſtatur *Matthesil. in d. l. ſi
præſes nu. 4. verſ. an autem iſta Gl. & in ſing.
44. licet corruptè ſit allegatus in ſing. 108. ſu-
pra dec. 73. num. 9. Bar. in d. l. contra pupillum
ff. de re iudic. nu. 2. vbi refert. diſt. Din. Alber.
de Roſ. in d. l. cum & minores nu. 3. & de ſtatu
par. fin. q. 84. num. 4. Rebuff. in l. quod iuſſit 2.
notab. ff. de re iudic. Iaco. de ſancto Georg. in d.
l. cum & minores nu. 6. ver.* ſed ſi non fuiſ-
ſet defenſus in fin. vbi dicit quod com-
munis opinio eſt cum Bart. quod non
11 valeat, & vno tantum caſu poſſet ſen-
tentia eſſe valida, quando tantum cu-
rator ſe abſentaſſet tempore ſenten-
tiæ, nam tunc, quia tota cauſa eſſet in-
ſtructa, ſententia bene valeret *Henric.
Boic. in c. cum veniſſet de reſtit. in integ. nu. 5.
Aual. d. conſ. 85. num. 28.* vbi poſt Ruin. ait
gl. prædictam communiter approbari
*Aſin. in tract. de executio. §. 4. cap. 23. qui cum
Bart.* dixit quod ſententia lata contra
12 minorem curatore carentem non va-
let, idem ſi curatorem habeat ſed ab eo
13 defenſus non fuerit, & ampliat non ſo-
lum in diffinitiua ſententia, ſed etiam
in interlocutoria præiudiciali *Oddo Sfor.
in tract. de reſtit. q. 72. artic. 6. Rot. Rom. ſub
14 Pute. deciſ. 306. lib. 2. num. 7. maximè quando
habebat defenſiones, ex not. in deciſ. 73. nu. 11.*

Prædictis non obſtantibus Conſi-
ſtorium declarauit validam ſenten-
tiam, quia cauſa de qua agebatur erat
15 ſummaria, & de plano ſecundum
Deum, vbi nullus ordo ſeruandus erat,
non ſolum quia cauſa erat eccleſiæ,
ſed etiam ſtante forma regiæ pragma-
ticæ per quam proceditur ex abrupto
non datis ſolitis terminis parte non
petente ad not. per *Caual deciſ. 20. nu. 20.
lib. 1. & poſt alios Pedem, dec. 1. per totam, &
late Muſc. in ſua prax. ciuili in glo.* Petitur.
nec requirebantur ſolemnitates iudi-
16 cii prout litis conteſtatio & ſimilia
vt tradit *Afflict. in deciſ. 372. Aſin. in praxi
in rubr. de concluſ. §. vigeſimotertio, capit. 6.
limit. 7. nume. 2. & capit. 7. & ſeq.* & cum in
caſu propoſito fuerit incuſata contu-
macia illis Leonardo & Donnæ Lau-
reæ qui tunc erant legitimi tutores, li-
cet in præſentatione libelli (dum ſub-
iri debuiſſent) declarauerint non eſſe
tutores, quia expirauerat tutela ob
tranſitum ad ſecundas nuptias dictæ
Donnæ Laureæ, tamen hac habita no-
titia ſtatim Yconimus Monaſterii ci-

tari feci Franciſcum Riggium tutorem
decretum per Curiam ad proſequendum dictam cauſam, teſtes proſucedentes in forma; & fuit datus terminus ad reprobandum, & alii termini ad peremptorias, & facta collatione fuit prolata ſententia prædicta per M.C. & poſtea in iudicio reuiſionis per Conſiſtorium eo modo, quo ſupra dictum fuit, in tantum quod ceſſare videbantur allegata ex adverſo quod non data litis conteſtatione cum legitima perſona iudicium erat nullum, quia illud procederet in iudiciis ordinariis & de iure ciuili, vbi litis conteſtatio neceſſaria erat & aliæ ſolemnitates, ſecus in cau-
17 ſis ſummariis iuxta formam Ritus vbi non requiritur litis conteſtatio, ſed illi actus prout erat præſentatio interrogatorii aduerſus teſtes facta ad inſtantiam tutoris, & alii actus, habebant vim litis conteſtatæ *Bart. & Bal. in l. nihil arbitramur C. de procurat. Rom. conſ. 164. Iaſ. in l. properandum nu. 7. C. de iudic. Pute. dec. 307. nu. 3. lib. 2.* Item per dationem termini
18 inducitur litis conteſtatio *Affl. in conſti. exceptionis n. 4. Carauit. Rit. 288 ſ. b nu. 43. eruditiſſimus D. Scip. Rouit. ſuper prag. 8. in tit. de dilat ſub nu. 6.* & ſecundum opinio-
19 nem aliorum ab incuſatione contumaciæ ex *Io. de Amic. conſ. 35. n. 7. Bero. in ca. quoniam contra de probat. n. 108. & ſeq. Milan. deciſ. 20. nu. 11. & 12. lib. 1. & dixi in dec. 188. in fin.* quæ citatio facta fuerat cum legitimo tutore vt dictum fuit, maxime in cauſis eccleſiæ, in quibus nulla requi-
20 ritur litis conteſtatio *Card. in cle. ſæpe, in 4. oppoſ. de verb. ſig. Rot. deciſ. 3. alias 54. de lit. cōteſt. Maran. in ſpec. par. 6. memb. 10. n. 1. in ſi. Sigiſm. Scac. de iud. cauſa ciuil. c. 103. n. 11.*

2 K

Nec obſtabat quod alias Monaſterium dum ageretur de conceſſione cuiuſdam reſtitutionis petitæ per tutorem allegauerit admittendam non eſſe, ſtante peremptione inſtantiæ ex quo currere inceperat à præſentatione libelli, & ita fuerat per M.C. determinatum, quare hodie non poterat dice-
21 re quod inſtantia currere inceperat à contumacia incuſata contra Riggium, & ſic male fuiſſe decretum ad tex. *in l. 1. §. ſi quis apud eum ff. quod quiſq. iur. vbi glo. in verbo ſi quis & ibi Doct. & præcipue Iaſ. ſibi in*
22 *rub. nu. 7.* Nam reſpondebatur quod ſententia prædicta non poterat mutare veritatem facti ex quo non peribat inſtantia *l. cum falſi C. de iur. & fact. ignor.* & cum contineat facti errorem noto-
23 rium, nullius erat conſiderationis *Fel. poſt alios in d. c. quoniam contra de probat nu. 29. Surd. conſ. 223 n. 2. li. 2. Bim. conſ. 84. n. 4. lib. 2. à Gram. dec. 110 n. 42. & ad tex. in d. l. 1.*
24 *quod quiſque iur.* dicebatur quod in eo requirebatur dolus verus, vel præſumptus, vt dixerunt *Doct. in l. 2 eo. tit. Paul. de*
25 *Caſt. cōſ. 452 n. 2.* qui aliter non præſumi-
26 tur, ſed erat probandus, Item procederet ſi impetraretur ius nouum quod non reperiatur in iure ſcriptum. *Caſt. vbi ſupra. D. Card. Tuſc. concl. 49. nu. 7. tom. 6.*

Ad ſecundum vero obiectum in quo dicebatur, quod ſententia lata contra minorem indefenſum erat nulla, dictum fuit in contrarium eſſe
27 communem opinionem, quotieſcunque ſunt datæ dilationes & termini tutori, & ille nihil facit, ſed veniebat via reſtitutionis in integrum reſcindenda, ſi habebit ius in meritis ita *Bal. in d. l. cum & minores nu. 6. in fi. & n. 7.* vbi

dixit

Digitized by Google

d'xit. Pone ergo quod dato termino ad
reprobãdum minori cum authoritate
curatoris, vel ipſi curatori aut tutori,
qui nec tutor aut minor aliquid in iu-
dicio produxerit cum poſſent quia ha-
bebant inſtrumenta, vel teſtes, fuit lata
ſententia, quæritur poſtea de ſententia
non recte lata, vtrum ſit aliqua, vel nul-
la? dic. quod eſt aliqua, & eſt neceſſe
quod minor petat reſtitutionem, & ſi
tu dicas minor eſt indefenſus, quia non
eſt aliqua producta? reſponde quod
per hoc non redditur iudicium nul-
lum, qui ſententia eſt aliqua, licet nihil
ſit probatum, dummodo recte ſint da-
tæ dilationes ad probandum, ratio eſt,
quia probationes de veritatis indagine
non ſunt de ſubſtantia iudicii, & id-
eo omiſſæ non annullant ſententiam.
Hæc *Bald. Idem dixit Paul. de Caſtr. numero
4. & Bald. ſequitur Affl. deciſ. 28. num. 5.* &
hanc opinionem tenere omnes vt non
ſi nulla ſententia dixit *Turet. conſ. 35. nu.
26. lib. 1. quam & ſequitur Iacob. Put. ſi bene
inſpiciatur in d. dec. 306. nu. 4. & 6. vbi pro ea
allegat Oldr. & Caſt. & Bar. in d. l. contra pu-
pill. vbi Caſtr. & Iacob.* licet *nu. 7.* aliter te-
nere videatur, tamen ibi præſuppoſi-
tum fuerat tutorem nunquam com-
paruiſſe, quod non erat in caſu iſto,
quia tutor comparuerat, præſentaue-
ratq; interrogatoria, & teſtes ſubiri fe-
cerat, & ſi aliud non fecerit præſuppo-
nendum eſt non habuiſſe aliam defen-
ſionem vt ibi innuit in fi. Nec Doct. in
contrarium allegati loquebantur quin
tutor habuit terminos, ſed ſimpliciter
adducebant concluſionem illam, quod
ſententia lata contra minorem inde-
fenſum eſt nulla, quæ quidem licet ve-
riſſima ſit, tamen communiter limita-
batur quando tutor habuiſſet termi-
nos vt dictum eſt ex Bald. & cæteris, ali-
ter enim ſequeretur abſurdum, quod
in cauſa minoris in qua ius non foue-
ret, ſententia ſemper eſſet nulla, quia
tutor forte non compareret, & ideo ſa-
tis erit citari & dari terminos, cum ſibi
remaneat remedium reſtitutionis in
integrum.

Accedebat prædictis, quod iſtis pu-
pillis nulla competebat defenſio quia
28 agebatur de alienatione facta per mo-
nachum carentem poteſtate alienandi
*Redoan. de reb. eccleſ. non aliena. num. 117. fol.
129. & latè poſt alios dixi in deciſ. 77. num 2.*
nec ſufficiebat enunciatio notarii, niſi
29 conſtet de ipſo procuratorio. *Caualc.
deciſ. 13. n. 8. & dec 45. n. 11 par. 1. & in ſuo re-
pertorio in verb. mandatum Affl. dec. 345. n. 7.
30 Ioſeph Lud. concl. 46. etiam ſi eſſent mille an-
31 ni. Emilia. deciſ. 253. par. 2.* Item nec con-
ſtabat de ſolemnitatibus requiſitis &
præcipue de conſenſu ſummi Pontifi-
cis vt dixi *in d. dec. 73 num. 8.* quæ neque
32 ex curſu temporis interueniſſe præſu-
muntur, maxime quin in inſtrumento
nulla de eis fieret mentio, prout erat hic
*Alex. conſ. 1. num. 9. vol. 4. poſt alios. Menoch.
conſ 1. num. 203. & præſumpt. 132. n. 28. & ſeq.
vol 3. Fab. de Anna conſil 38 lib. 1. Rim. conſil.
233. num. 35. lib. 2. Honde. conſ. 31. lib. 2 Mal-
uaſia conſ. 51. Euerar. conſil. 74. cum aliis: qui
poſſent allegari.*

Poſtremo dictum fuit in caſu iſto
aduertendum eſſe, quid ſi agitur de
33 nullitate ſententiæ latæ per M. C. & il-
la dici non poterat nulla, quia pro lata
fuerat in fauorem pupillorum, nam
reperiebantur condemnati ad cano-

Digitized by Google

nes non ſolutos; in quibus erant obligati ex facie ipſius inſtrumenti, & ideo non poterant dici indefenſi; Si vero ageretur de nullitate ſententiæ Conſiſtorij, prout re vera agebatur, & neque poterat dici nulla, cum tutor comparuiſſet, & acriter omnia iura pupillorum tam per ſe, quam per aduocatos deduci feciſſet, & ideo non poterat dici lata contra pupillum indefenſum; & ex hoc inferebatur quod ſi prima ſententia eſt nulla ex defectu proceſſus, vel iuriſdictionis, & per iudicem ad
34 quem eſt deciſum, non poteſt amplius tractari de nullitate primæ ſententiæ vt ex *Dec.* & alijs dixit *Bott. in conſ.69.n.2. vbi de commun. Turett. conſ. 90. num. 8. lib. 1. & facit Otto Sfor. in d. q. 73. art. 6.* Item illa concluſio allegata ex aduerſo, quod
35 ſententia lata contra minorem indefenſum ſit nulla, limitatur etiam in ſententia lata in iudicio appellationis prout erat iſta vt in puncto tradunt *Bal. in l. alienam C. de procurat. & in l. ſi præſes C. quom. & quan. iud. Alex. in d. l. contra pupillum nu. 6. ff. de re iud. Viui. lib. 10. comm. opinio tit. de ſent. c. 22. fol. 90. & limitat expreſſe Matthesil. in d. ſing. 44. num. 17.* Et ex prædictis fuit vt ſupra concluſum, & executæ literæ; idemq; determinatum fuit in iudicio reclamationis die 25. Iunij 1608. non ſine maxima diſcuſſione vbi ego interueni, & in alia cauſa idem iudicauit conſiſtorium confirmando ſententiam Magnæ Curiæ pro Gratioſa Comminella contra Veſpaſianum Compagna vbi fuerant dati omnes termini tutrici, & nil egerat, niſi præſentare exceptiones: & fuerunt ſententiæ validæ declaratæ, propterea dicti de Compagna ſe dixerunt remedio reſtitutionis in integrum, & licet fuiſſet per partem contradictum, aſſerendo quod tale remedium non competebat, fuit per nos iudicatum competere de menſe Auguſti 1608. confirmando aliam ſententiam.

SVMMARIVM.

1 *Res quæ ſemel exiuit familiam non dicitur amplius de patrimonio.*
2 *Conſanguinei vltimi venditoris præferuntur in retractu.*
3 *Excluſus in agendo, cenſetur etiam excluſus in excipiendo, & nu. 7. contra nu. 10.*
4 *Minor reſtitutionem in integrum petere debet infra quadriennium tàm agendo quàm excipiendo.*
5 *Retractus competit aduerſus quemcunque tertium poſſeſſorem.*
6 *Manus iniectio competit aduerſus tertium poſſeſſorem.*
8 *Emptor an cenſeatur renunciaſſe retractui ſibi competenti ſuper re empta.*
9 *Actio iuris congrui quando confundatur exceptione facta per conſanguineum.*
11 *Temporalia ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum, limita num. 12.*

ARGVMENTVM.

Conſanguineus emendo, an excludatur à iure congrui ſibi competenti.

DECISIO CII.

AD inſtantiam Ioannæ, & Saluatoris la Cognata fuit facta petitio retractus iure prothomiſeos ſanguinis contra Vincentium Pani ſuper recuperatione certæ vineæ, ſe oppoſuit conuentus, allegando quod erat etiam conſanguineus & quod ex emptione ſibi facta minimè poterat excludi à iure retractus ſibi competente; Magna Curia iudicauit certo modo, ſed Conſiſtorium condemnauit conuentum;

Com-

Digitized by Google

Commiſſa mihi cauſa via reclamationis, dicebatur pro actore, quod ſi res patrimonialis, vel generis, & maiorum vendatur, & proximior conſanguineus infra tempus præſtitutum ab emptore non retraxit, quod deinceps non poterit res ipſa retrahi ab aliis conſanguineis, quibus erat conceſſus retractus, Imo quod magis eſt, etiam ſi poſtea reuertatur ad ipſum venditorem de genere, qui primo alienauerat, ſi ex inde rem iterum vendat, conſanguineus non poterit retrahere, & fortius in caſu de quo agebatur, cum vinea prædicta nedum ſemel, ſed pluries fuerat allegata, & conſanguineus illam nunquam retraxerat, & propterea ſi alienetur poſtea per extraneum à familia, non admittuntur amplius conſanguinei ad retractum, quia cum ſe-
1 mel res fuerit extra familiam & conſanguineos, iam non cenſetur amplius de patrimonio [*ad tex. in l. pater filium §. quindecim ff. de leg. 3. Per alta in l. cum patronus num. 37. de legat*. ſecundo, quo loco dicit quod ita fuit per eum conſultum. & per tres ſententias confirmatum, quem refert & ſequitur *Melchiſ. Pelaez. de maior. part. 4. quæſt. 19. nu. 7. tract. tom. 10. parte prima, fol. 472.* & ratio eſt quia non attenditur amplius proximitas primi venditoris, à cuius patrimonio res exierat, ſed attenditur proxi-
2 mitas ultimi venditoris, cuius conſanguinei præferuntur in retractu [*Caſſan. in Conſuetud. Burg. titu. de retract. §. 1. rub. 10. nu. 1. & conſilio 23. nu. 38. & 40. Tiraquell. de retract. lignag. §. undecimo gloſſ. 1. nu. 10. & 12.*] *refert & ſequitur Pelaez. in loco præalleg. par. 2. quæſt. 9. nu. 11.* Cum igitur non egerit in tempore, uidebatur hodie excluſus à petitione prædicta ſi agere vellet, & conſequenter lapſo tempore nec excipere poſſit de ipſo retractu ad tex. *in l. papinianus §. ſi filius ubi Caſtr. & cæteri Doct. ff. de inoffi. teſta. Anto. Gomez. varia. reſolut. cap. 14. n. 8. verſic.* iuxta quod, vbi dixit quod ſi minor
4 proponit beneficium reſtitutionis in integrum excipiendo, debet infra quadriennium proponere, ſicut teneretur, ſi id agendo deduceret *Rodoa. de rebus eccleſ. non alien. tit. de reſtitu. in integr. §. 1. quæſtio. 26. num. 14. & poſt alios de communi teſtatur Sfor. de reſtitutio. in integ. quæſt. 35. articulo 7. num. 41. & ſequen.*

5 Sed ex aduerſo dictum fuit quod ipſe uti conſanguineus nedum poterat retrahere ab illo emptore, ſed etiam à quocumq; alio poſſeſſore, per ea quæ dixit *Maſuer. in ſua praxi de detract. colum. 2. circa medium, Boer. deciſ. 182. nu. 52. Tiraq. de retract. lignag. §. 12. gloſſ. 1.* argumento manus iniectionis, quæ poteſt experiri contra quemcunq; ſingularem ſucceſſorem, & retractus afficit ipſam, & contra quemcunq; tranſit vt dixit *D. Muta poſt alios noſtrates in Conſuet. 26. num. 190. cum pluribus ſequent.* cum ergo hodie poſſideat, & ſi non poſſideret, poſſet contra iſtos aduerſarios admitti ad retrahendum; verum erat dicere, quod vellebat liberandus; Nec obſtabant adducta per Gomez. & alios, quia pro-
7 cederent, quando iſte conuentus noluiſſet vineam prædictam recuperare iure ſanguinis, ſed illam permiſiſſet alienari, & tempus ad redimendum fuiſſet decurſum, quod ſecus erat in caſu de quo agebatur, ubi nedum iſte con-

Digitized by Google

conuenctus uoluerat recuperare, ſed pro euitandis expenſis conuenerat cum poſſeſſore de ſoluendo integrum pretium, & illam acquiſierat, licet ti-
8 tul. emptionis, quo caſu non cenſetur renuntiaſſe iuri prothomiſeos ſibi competenti ut dixit *Bald. in conſ. 300. libr. 1. Miſuerius in titu. de empt. & uendit. quos refert & ſequitur Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloſ. ſub num. 60. & gloſ. 14. nu 111. & 113. Affl. ſuper conſtitut. ſancimus in princ. legis num. 44. Petr. de Gregor. de dot. de parag. quaeſt. 5. num. 6.* & poſt hæc ſcripta viſus ita in puncto concluſum fuiſſe in Sacro Conſilio teſtatur doctiſſimus ille Præſes *D. Vinc. de Fran. in deciſio 550. ex Neapol.* quem ipſe allegat, & ratio eſt,
9 quia licet ex prædicta emptione actio iuris congrui ſit confuſa, non tamen eſt confuſa ut non poſſit excipere contra illum, qui vult recuperare, & quod poterat infra legitimum tempus agendo facere, poterit perpetuo per viam exceptionis (poſtquam poſſidebat)
10 deducere ad not. *per Anto. de Butr. in cap. cum frequenter ut lit. non conteſt. Signorol. conſ. 39. Tiraq. de retract. conventio. §. 1. glo. 2. num. 31. & 32. Decia. conſil. 64. nu. 23. volu. 5.*
11 nam ea quæ ſunt temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum, quod ſecus eſſet, ſi interim potuiſſet opponere, vel in iudicio ius ſuum de-
12 ducere, nam tunc facultas excipiendi non eſſet perpetua, ſed temporalis vt diſtinguendo dixit *Comez. de ſucceſſ. contra teſtam. num. 20. Guttier. de contract. iur. cap. 1. num. 22. & poſt omnes Gratian. deciſ. 151. nu. 9. cum pluribus ſequent.* & ideo cum ipſe poſſideret, vanum erat ius congrui in iudicium proponere, & ſecundum prædicta ego iudicaui de menſe Decembris 1608. liberando conuentum, & fuit ſententia confirmata de menſe Februarii proximi ſequentis.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus conſtitutus cum requiſitis neceſſarijs reducitur ad formam Bullæ.*
2 *Contractus præſumitur celebratus iuxta morem regionis.*
3 *Bulla requiſita quæ ſint.*
4 *Cenſus conſtitutus in contractu dotali cum requiſitis valet, & num. 6. & 8.*
5 *Pater poteſt promittere certam ſummam quolibet anno donec ſoluatur dos filiæ.*
7 *Contractus qui ſuſtineri poteſt de iure communi, & de iure municipali*
9 *Cenſus conſtitutus ex nunc pro tunc non ſoluto debito infra aliquod tempus, à quo die currat.*

ARGVMENTVM.

Cenſus conſtitutus in contractu dotali, donec ſoluatur dos, an dicatur iuxta formam Bullæ, & habeat priuilegia Regiæ Pragmaticæ.

DECISIO CIII.

INdubitata eſt hodie in Regno illa
1 opinio, quod conſtituto cenſu tam in legato, quam in alio quocumque contractu, ſtantibus requiſitis neceſſariis, reducatur ad formam Bullæ, & Regiæ Pragmaticæ ſuper ea editæ, & priuilegiis eiuſdem potiatur: vt omiſſis aliis adnotaui ad *Petr. de Grego. in commen. Nicolai V. de cenſibus quaeſt. 5. num. 197. & num. 256.* & non ſemel iudicaui; idq; ſuadere videbatur, quia contractus
2 cenſetur celebratus iuxta morem Regionis, & vt omni meliori modo valeant *l. quod ſi nolit §. qui aſſidua ff. de edil. edic.*

Digitized by Google

edic. Ang. Iaſ. & cæteri in l. ut liberis C. de collat. D. Petr. de Greg. in loco allegato num. 39. in tantum quod hodie in ſupremis his Tribunalibus de hoc non audiuntur amplius diſputationes, & veluti indubitatum tenetur. Cum itaq; in caſu de quo agebatur fuerit contractum matrimonium inter Heliſabettam Triolo, & Antonium Saitta, & in eo conſtituta dos in vntiis ſexcentis pro omni, & quocunq; iure, de qua ſumma fuerint promiſſæ vntiæ trecentum per dotantes ſuper omnibus eorum bonis, & in ſpecie ſuper quibuſdam feudis, & donec ſolutæ non fuerint, ſe obligaſſent ſoluere vntias 24 annuales ad rationem de octo pro centenario, ratione interuſuriorũ, pacto adiecto, quod in caſu reluitionis dictarum vntiarum 24. capitale depoſitari debuiſſet penes tutam perſonam ad effectum emendi alios redditus tutos & ſecuros, & ſic in futurum toties quoties caſus euenerit: dubitari minimè videbatur, quin contractus prædictus fuerit bullaris, & eius priuilegijs gaudere debeat, cum
3 in eo legantur omnia requiſita per ipſam Bullam, nempe pretium, & ad minus de decem pro centenario ſors demortua, ſpecialitas bonorum obligatorum, & pactum de retrouendendo vt in puncto. Ita tenuerũt Blaſ. Lancea, Antonius de Montalto, & Octauius Corſettus (qui fuerunt doctiſſimi, ac eximij Iuriſconſulti in Regno) in tribus eorum conſilijs manuſcriptis, quæ ad pennam habeo. Nam licet dictus contractus poſſit ſuſtineri de
5 iure communi *ad tex. in cap. ſalubriter de vſur. vbi Canoniſt. Doct. in l. in inſulam §. vſuram ff. ſolut. matrim. Bertaz. conſil. 265. & ibi addictio Claud. vol. 2. Crim. Canal. dec. 22. par. 4. Roder. de ann. red. lib. 3 quaſt. 7. nu. 44.* tamen ex quo etiam poteſt ſuſtineri
6 de iure municipali, videntur partes contraxiſſe non ſecundum ius commune, ſed ſecundum ius municipale.
7 cum cenſeatur factus iuxta conſuetudinem Regionis, vt ſupra dictum eſt, &
8 fortius, quia in contractu dotali licitus eſt cenſus conſtitutus vt dixit *Sotus de iuſtit. & iur. lib. 6. q. 5. art. 1. in corpore, Nauar. in cap. ſi fœneraueris 14. q. 3. n. 99. Couar. variar. reſol. lib. 3. c. 1. num. 3. verſ. 8.* vbi teſtatur in Hiſpania parentes dotem promiſſam non ſoluentes alternatiuè condemnari, vt dotem promiſſam, aut genero ſuper patrimonio cenſum conſtituant, *Fider. Marti. de cenſib. cap. 3. num. 8. Felicia. de cenſibus lib. 2. c. 5. n. 18. Gaſp. Roder.*
9 *de ann. reddi. lib. 2. q. 14. num. 19.* qui ponit à quo die currat cenſus, ſi fuerit conſtitutus ex nunc pro tunc non ſoluta dote, & concludit, quod à die contractus: & ſecundum prædicta iudicauit Conſiſtorium, & fuit confirmata ſententia in iudicio reclamationis de menſe Iunij 1608.

SVMMARIVM.

1 *Occidens foriudicatum ex odio particulari puniri debet. Intellege num. 7.*

2 *Foriudicatus publicè toleratus quando poſſit occidi, & num. 3.*

4 *Occidens foriudicatum auferendo veſtes an puniatur, diſtingue num 8.*

5 *Occidens foriudicatum proditoriè, puniri debet, contra num. 10. ex communis.*

6 *Foriudicatus per Conſti. Regni, & verba ipſius ſententiæ poteſt impune occidi.*

9 *Statutum tollens pœnam homicidij, tollit e-*

 tiam

Digitized by Google

tiam delictum commiſſum ſequuto homicidio.

ARGVMENTVM.

Occidens foriudicatum proditoriè, vel odio priuato auſerendo veſtes, an debeat puniri?

DECISIO CIII.

PAulus Tumineri inquiſitus, quod duos foriudicatos proditoriè decapitauerat, & pro dicta cauſa in carceribus detentus, petebat eius excarcerationem ſtante Conſtit. Regni: Penam eorum; & expreſſa diſpoſitione ſententiæ foriudicationis, per quas poterant impune occidi. Dicebat fiſcus, quod in caſu prædicto non procedebant neque conſt t. Regni, neque ipſa ſententia, & propterea puniendus erat, quia decapitatio proceſſerat ad in-
1 ſtantiam alterius ex odio, & inimicitia particulari, vt dixit *Bart. in l. nulla. C. de delat. lib. 10. Petraſanta ſing. 14. Petr. à Plac. in epith. delicto. cap. 36. num. 21. Menoch. de arbitr. quaſt. 90. num. 48.* vbi ait hoc expreſsè probari *per text. in l. vlt. C. de maleſic. & Mathem. in fin.* ibi (aut proprium fortaſſis inimicum ſub huiuſmodi vindictæ nomine) & voluerunt *Fortun. Garſ. in repet. l. conuentionum, num. 14. ff. de pact. Farinat. vari. tr. quaſt. 103. numer. 50. & num. 199.* in tantum quod aliàs ego, vti Iudex huius Vrbis Panormi condemnaui ad mortem quatuor Calabrenſes, qui ex odio particulari, & inimicitia capitali interfecerant quendam eorum conciuem, allegando eum eſſe foriudicatum, quod nedum non oſtendebatur, ſed potius videbatur con-
2 trarium præſumendum, cum publicè in Ciuitate fuiſſet per multos annos toleratus: ad tradita per *Menoch. in loco alleg. num. 56.* & de facili poterat tradi in manibus Curiæ; Vnde inferebatur, quod non ob publicam vtilitatem, ſed ob propriam, priuatamque eum inter-
3 emiſſent, *Farin. d. q. 103. num. 202.* licet ex alia cauſa per M. C. (præſentata foriudicatione) non fuerit ſententia mortis exequuta, ſed arbitrata pena triremium per annos 16.

Item quia tempore decapitationis abſtulerat ab eis omnia veſtimenta, vt
4 conſuluit *Cardinal. Alban. conſil. 8. num. 29. quem ſequitur Peregrin. de iur. fiſc. lib. 3. tit. 7. num 45. in fin.* Præterea & hoc videbatur maximè conſiderandum, quia eos proditoriè occiderat, dum ſimul con-
5 iunctim poſt prandium dormirent, vt voluit *Ang ad Bart. in l fin. C. de delat. lib. 10.* vbi ait quod in facti contingentia fuit Peruſij vltimo ſupplicio affectus quidam, qui ſocium ſuum bannitum proditoriè interfecerat *Plaz. in d. cap. 16. nu. 18. Igne. in leg. 3. §. ſi exſtipulatu num. 50. ff. de bis quibus, vt indign. Fortun Garſ. in d. l. conuentionum, num. 11. & 12. ff. de pact. Menoch. d. quaſt. 90. num. 49.* qui ait ab hac opinione vti communi non eſſe recedendum, *Mantua. in conſil 200. numer. 29. lib. 2.* dicens quod opinio Dec. contrarium tenentis in loco infra allegando communiter reprobatur. *Maſcard de probat. lib. 1. concluſ. 192. num. 9. Monticel. regul. crimin. 3. num. 14.* Contrarium tamen fuit determinatum me referente, Excellentiſſimo Proregi in cauſis fiſcal bus de menſe Iulij 1608. quod liberè excarceretur, quia nedum vigore ſtatuti prædicti, ſed etiam ex ipſa ſententia

moleſtari

Digitized by Google

6 moleſtari minimè debebat, vt de iure communi dixerunt, *Bald. in l. vbi pactum num. 11. C. de tranſact. Pariſ. de Pute. in tract. ſindica. in titul. de arbitr. eor. num. 11. verſic. officialis habens. Menoch. d. quaſt. 90. in princ.* & cum fuerint hoſtes publici, impunè occidi poterant ad text. *in l. 1. ff. de ſicar. & l. minime. ff. de religio. & ſumpt. fune.* & in terminis reſpondet *Ruin. conſil. 13. nu. 20. lib. 2 late Farin. quaſt. 103. num. 8.*

Nec obſtabant in contrarium allegata, nam ad primum dicebatur id deficere in proceſſu, quia non conſtabat aliter quod ad inſtantiam alicuius hoc
7 feciſſet, & propterea quod ad vtilitatem publicam, & zelo iuſtitiæ proceſſerit, præſumendum erat, vt dixit *Farinac. in d. quaſt. 103. num. 207.* poſt alios, quos ipſe allegat. Item nec ſecundum obiectum alicuius erat conſideratio-
8 nis, dum non ex interuallo, ſed in continenti raubæ prædictæ ablatæ fuerant poſt alios dixit *Marſil. in pract. §. aggredior, num. 83. Nell. de Banni. in 2. part. 3. tempor. quaſt. 3. Boſſ. in titul. de Banni. quid amict. num. 6. in fin.* ubi facit generalem
9 concluſionem, quod ſtatutum tollens penam homicidij, tollit etiam omne delictum, quod committitur ſequuto homicidio, & ita apud eum in ſenatu ſeruatum fuiſſe teſtatur, *Farin. in quaſt. 27. num. 34. & d. quaſt. 103. num. 22.* Et demum minus obſtabat dicere, quod homicidium fuerat proditoriè commiſſum; quia in contrarium erat magis communis, & in practica recepta opinio Doct. ſecundum *Dec. in cap. quæ in eccleſiarum num. 27. verſic. & licet iſta ſint notabilia dicta extra de conſtitut. Foller. in pract. crimin. in verbo ſoriudicentur, num. 12.* qui loquitur in terminis conſtitut. Penam eorum *Clar. in §. homicidium num. 511 & ibi Baiard. num. 236. Burſat. conſil. 134. num. 13. lib. 2. Farinac. d. quaſt. 103. Decian. in tract. crim. lib. 7. cap. 30. nu. 5. & ita fuit exequutum.*

SVMMARIVM.

1 *Alienatio prohibita eſt, vbi feudum diuidetur.*
2 *Alienans agere poteſt ad reintegrandum feudum.*
3 *Feudum quando dicatur dismembratum.*
4 *Res præſumitur libera, & non feudalis.*
5 *Res redditiæ feudo non ſunt feudales.*
6 *Res ſteriles & excadentiales poſſunt concedi ad emphyteuſim, contra num. 20. & declaratur num. 21.*
7 *Feudales dicuntur res infra fines feudi.*
8 *Feudum probatur ex verbis enuntiatiuis Principis in priuilegio.*
Amplia in antiquis ibidem, & num. 17.
Item & actis inter alios geſtis vbi feudum nominatur num 9.
10 *Teſtes producti inter alios, in alio iudicio ſi ſunt mortui, an probent, amplia num. 11.*
12 *Feudum probatur ex confeſſione partis aſſerentis rem feudalem, & num. 13. & 14.*
15 *Teſtibus deponentibus rem eſſe feudalem creditur, amplia num. 16.*
18 *Præſcriptio non obſtat in petitione reintegrationis.*
Amplia in feudo ex pacto, & prouidentia, num. 19.

ARGVMENTVM.

Feudum qualiter præſumatur, & quando res feudales poſſint reintegrari.

DECISIO CV.

PEtitio Illuſt. Marchionis Sortin circa reintegrationem, & vnionem nonnullarum terrarum exiſtentium in feudo Tauani de membris, & pertinentiis Baroniæ Caſſari, videbatur

Digitized by Google

recte fundata iuxta terminos Conſti. diuæ Memoriæ, & Cap. volentes ibi (indiuiſo, & integro manente feudo) cap. *Reg. Fider. 44. & tex. in cap. imperialem de prohib. feud. alien. per Feder.* ex quibus iuribus, & præcipuæ ex d. conſti.
1 Interdicta eſt penitus quæcumq; alienatio, transactio, emphiteuticatio, & quilibet alius contractus, per quem diſmembratur, vel quomodocumq; diminuitur feudum, quinimo eſt adeo
2 prohibita, vt poſſit ipſe alienans venire contra factum proprium *ad tex. in d. conſt. conſtitutionum diuæ. Andr. in conſtitut. conſuetudinem paruam vbi gloſ. magna. Milan. deciſ. 8. num. 329. & 341. late Ioan. Vinc. de Ann. in repet. d. conſt. num. 161. & nu. 248. cum pluribus ſeq. Pern. conſ. 15. columnn. 1. Camil. de Cur. in 1. par. diuer. feud. cap. ſemper autem nu. 2. ſolu. 3.* tum etiam, quia in ſe ipſo feudum prædictum Tauani per emphiteuſim dictarum terrarum erat diſmembratum, & diuiſum fuerat, vtili dominio inferiore in conceſſiona-
3 rios alienato, remanente utile ſuperiore penes Baronem ut conſiderat *D. Pet. de Gregor. de conceſſ. feud. par. 2. q. 7. nu. 26.* In tantum quod tota difficultas reſidebat in obiectis, Nimirum quod Tauanum non aliter erat feudum,
4 cum omnis res præſumatur libera, & maxime quia non oſtendebatur expreſſum priuilegium Vegium ſuper eius conceſſione, Item quia erant red-
5 ditiæ feudi, quæ non ſunt feudales, ad not. per *Doct. relatos in deciſ. 83. num. 13.* Item quod obſtabat præſcriptio longiſſimi temporis, & demum dicebatur,
6 quod tanquam res ſteriles, & excadentiales poterant concedi ad emphiteuſim ad plantandum. *Affl. dec. 129. n. 14. Pet. de Greg. de conceſſ. feud. part. 2. q. 7. n. 24.* Sed dictum fuit, quod conceſſio Caſtri Caſſari facta fuerat per Regem Alfonſum cum eius feudis iuribus, & pertinentiis ſuis, adeo quod in huiusmodi cōceſſione veniebant omnia contenta
7 infra fines Caſtri conceſſi vt illa pariter dicantur feudalia vt dixit *Pet. de Gregor. in tract. de conceſſ. feud par. 2. quæſt. 7. n. 1. Ceph. conſ. 172. num. 10. & 11. vol. 2. Pern. conſ. 15. Cum. in cap. ſi aliquem in verb. in capite num. 19.* Idem conſtabat ex quibuſdam literis Viceregijs emanatis de anno 1510. ex verbis ibi enuntiatiuis, dum Ta-
8 uanum feudum nominatur, maximè in antiquis ſecundum *Doct. in l. cum aliquis C. de iur. delib. Alexand. conſil. 90. num. 2. & 3. lib. 6. Crauett. de antiq. tempo part. 1. §. propoſitum num. 62. & §. ampliatur num. 6. Afflict. deciſ. 83. num. 2. Hieron. de Lauren. poſt alios in deciſio. Auen. 128. num. 20.* Item & ex actis antiquis inter alios geſtis, in
9 quibus feudum Tauani nuncupatur. *Pariſ. in conſ. 27. num. 17. vol. 1. Menoch lib. 3. præſumpt. 92. num. 74. & conſ. 745. nu. 8. vol. 8.*
10 Item ex teſtibus infinitis productis in proceſſu deciſo de anno 1536. inter olim Baronem Sortini, & Baronem Buxemi ſuper curſu aquæ, qui deponunt Tauanum eſſe feudum, & de membris & pertinentijs dictæ Baroniæ Caſſari, & licet ſint producti in alio iudicio, eo quia erant mortui, fidem faciebant in iſta cauſa, & ſaltem ſemiplenè probare videbantur, vt dixit *Bart. in l. admonendi num. 45. & Iaſon. num. 98. ff. de iur. iur.* vbi dicit hanc doctrinam eſſe auream, & poſt multos ita iudicatum fuiſſe teſtatur *Surd. deciſ. 103. num. 2. & ſeq. Benintend. deciſ. 67.*

Digitized by Google

deciſ 67.nu.1.& 2. qui refert magis com-
11 munem opinionem, & fortius, vbi ius
12 erat connexum ſecundum eos. Item ex confeſſione facta per conuentos vocando Tauanum feudum, tam in eorum ſupplicatione, dum intendebant, quod Marchio teneretur recipere depoſitum cenſualium vt dixit *Pariſ. conſ. 115. num. 30. Iaſon. in l. cum te. num. 12. C. de tranſact. Viui. deciſ. 60. num. 8.* quam etiam
13 ex procuratorio per eos confecto vt poſt alios dixit *Menoch. d. conſil. 745. nu. 11.*
14 *& 12. vol. 8.* Item & ex reuelationibus factis à maiore parte conuentorum, in quibus declarabant iſtas clauſuras, de quibus agitur poſſidere in feudo Tauani de membris, & pertinentiis Baroniæ Caſſari, quæ plane probant, vt dixit *Surd. deciſ. 10. num. 8 & voluit Menoch. d. præſumpt. 91. num. 43. lib. 3.* eo magis cum fuerit pluries geminata: vt poſt alios dixit *Ceph. conſil. 297. & 298. lib. 2.* Item & ex multis teſtibus productis tam in primo, quam in ſecundo iudicio ad inſtantiam Marchionis, per quos probatum erat Tauanum eſſe feudum, & de membris & pertinentijs dictæ Baroniæ Caſſari, & clauſuras de quarum reintegratione agebatur eſſe infra fi-
15 nes dicti feudi vt poſt alios dixit *Menoch. d. conſ 45. num. 14. vol. 8.* etiam quod
16 deponat audiuiſſe à ſenioribus vt dixit *Sfor. conſ. 21. num. 9.* Poſtremo & vltimo fuerat in proceſſu præſentatum priuilegium Baroniæ Buxemi, in quo Rex Alfonſus conceſſit dictam Baroniam aſſignando in confines feudum Taua-
17 ni in anno 1449. & ſic antequam fuiſſet facta conceſſio Baroniæ Caſſari, quæ fuit in anno 1453. adeò quod nulla videbatur remanere difficultas in hoc primo obiecto, quin Tauanum fuerit & ſit feudum.

Nec obſtabat, quod res redditiæ feudi non ſunt feudales, nam & ſi hoc verum ſit, tamen non per hoc inferri poterat, quod cum ſint de membris, & pertinentijs, & infra fines feudi, non poſſint reuocari vt dixit *Petr. de Greg. de conceſ. feud. par. 2. quæſt. 2. num. 8. Gram. conſ. ciuil. 151. num. 2. & 3. Menoch. lib. 3. præſump. 101. numero 18. verſic. quinto extenditur hic caſus.*

Præterea nihil operari videbatur præſcriptio allegata, cum ſimus in diſ-
18 membratione partis feudi ad text. in conſt. conſuetudinem paruam, etiamſi eſſet præſcriptio centenaria *Pern. d. conſ 15. vol 3. Pariſ. de reintegra. feud. §. quædam ſunt bona ſub rubr. de conceſ. rei parti. feud. num. 6. in fin. & num. 14. Luc. de Pen. in*
19 *l. vſum aquæ num. 15. C. de aquæ duc.* maxime in feudo ex pacto, & prouidentia Principis, vbi non currit præſcriptio, & tot ſunt præſcriptiones, quot ſũt perſonæ, vt dixit *Liparul. ad Andr. in cap. 1. §. ſi quis per triginta. ſi de feud. defunct. fuer. controuer. Pinel. in authent. triennali num. 55. Cod. de bon. mater Pet. de Greg. de conceſ. feud. par. 2. quæſt. 10. num. 47. Cannet. in capit. volentes §. At operæ pretium. num. 10.* vbi de communi teſtatur, cum ſimil. cum ius, & ſtatuta reſiſtant *Molin. de primogen. hiſpan. libr. 2. c. 6. n. 68. verſ. cæterum. Couar. 2. part. relect. §. 7. num 5. Surd. conſ. 115. num. 30. & ſeq. lib. 1. Alex. Rauden. de Anal. c. 17. num. 182. cum pluribus ſeq.*

Et demum non obſtabat id quod vltimo loco adductum fuerat, quod terræ ſteriles poterant concedi ad

plantandum vineas ſub annuo cenſu *ex Afflict. & Petr. de Gregor.* nam dicebatur quod de iure non deſunt Doct. qui cõtrarium teneant de magis com-
20 muni,& veriori opinione:idq; teſtatur *Curt.Iun. de feud. in 3.part. in 2.q. 1.verſic. ſecundo principaliter.Iacob.de Sanct.Geor. in verbo.ita quod dicti vaſalli. Clar.in §. feudum quæſt.33.verſ.idem etiam dicendum.* Et fortius ſtante Conſt.Regni Diuæ Memoriæ,per quam prohibentur omnes diminutiones & diſmembrationes feudorum, Etiam quod fierent in melius, contra voluntatem domini, vt dixit *And.d.c.Corra.ſub num.7. Capic.deciſ.100.ſub num.7.*

Item reſpondebatur,quod Doct.ex aduerſo relati non loquebantur ſimpliciter,ſed interuenientibus pluribus
21 requiſitis, hoc eſt, quod conceſſio ſit de terris ſterilibus, Item quod concedantur ad meliorandum,& disboſcandum,& conceſſio ſit ad tempus; Item quod non concedantur ad emphyteuſim perpetuam cum poteſtate vendendi,& alienandi, Item quod cenſus ſit in fructibus,& non in pecunia,Item quod non ſit quid minimum ex quo colligi poſſit fraus,quæ omnia ceſſare videbantur in caſu de quo agebatur, & propterea facta magna diſcuſſione,me referente Excellentiſſimo Domino Duci Ferie nunquam ſatis laudato Principi, ac Proregi benemerentiſſimo fuit determinatum terras prædictas reintegrari debere, ſolutis prius benefactis, & melioramentis ex proceſſu, vel extra liquidandis, & prout per dictam ſententiam latam ſub die vltimo Auguſti 1604.

SVMMARIVM.

1 *Vſura regulariter committitur in mutuo.*
2 *Vſura committitur in quocunq; contractu nominato.*
3 *Vſura committitur in contractu emptionis, & venditionis.*
Idem in contractu ſocietatis,num 4.
Idem in contractu pignoris, num.5.
Idem in contractu locationis, & conductionis,num.6.
Idem in teſtamentis, & vltimis voluntatibus,num.7.
8 *Contractus locationis ex anticipata ſolutione,& iniuſta penſione dicitur vſurarius.*
9 *Mutuum, ſeu anticipata ſolutio, quando dat cauſam contractui.*
10 *Conductor an poſſit vilius conducere propter anticipatam ſolutionem, ſi eſt ſolitus mercari.*
11 *Locatio facta viliori pretio propter mutuum, an reddat contractum vſurarium, & num.14. & econtra,num.16.*
12 *Emens frumentum in herba, quod tempore meſſis plus valebit, an reddat contractum vſurarium.*
13 *Res an ratione prorogati temporis poſſit carius vendi.*
15 *Vſura committitur,ſi commodum recipitur ex anticipata ſolutione.*
17 *Locatio ratione mutui extorta,etiam iuxta mercedem facta dicitur vſuraria.*
18 *Pactum de mutuando in contractu locationis,ſi penſio non eſt iuſta,reddit contractum vſurarium.*
19 *Anticipata ſolutio virtualiter eſt mutuum.*
20 *Contractus locationis ex anticipata ſolutione quando dicatur vſurarius.*
21 *Contractus vſurarius probatur ex præſumptionibus, & coniecturis, amplia nu.26.*
22 *Pacta adiecta in fauorem venditoris præſumi faciunt contractum vſurarium.*
23 *Contractus uſurarius præſumitur ex neceſſitate,& paupertate contrahentis.*
24 *Penſio incongrua, & vilis, facit præſumi contractum vſurarium.*
25 *Clauſula inſolita faciunt præſumi contractum vſurarium.*

27 Vſura

27 *Vſura non datur in contractu locationis vbi interueniat læſio, ſed competit remedium leg.2. C. de reſcind. vendit.*

28 *Vſura contrahitur ex anticipata ſolutione vbi conſtaret de deprauata intentione contrahentis. Amplia num.29. Intellige num 41.*

30 *Vendens aliquid quod ſolutionis tempore plus vel minus valere poterit excuſatur ab vſura.*

31 *Debitum certum, an poſſit minoris emi pretio anticipato.*

32 *Vſura vt habeat locum in locatione, quæ requirantur.*

33 *Mutuum ſi interueniat in locatione iuſta, non contrahitur vſura.*

34 *Vſura non cadit in contractu locationis, ceſſante mutuo.*

35 *Contractus locationis cum anticipata ſolutione in Regno fieri conſueuerunt.*

36 *Penſio iuſta dici poterit habito reſpectu ad expenſas, & periculum.*

37 *Negotiari ſolitus an poſſit aliquid accipere ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis, & n.38. amplia in Regno, n.39.*

40 *Remedium l.2 de reſcind. vendit. quando locum habeat in locatione.*

42 *Venditor ex forma contractus non poteſt in foro contentioſo conuinci de vſura, limita, num 43.*

44 *Certum dicitur pretium, quod ex vſu regionis rationari poterit.*

45 *Contractus ratione certitudinis pretij dicitur vſurarius.*

46 *Paria ſunt aliquid eſſe certum, vel proximum certo.*

47 *Contractus dicitur, vſurarius, ſi res emptæ tempore ſolutionis veriſimiliter ex curſu regionis plus valere poterat, & n. 48.*

49 *Conſuetudo quæ eſt contra ius naturale non excuſat, quando eſt nutritiua peccati.*

50 *Conſuetudo non excuſat, quando ex facie contractus apparet vſurarius.*

51 *Bart. in l. ſi quis apud Labeonem, ff. de edil. edict. declaratur, & num.52.*

ARGVMENTVM.

Vſura an detur in contractu locationis & quando talis contractus dicatur vſurarius?

DECISIO CVI.

IN cauſa Baronis Terræ Furnaris cum Ioſeph Cuche fuit concluſum in Conſiſtorio, quod vſura non ſolum committitur in mutuo iuxta illud, mutuum date, nihil inde ſperantes, in quo
1 mutuo dicitur formalis vſura, verùm
2 etiam in omni, & quocunq; alio contractu nominato ſub quacunque verborum forma ſtipulato, vt dixerunt *Doct. in capitulo ad noſtram de emptione & vendit. & poſt alios, Bero. conſil 168. num.12. quem refert, & ſequitur Ioan. Bott. in conſ.72. numero 10. Menoch. conſil.109. num.28. lib.2. Natt. conſ.670. num.9. Farinat. deciſ.30. Rim. Iun. conſ.218. num.59. & 60. & conſ 399. n.62. Peregr. conſ.18. num.7. lib.3. Caualc. deciſ.32. num.54. lib.2. Cioff. conſ.97. n.9. lib.1.* prout de contractu emptionis, & venditio-
3 nis loquitur *text. in capitulo ad. noſtram, & in c. conſuluit de vſur.* idem eſt in con-
4 tractu ſocietatis, in quo pariter committitur vſura *ad text. in cap. nauiganti in 1. reſp. extr. de vſur. Farin. deciſ.24. Idem in contractu pignoris ad text. in cap. illo vos. de*
5 *pign.* quos longa ſerie congerit *Bero. in d.*
6 *conſ.168. num.15. & in contractu locationis & conductionis,* de quo agebatur, quod poſſit committi vſura affirmarunt communiter Dd. vt teſtatur *Bal. in conſ 311. lib.51. Bero. conſ.166. n.8. lib.1. Caualc. dec.32. n.54. par.1. Caroc. de locat. & conduct. in tit. de vſur. in rub. & in q.3. Summa Angelica in verbo locatio, n.22. Vgolin. de vſur. c.54. fol. mihi 354.* Imo fortius, quod vſura detur etiam in
7 teſtamentis, & vltimis voluntatibus probatur ex his, quæ adducit *Surd. conſ. 23. lib.1. & latiſſime Menoch. conſil.440. & 441. lib.5.*

Fuit

Digitized by Google

Fuit tamen valde controuerſum, ſi
contractus locationis, de quo in huiuſ-
modi cauſa agebatur, eſſet vſurarius?
nam Baro locauerat iſti de Coche con-
uento ad quatuor annos pro vntijs du-
centis quolibet anno certos cenſus ad
ſummam vntiarum 70. & tenutas ter-
rarum, quæ reddere ſolebant ſalmas
centum & decem frumentorum, nec
non & terragia frumentorum ad ſum-
mam aliarum ſalmarum ducentarum
triginta, & fuerunt exburſatæ antici-
patim vntiæ 600. pro tribus annis, in
tantum, quod ex anticipata ſolutione,
& iniuſta penſione excedente pluſ-
quam dimidiam, vt infra patebit, con-
tractus prædictus iudicari debebat vſu-
8 rarius, vt in puncto voluit *Rube. Alex. in*
conſ. 20. dum ait, quod quoties anticipa-
ta ſolutio dat cauſam contractui, idq;
ſit viliori pretio, dicitur vſurarius con-
tractus, & factus in fraudem vſurarum,
ſubdens, quo ad cognoſcendum, quod
mutuum, & exburſum dederit cauſam
9 cõtractui, debere attẽdi paruitas pen-
ſionis, ibique reſpondet omnibus ra-
tionibus adductis per *Abba. in conſ. 15.* &
maxime illi obiecto, ſi debeat aliquid
10 minus locari propter exburſum, ſi cõ-
ductor erat ſolitus mercari, & dixit v-
nà cum *Barbat. in cap. fin. col. antepenult. de*
vſur. quod in caſu Abb. mutuum non
dederat cauſam contractui, & penſio
erat congrua; idem dixit *Curt. Iun. in l. 2.*
§. mutui datio num. 21. & 22. ff. ſi cer. pet. di-
11 cens quod ſi ex cauſa mutui facta ſit
locatio viliori pretio, quam fieri de-
buiſſet abſq; mutuo, quod contractus
ſit vſurarius, & ita dixit ſe conſuluiſſe,
& voluit *Bald. in rubrica C. de vſur. num. 4.*
12 *verſ. 3. quaro*, vbi dicit quod ſi quis emit
frumentum in herba pro quinq;, quod
tempore meſſis veriſimiliter valebit
octo, quod contractus ſit vſurarius. *per*
text. in cap. in ciuitate de vſur. par. 2. q. 43. ſub
numero 7. tom. 7. hanc eandem opinio-
nem tenuerunt *Geminia. in conſil. 16. &*
Vrſil. ad Afflict. deciſ. 20. num. 10. nam ſicut
13 non licet ratione prorogati temporis
vendere rem carius vltra latitudinem
iuſti pretij, ita nec licebat vilius con-
ducere ratione anticipatæ ſolutionis,
14 vt per *Guttier. pract. quaſt. Canon. cap. 39.*
num. 11. Caual. d. deciſ. 32. num. 67. lib. 2. vbi
dicit, quod ſi conductor dat aliquid
anticipate locatori, & ob id minorem
ſoluit penſionem, & ſic ſentit commo-
15 dum ex anticipata ſolutione, commit-
tit vſuram, & allegat *Gemi. Alexand. &*
alios, idem tenuit Pet. de Vbal. de duobus frat.
16 *4. part. num. 8.* vbi quod ſi locator mu-
tuat colono, & ob id recipit maiorem
penſionem, contractus eſt vſurarius, ſic
è conuerſo ſi conductor mutuat, & mi-
nus ſoluat de penſione, quia correlati-
uorũ eadem eſt diſpoſitio, & dictum in
vno & cenſetur in alio, & vltra prædi-
ctos hanc opinionem firmauit *Caroc. in*
d. quaſt. 3. & in fortioribus dixit Roder. de
Annu. reddit. lib. 2. quaſt. 11. n. 24. quod lo-
17 catio etiam iuxta mercedem facta, ra-
tione tamen mutui extorta, dicitur v-
ſuraria, idemq; tradidit *in lib. 2. quaſt. 3.*
num. 48. & 52. cum ſequen. motus authorita-
te Gemin. in d. conſil. 16. Menoch. conſil. 343.
18 *num. 42. lib. 4. Farinat. in deciſ. 119.* vbi poſt
Abb. ait, quod pactum de mutuando
in contractu locationis non reddit i-
pſum illicitum, quando penſio eſt iu-
ſta, quaſi, ſecus ſi penſio ob id vilior ſit

D.Th.

Digitized by Google

D.Th.in opuſcul.de vſur.capit.6. & 22.q.78. articul.2. Summa Angelica.in verb.vſura.in princ. Syluest.verbo vſura ill.2.num.1. Armilla.in verb.vſura.c.11. Alſon.Aluarez.in ſpecul. Sum.Pontiſ. Molin.de contract. diſput.301. &
19 quod anticipata illa ſolutio virtualiter ſit mutuum, & quod ex hoc, contra-
20 ctus inter locatorem, & conductorem dicatur vſurarius dixerunt *Vgol. de vſur. cap.40.§.1. & cap.54. Nauarr. in manual. confeſſ.cap.17.num.228. Abb.in cap.nauiganti.num 6 de vſur. Ambroſ.de Vignat.de vſur. part.1.num.66.Caroc.de locat.parte ſeptima, concluſ.59. & Molin. de contract. diſputatio. 303.numero ſexto, & diſputatio.355. numero ſecundo.*

Accedebant prædictis præſum-
21 ptiones, & coniecturæ, quibus etiam probatur contractus vſurarius. *Maſcard. concluſ.447.num.2.lib.1. Molin. de contract. diſputat.303.num.6. Honde.conſil.33. libr.2. Menoch.lib.3.præſumpt.122.* quarum prima erat, quia omnia pacta poſita fue-
22 runt in fauorem conductoris, vt conſiderant *Rim.Iun.conſil.218.num.43.lib.3. Natt.conſil.670.num 10. Menoch.d.conſ.109. lib.2. Bal.d.conſil.311.num.9.lib.3.* Item paupertas qua grauabatur locator, &
23 neceſſitas quærendi pecuniam, vt ſolueret creditoribus, à quibus abſtringebatur perſonaliter, & in bonis, quæ fuerant cauſa iſtius locationis, & conductionis tam vili pretio, vt aduertit *Panorm. conſil.113. colum.pen. & fin.num.5. part.2.Iaſon.conſ.152.lib.4.Roueſcal.ad Bald. conſ.322.lib.3. & conſ.3[illegible]1. lib.5. Menoch.lib. 3.præſump.122.nu 87. Maſcard.concluſ.442. num.1. Crauett.conſ.156 num.13.verſ.8 Rol.à Vall.conſ.40.nu.37.lib.2. quos congerit.Cioff. conſ.97.lib.1.*

Altera coniectura erat incongrui-
24 tas penſionis, vt per *Bal.conſil.311.num.11. lib.3.vbi num.12.* ſubdit hoc Iudicis arbitrio relinquendum, & demum clauſu-
25 læ inſolitæ adiectæ in contractu, vt conſiderat late *Caroc. d.quæſt.3 num.6. de vſur.* quæ omnia ſatis ſufficere videbantur, cum ad probandum contractum
26 vſurarium ſufficiant leues coniecturæ, vt late per *Caroc. deciſ.41.num.12.& ſeq. Honde.d.conſil.33.num 55.lib.2.* & maxime vbi læſio eſſet magna, prout erat in caſu iſto ex *Caualc.deciſ.1.num.7.verſ. tamen iſta eorum opinio.& d.deciſ.32.num.66.verſ. item quando. lib.2.*

Dicebatur ex aduerſo quod in locatione non poterat dari vſura, quia ſi
27 adeſſet exceſſus in penſione, vtique competeret remedium *l.2.C. de reſcind. vend.& poſt alios dixerunt Guttier. in quæſt. canon quæſt.39. Graſſ. in deciſ.caſu.conſcient. part.2.lib.2.cap.24.& ſeq.& ſequitur addit. ad Farinat. in deciſ.119.* & fortius quia in foro contentioſo minime iudicari debebat contractus vſurarius ille, in quo adeſt vera pretij anticipatio, & eiuſdem pretij diminutio, aut iniuſtitia interuenerit, niſi conſtiterit iniuſtitiam, & diminutionem pretij propter ipſius anticipationem contigiſſe, & ſic quod de praua intentione contrahentis ap-
28 pareat *ad text. in cap.conſuluit.vbi gloſſ.qua ita conciliat tex.in cap.in ciuitate.de vſur.* & eandem opinionem ibi tenuerunt omnes *Canoniſtæ, Alex. conſ.93 num.4.vol.6. Bero.in c.nauiganti.num. [illegible]0.verſ.& ſcias.& num.18.verſ.& tamen.vbi Henric.Boic.nu.3. Burſat.conſil.320.num.29.vol.3. Rip.reſp.116.* & in facti contingentia deciderunt omnes Dd. Collegij Paduani *in conſil.89.*

inter Conſil. Cepoll. in ciuilibus per totum, & propriè num. 12. & num. 19. vbi affirmant quod ita communiter tenent *Doct. Canoniſtæ, & ex profeſſo reſoluit. Guttier. pract. quæſt. Canon. cap. 39. vbi num. 14.* affirmat, ſæpiſſimè in foro eccleſiaſtico ſe ita obtinuiſſe, & iudicatum vidiſſe, & loquitur etiam in terminis locationis. & vltimo loco eandem opinionem firmauit *Pet. Cenedo. in cap. nauiganti, de vſur. collectan. 47. num. 3. & 4. & num. 5.* vbi ait
29 quod nec in dubio præſumi poſſit emptorem, ſeu locatorem propter anticipationem vilius emiſſe, vt aduertunt *Bero. in d. cap. in ciuitate. num. 3. verſ. nec verum videtur. & Guttier. d. cap. 39. num. 15. ad fin. Bertaz. conſil. 207. num. 611. & 13. lib. 2. crimin.*

Item dicebatur, quod quotieſcunq;
30 locatur, ſeu venditur aliquid, de quo dubium ſit plus, minusve ſolutionis tempore valiturum, propter dubium euentum iſti venditores excuſantur à peccato vſurarum, nam euenire poteſt, quod illa res vendita, vel locata tanto minus valeat, ſicut eam & augeri poſſe in pretio, & propterea talis contractus ratione periculi cenſendus non erat vſurarius *ad text. in d. c. in ciuitate. de vſur. & ibi gloſ. in verbo uenditores, & Abb. in 4. notab. Socin. Iun. conſil. 83. num. 7. vol. 2.* & in
31 debito certo ſoluendo in poſterum, quod poſſit minoris emi, pretio anticipato dixit *Nauar. d. cap. 17. num. 252.* maxime reſpectu tertij, ſi debitum illud non niſi cum difficultate, expenſis, periculis, aut aliis damnis probabiliter recuperandum ſit, vt ex multis dixit *Rebell. ſociet. Ieſu in tract. de obligat. inſtit. 2. par. lib. 2. quæſt. 13. num. 1.*

Præterea faciebat, quod adhoc vt
32 detur vſura in locatione, illa duo requiſita prorſus neceſſaria erant, primo quod mutuum dederit cauſam contractui, ſecundo quod locatio facta fuerit viliori pretio, quàm locari ſolita fuerit. vt conſuluit *Abb. in d. conſil. 15. lib. 1.* & ita vtranque opinionem conciliat *Alex. in d. conſ. 20. num. 3. Menoch. d. conſ. 109.*
33 *num. 13.* nam ſi mutuum interueniat in locatione iuſta, vtique vſura dari non poterit, vt poſt *Abb. dixit D. Cardin. Tuſc. concluſ. 337. verbo vſura. num. 79. & concluſ. 361. num. 7. vol. 8. Farinat. deciſ. 119.* cum re-
34 gulariter ceſſante mutuo, non cadit vſura in contractu locationis, vt poſt alios dixerunt *Graſ. in 2 part. deciſ. cap. 24. num. 29. & 30. Bertaz. d. conſ 297. per totum. maximè ſub num. 6. lib. 2.* Et in caſu de quo agebatur, vtrunq; ceſſare videbatur, nam de primo non conſtabat in proceſſu, quod Baro gratia anticipatæ ſolutionis locaſſet pro minori mercede, & quod talis fuerit mens locatoris, vt ſupra dictum eſt, & ex multis dixit *Roman. d. conſ. 423. num. 12. & 13. Curt. Iun. in l. 2. §. mutui datio. num. 20. ff. ſi cert. peta. & Bal. in l. emptione. C. plus valer. quod agit.*
35 *vbi Odof. & alij*, & eo magis in Regno, in quo tales contractus locationis cum anticipata ſolutione fieri conſueuerant, vnde tales non erant reputandi, licet vere eſſent vſurarij, ſecundum *Bart. in l. ſi quis. §. apud labeonem, ff. de edil. edict. Rimin. Iun. conſil. 218. num. 14. Bertaz. conſ. 2. & 289.* Item nec ſecundum, quia licet res affictatæ aſcendant ad ſummam vnciarum 600 & circa, vt ex par-
36 te ipſius conuenti prætendebatur, tamen minus extimari debebant, habito reſpectu

Digitized by Google

reſpectu ad expenſas, prout inſtru-
mento dixit *Bertaz. conſil. 238. num. 8. lib. 1. & ibi Addit. & per Doct. in l. per diuerſas. C. mandat. Sot. de iuſtit. & iur. quæſt. 4. artic. 1. col 4. verſ & quantum ad expenſas.* Item in
oneribus ratione laboris, & periculi.
Guttier. d. quæſt. 39. Canon. nu. 33. & 61. lib. 1. Roder. de annu. reddit. lib. 1. quæſt. 12. num. 46. & 47. Item & in ſumma, quæ non poſ-
ſet exigi, Item & ad vncias ſexcentas
anticipate ſolutas in ſolito negotiari,
37 cum liceat ſine vſura aliquid accipere
in recompenſationem damni emer-
gentis, vel lucri ceſſantis, etiam in mu-
tuo, vt damnum mutuans euitet. *Summa Angel. verbo vſura ill. 1. num. 15. Corſett. conſ 25. num. 56. cum ſequen. inter conſ. crim. lib. 2. Couarr. variar. reſolut. lib. 3. cap. 4. nu. 2. verſic. quibus accedit, & num. 5. & 6. & poſt multos Ferdin. Rebell. d. tract. de obligat. iuſti. libr. 9. q. 11. num. 4. & in ſpecie dixit Nauarr. conſ. 19. 25. & 32. de vſur. lib. 2.* & quod va-
38 leat pactum factum per mutuantem
de ei ſoluendo aliquid annuum in re-
compenſationem lucri ceſſantis, re-
ſpondet *Grat. conſil 82. num. 20. & ſequent. vol. 1. & conſ. 49. in 1. dubio, num. 11. & ſequen. lib. 2. late Bertaz. conſ. 2. num. 20. cum ſequen. & conſ. 227. num. 4. & ſequent. & conſ. 244. num. 22. cum ſequen. vol. 1. crim.* vbi multa
alia ad hoc adducunt, & præſertim in
39 Regno, vbi dantur ad decem pro cen-
tenario. *Bolognett. conſil. 13. num. 2. & in l. 1. nu. 127. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt. Couarr. lib. 3. var. reſol. cap. 1. num. 8. Iacob. de Graſſ. de caſib. conſcien. lib. 2. cap. 101 num 32.* & erat probatum in proceſſu, quod
erat ſolitus negotiari *Molin. de contract. diſputat. 315. & 316. & melius diſputat. 501. num. 2. verſ quo vero ad lucrum.* In tantum
quod ex prædictis locatio videbatur
facta iuſto pretio, & moderato, vt nec
etiam cōſiderari poſſit vltra dimidiam
ad text. in l. 2. C. de reſcind. vend. & ex multis dixit Velaſ. de iur. emphyt. quæſt. 11. ad fin. & Rebell. in d. q. 3. n. 1. cum ſeq.

Conſiſtorium his diſcuſſis declara-
uit contractum vſurarium, condem-
nando conuentum ad reſtitutionem
rerum perceptarum ex dicto affictu,
factis bonis pecunijs anticipate ſolu-
tis, vna cum intereſſe, quod non exce-
dat decem pro centenario, nec non &
expenſis factis occaſione exactionis
rerum, vt ſupra affictatum ex proceſſu
liquiditatis, & liquidandis, confirman-
do duas alias ſententias conformes la-
tas per Curiam Archiepiſcopalem
Meſſanę, & per Regiam Monarchiam.
Et ad contraria dictū fuit, quod reme-
40 diū l. 2. locum ſibi vendicaret, quando
in locatione ſimpliciter interueniſſet
enormiſſima læſio, & ita loquuti ſunt
Doct. ex aduerſo allegati, ſecus verò,
quando interueniret mutuum, & anti-
cipata ſolutio, vt reſolutum fuit per
Alex. Gemin. Menoch. Caualc. & alios præal-
41 *legatos.* Item dicebatur quod ſatis de
deprauata mente contrahentis con-
ſtare videbatur, dum penſio erat adeò
enormis, & iniuſta, ex *Alex in d. conſil. 20. quem ſequuntur omnes Doct.* Dicebat D. de
Blaſchis, qui pariter mecum erat vnus
Iudicum in cauſa, quod ex hac reſpon-
ſione non apparebat ſublatum moti-
uum gloſ. ex aduerſo allegatæ, vbi dato
mutuo, ſeu dilatata ſolutione, & iniu-
ſta penſione, non dicitur contractus
vſurarius, niſi de deprauata mente
contrahentis conſtiterit in foro con-

tentioſo,& gloſ.ſequuntur omnes Canoniſtæ vt dictum eſt, ecce ergo quod vltra illa duo requirebatur,& tertium, quod mutuum dederit cauſam locationi , & hoc eſt illud, quod poterit probari ex coniecturis,& præſumptionibus,ſed Doctiſſimus Don Ioſeph de Napoli inter primarios noſtri temporis aduocatos qui cauſam defendebat pro Barone,dixit,quod in caſu iſto deprauata mens colligebatur, quia conductor ing bellauerat dictum frumẽtum,quod tempore exactionis certum erat plus valere ut dixit *Abb. in d. conſ 5. verſ.& ex his omnibus, & melius in c. in ciuitate.n. 5. quem refert, & ſequitur Ioan.de Anna.ibi col.3.Bal.conſ.310.lib.3 & ibi Rouaſcal.in ſchol.* cõcludunt, quod licet in fo-

42 ro contentioſo ex forma contractus, non poſſit venditor conuinci de vſura, attamen non procedit hoc, quando

43 eſſet certum,quod tempore conſignationis plus non valeat, & ſequitur *Ambroſ.de Vignat.in tract.de vſuris n.87.* & ſatis certum dici poterat in caſu iſto illud pretium, quod veriſimiliter rationari

44 poterat ex vſu regionis,ut declarando Abb.dixit *Bero.in d.c.nauiganti.n.23.de vſur.& Soc.Iun.in cap.1.num.27. de vſur.* cum igitur rationato frumento ſecundum valorem gabellæ, veniebat ad tarenos quindecim ſingula ſalma,& nihilominus veriſimiliter pretium ex curſu regionis in oneratorio Leocatæ, vbi frumentum exigi debuerat, aſcendebat ad tarenos quadraginta , vtiq; ſatis cõſtare videbatur de deprauata mente iſtius contrahentis, ex iſto magno exceſſu, quo caſu de facili iudicandus erat contractus vſurarius , & fraudulentus;vt dixit *Laurent. de Rodulf.in d.cap. conſuluit.ſub num. 2. 11. de vſur.* & maximè quia ſi opus eſſet hoc probare per plenas probationes, nunquam poſſet cõtractus diiudicari vſurarius, cum nunquam hæc fiant palam,& eſſet dare occaſionem committendi vſuras,& faciendi pallitatè improbos contractus, abſq; quod in foro exteriori poſſent reſcindi;ex qua reſponſione videbatur etiam ſublatum ſecundum argumentum ex aduerſo adductum,ratione dubij euentus, quia iura affictata erant cenſus certi, & ſumma certa frumentorum , & ideo ratione certitudinis,

45 contractus dicitur vſurarius, vt dixerunt Abb.& alij præall.lo.& licet pretium ſit dubium, tamen,vt dictum eſt, cum ex vſu regionis veriſimiliter excedat, certum erat lucrum , & contrahitur vſura, vt probauit *Lauren. de Rodulf. in 2. par. de vſur. quæſt.29. idem dixit Bald.in d.conſil.310.num. 2.verſ.non obſtat.libro.3 . & ibi addit. Rouaſcal.* vbi ait, quod ad iudicandum contractum eſſe vſura-

46 rium, paria ſunt aliquid eſſe certum, vel proximum certo, & melius idem *Bal. in l. cum non frumentum. C. de vſur.* vbi loquitur de eo, qui erat obligatus ſol-

47 uere vſuras,& nomine vſurarum ſe obligauit ſoluere certam quantitatem frumenti, quærit ibi Bal.ſi illa quantitas frumẽti excedit debitam ſummam vſurarum, an poſſit peti?opponit *Bald. ibi* quod poteſt peti ea ratione, quia cum tempore contractus ſit incertum, quantum valebit frumentum in fine anni,quando venit præſtandum,ratione illius incertitudinis,non poteſt dici vſura,attamen Bal.ibi pro ſolutione

iſtius

Digitized by Google

iſtius contrarij dicit, ſolue, nam concedo, quod non poteſt haberi omnimoda certitudo pretii frumentorum, tamen poteſt haberi probabilis coniectura exceſſus, & modi, & tunc nõ valet, & in puncto determinat *Natt. in d. conſ 670. n. 7. & 8. lib. 4. & conſ. 369. n. 3. lib.*
48 *2.* vbi conſuluit, quod ſi quis emat frumentum, ſoluto certo pretio anticipato, quod quidem frumentum debebat conſignari alio tẽpore, quo veriſimiliter ſecundum communem vſum regionis erat plus valiturum, talis contractus erit iudicandus vſurarius, & reſpondet tacitæ obiectioni, quod ſi dicatur, quod quandoq; contingit cõtrarium hoc non eſt habendum in conſideratione, quia iura adaptantur ad ea quæ frequentius accidunt *l. nam ad ea. ff. de legi. Abb. in d. cap. nauiganti n. 11. extra de vſur. & ſequitur Vgolin. de vſur. in dict. ca. 40. § 1. verſ. 2. declaratur.* qui ait, quod etiam, quod pretium nõ ſit omnino certum, ſi tamen ſit veriſimile, & probabile rem eſſe pluris valituram, contractus eſt vſurarius, & ſubdit, quod certitudo, & veriſimilitudo quod res ſit plus, vel minus valitura, eſt ſumenda ex communi curſu regionis, & concludit *Cioff. in d conſ. 97. nu. 2. idem Rim. Iun. conſ. 218. nu. 57. cum ſeq. Guliel. de Benedict. de vſur. § in emptionibus. nu. 57. & § ad propoſitum n. 63. & §. vſura num. 76. verſ. non eſt vſurarius. Bero. in d. capit. nauiganti. num. 10. & Ioan. Corpus in tract. de natural. fructibus, cap. 9. per totum, vbi num. 2. comprobat opinionem Bald. in d. l. cum non frumentum,* vt fœneratorum calliditati obuiam eatur, qui modica pecunia data, maximam frumentorum quantitatem accipiunt, & ipſe loquitur interpretando *tex. in dicto cap. nauiganti, & idem firmat Bal. in rub. C. de vſur. q. 3. n. 14. Salic. in auth. ad hac. n. 9. q. 10. eo. tit.*

Minus obſtabat aliud obiectum, quia in facto ceſſabat, cum in proceſſu conſtiterit euidentiſſimè de enormiſſima læſione, factis bonis omnibus expenſis; & alijs ex aduerſo deductis, & ex parte conuenti non niſi per tres teſtes de auditu contrarium fuerat probatum, in tantum quod ex prædictis oſtendebatur quod nedum anticipata ſolutio dederat cauſam locationi, ſed etiam de exceſſiua, & iniuſta penſione conſtabat.

Nec alicuius momenti erat conſuetudo allegata circa tales contractus ex Butri. Rim. alijs, nam de iure canonico
49 hoc nõ erat verum, quia conſuetudo, quæ eſt contra ius naturale non excuſat, quando eſt nutritiua peccati ſecundum *Canoniſt. in ca. fin. de conſuetud. Rimin. Iun. d. conſ. 218. n. 53. Roger. conſ. 53. num. 30. cum ſeq. Pedroch. conſ. 36 num. 275. & n. 276.* Item non procedebat, quando apparet ex lectura contractũ illum eſ-
50 ſe vſurarium. *Natt. conſ. 586. col. fin. & poſt alios Rim. Iun. conſ. 399. num. 58. & 59. cum plurib. ſeq.* vbi dixit quod doctrina Bart.
51 procedit in caſu quo communiter tales contractus reputantur liciti, & in Regno nedũ erat vera huiuſmodi conſuetudo reſpectu conductoris, verum totum cõtrarium obſeruari videmus.
52 Itẽ doctrina Bar. procedit tantũ in criminalibus, quoad pœnã corporalem, non autem quo ad nullitatem contractus, & reſtitutionem vſurarum, vt diſtinguendo dixit *Bero. in conſ. 167. nu. 9. & 10. lib. 1. Natt. conſ. 448. num. 18. cum ſeq. lib. 2.*

Digitized by Google

D.Camil. Borel. in conſil.79. num.32. & ſeq. Bertaz.conſ.7.num.25 lib.1. & conſ.290.n.8. lib.2. Surd. conſil.184. num.10. vbi diſtinguit, Roger. d. conſil.53. num.30. latiſſime Piguer. deciſ.34. per totum. Baiar. ad Clar. §. vſura num.21. & ita loquebantur Doct. ex aduerſo allegati. Nec notarij deponentes de tali conſuetudine aliquid dicebant in caſu quo conſtaret de enormiſſima læſione in locatione, vt erat in iſto caſu, & ſecundum prædicta fuit exequutum de menſe Octobris 1609.

SVMMARIVM.

1 *Dos de paragio poterit taxari vſq; ad portionem competentem ab inteſtato.*

2 *Sed an hoc procedat quando filiæ ſint plures num.2. contra num.7.*

3 *Conſtit. in aliquibus fuit inducta in fauorem maſculi Baronis, & num.11.*

4 *Legitima diuerſimode taxatur vni, vel pluribus filiis.*

5 *Dos de paragio taxatur ad inſtar legitimæ.*

6 *Dos de paragio vt pari nubere poſſit, non competit, quando mulier habet aliundè.*

8 *Dos de paragio non poteſt excedere legitimam, quando debetur à patre.*

9 *Conſtit. in aliquibus declaratur.*

10 *Andr. in conſtit. in aliquibus declaratur.*

12 *Dos pro qualitate mulieris poterit aſcendere ad totum patrimonium.*

13 *Paragium vt nubat pari, relinquitur arbitrio Iudicis.*

ARGVMENTVM:

Dos de paragio an poſſit aſcendere ad totam tertiam, ſi ſint plures filiæ.

DECISIO CVII.

1 Dixi in deciſ.48. quod dos de paragio debita mulieri ob excluſionem feudi, poterat taxari vſq; ad portionem competentem ab inteſtato, vt pari nubere poſſit, per doctrinam *And. in Conſtit. Regni in aliquibus. & Conſtit. Quam plurium. cum alijs ibi relatis.* ſecundum quam opinionem, tàm in cauſa prædicta, quàm in alijs pluribus determinauimus. Orta fuit tamen controuerſia in cauſa Donnæ Virginiæ de Grimaldi contra Baronem Guzzettæ, an idem procederet, quando filiæ eſſent plures? & videbatur quod non,
2 quia melioris conditionis eſſet fœmina, quàm maſculus, & Baro nimium grauaretur, cui remaneret tantum eadem portio, & teneretur ad ſeruitium
3 militare, & cum d. conſtit. In aliquibus. introducta fuerit in fauorem ſexus maſculini, ſcilicet, quòd præferatur fœminæ in ſucceſſione feudi, non debebat retorqueri in eius læſionem, vt dixit *Petr. de Greg. de dote de parag. quæſt.32. n.4. verſ. aliquando vero.* & conſequenter nulla poterat in iſto caſu conſiderari paritas, eo quia aliæ ſorores idem peterent, & pro eius deciſione fuerunt allegati per Aduocatos *Andr. in d. conſtit. in aliquibus. col. pen. & col. fin. & poſt eum Io. Angelus Piſanel. in conſuetud. Neap. ſi moriatur. lit. E. ſol. mihi 94.* Item dicebatur,
4 quod de iure ſit differentia, quando legitima taxatur vni, vel pluribus filiis, vt notanter dixit poſt alios *Pariſ. in conſ.25. num.32. & ſeq. lib.2. & conſ.53. num.71. lib.3.*
5 & dos de paragio loco legitimæ taxatur, cum in eius locum ſucceſſerit. *Petr. de Gregor. in tract. de dot. de parag. quæſt.2. D. Io. Fran. de Pont. in conſ.65. num.5. Fab. de Ann. conſil.6. vbi latè.* quæ omnia tanto fortius militare debebant in caſu de
6 quo agebatur, quia iſta Donna Virginia aliunde habebat, vnde pari nubere

poſſet

poſſet: ſecundum *Andr. in d. conſt. in aliquibus. circa fin. & ſequitur Anto. de Ale. in d. conſuetud. ſi moriatur. verſ. quando filia. circa finem.* vbi dicunt, quod quando filia habet aliunde, vnde ſuppleat dotem, tunc paragium commenſuratur legitimæ.

Sed in contrarium faciebat, quod *Andr. cum alijs fere multis Doct. allegatis in d.*
7 *deciſ. 48.* indiſtinctè loquebantur nullo habito reſpectu, an filiæ ſint plures, vel
8 vna; licet non me lateat, quod in patre aliter dicendum eſſet ſecundum eundem *And. ibidem in verb. quintum decimum verſ. per hoc patet, & ibi etiam Affl. in 12. quæſt. quos & alios refert D. Vinc. de Fran. in deciſ. 616. num. 2.* & propterea dos prædicta taxanda erat vſq; ad portionem eidem competentem ab inteſtato, vt pari nubere poſſet, & maxime quia conſtitutio ipſa in aliquibus tollebat peni-
9 tus obiectum, dum in plurali ſermone diſponebat dotari debere ſorores, ibi (dum tamen ſorores, aut amitas ſecundum paragium debeant maritare,) & ibi (& ipſas pro ipſorum diſpoſitione maritant). Et Andr. ex aduerſo
10 relatus faciebat pro muliere, dicit enim ibi expreſſe, quod quando ſoror Baronis haberet ſuam integram portionem, vt nubat pari, & cum tota illa portione non poteſt, quod tunc non poteſt habere aliquid de portione fratris, ne ſit melioris conditionis, quam frater maſculus, & ita ſequitur Piſanel. ibidem, at in caſu propoſito, non niſi portio competens petebatur, & non vltra de portione fratris, & ideo conqueri non poterat, ut expreſſe declarat *Petr. de Greg. in d. quæſt. 32. n. 4. in fin. ibi poſt*
11 *And. dum dixit*, quod conſt. prædicta non debet retorqueri in læſionem maſculi, vt detur plus fœminæ, quam haberet ſi ipſa fœmina ſimul cum fratre ſuccederet in feudo, tanquam in re allodiali. *arg. tex. l. quod fauore C. de leg. quem refert Affl. ibi in d. quæſt. 12. vbi ita intelligit Alex. in conſ. 7. lib. 2.* per eum allegatum, dum firmabat, quod pro generis qualitate inſpicienda, in dotandis
12 fœminis poſſit totum patrimonium patris erogari, nullo habito reſpectu ad fideicommiſſum, quod totum poſſe reſcindi arbitratur, Item nec videbatur obſtare, quod iſta Donna Virginia aliunde haberet, nam legatum illud fuerat relictum vltra dotes de paragio; Item erat inexigibile, quia hæreditas, ſuper qua recuperari debuerat, erat exhauſta, & propterea Conſiſtorium taxauit dotes vntias 603. quolibet anno pro capitali vntiarum nongentarum ad rationem de ſeptem pro centenario, quæ erat ſemis eius portionis, quam eſſet habitura ab inteſtato, & vltra arbitratum fuit paragium ad alias
13 vntias ſexcentas, cum totum hoc arbitrio Iudicis, tanquam indeterminatum, relinquatur ad not. per *Afflict. in d. conſtit. aliquibus num. 52. poſt Alex. in conſil. 83. lib. 4. quos ſequitur Petr. de Greg. in d. q. 32. in fin. vbi in addit. cumulaui Menoch. in conſ. 293. num. 5. & de arbit. caſu 149. & eundem Afflict. in c. 1. nu. 21. verſ. item relinquitur. Ex quibus cauſ. feud. amitt.* & cum fuiſſet de ſententia prædicta petita reclamatio, idem iudicauimus de menſe Februarij 1608.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Vniuerſitas vel Collegium tenetur conſtituere ſindicum, ratio num 2.5.& 25.
3 Hæredes plures an teneantur conſtituere vnum procuratorem, & num.6. limita in hæredibus actoris.
4 Dictio (aliquo) quid denotet.
7 Plures conuenti an teneantur conſtituere vnum procuratorem, amplia num.8.
9 Procurator vnus dari debet in iudicijs duplicibus.
10 Hæredes plures poſſunt agere diuiſim, limita num.11.& num.15.
12 Hæredes actoris non tenentur conſtituere procuratorem, limita num.13.
14 Plures conuenti an teneantur conſtituere vnum procuratorem, diſtingue ibidem.
16 Hæredes plures tenentur conſtituere procuratorem, quando lis eſt inchoata cum defuncto.
17 Defenſio vnius litis non debet ſcindi in plures defenſores. intellige num.18.
19 Text. in l.cum procuratorio.§. vnius. ff. de procur. declaratur.
20 Text. in § ſi plures. de exercit. actio. declaratur.
21 Text. in l. ſi familia. ff famil. erciſc. declaratur.
22 Text. in l. quod ſi nolit. § ſi plures. ff. de ædil. edict. declaratur, & num.23.
24 Vinc. de Franc decis. 309. declaratur.
26 Plures perſonæ conuentæ, quando non poſſint cogi vnum conſtituere procuratorem.
27 Cauſa vbi eſt ardua, non tenentur plures rei vnum conſtituere procuratorem. amplia num.28.

ARGVMENTVM.

An plures conuenti teneantur conſtituere vnum procuratorem.

DECISIO CVIII.

ARticulus iſte an plures ſimul agentes, vel conuenti, cogantur dare procuratorem; varie ſecundum
1 varios caſus reperitur deciſus; Nam in vniuerſitate, vel Collegio concluditur, quod vnus debet conſtitui defenſor, vel ſindicus *l.4.§.creditoribus.ff.de fideicomm.libertat.* vbi *Doct. Gratia.deciſ.107. num.4. Vincent. de Franch. deciſ.309. Leſ. de iur. vniuer. part.2. num.3. & de practica teſtatur D.Octau. Corſett. quæſt.forenſ.10.lib.1. Fab.in addit.nouiſs Vincent. de Ann.ſing 387. num.499.* qui allegat *Roman. in l.1.§. ſi autem.ad Trebell.* vbi dixit rationem eſſe,
2 quia videretur eſſe maximi tedij, quod ad vnum quemque actum omnes citari deberent, ſecundum *Vlpian.in l.iam tamen.§ ſi tamen.ff. iudicat. ſolui.* loquendo
3 de pluribus hæredibus, ibi (nam & plures hæredes neceſſe habebunt vnum dare procuratorem, ne defenſio per plures ſciſſa, incommodo aliquo afficiat actorem, aliud eſt in hæredibus actoris,&c.) & ponderanda eſt dictio
4 (aliquo) quæ denotat etiam paruum incommodum, vt recenſet *Gratia. d.*
5 *dec.107.n.3.* eandem rationem videtur q. poſuiſſet *Vlpian.l.1.§. ſi plures, & l.ſeq.ff.de exercit.* ibi (*ne plures aduerſarios reſtringatur, qui cum vno contraxerit*) *vbi gloſ.in verbo in ſolidum*, confirmat ex alijs, licet d. iura non loquantur de conſtituendo procuratorem, *ſed gloſ. in d. §. ſi tamen. loquendo in materia adducit d. iura. & melior gloſ. in l.non tamen. ff. de procurat.* & in
6 pluribus hæredibus eſt etiam *text. in l. licet. §.ſi plures.verb. plane.ff.de procur.* quem *text. adducit gloſ. in d. §. ſi tamen, & eſt text. clarior in l.quod ſi nolit.§ ſi plures. ff. de ædilit. edict. vbi gloſ. adducit concordantes. Aloiſ.de Leo.in l.1.num.11.C.de petitio. hæred. & Gratia. d. deciſ. 107. num. 3. & ſeq.* & in pluribus conuentis iudicatum fuiſſe in
7 Sacro Conſilio teſtatur. *D. Vincent. de Fran.*

Digitized by Google

Fran. in d. dec. 309. nam vt ipſe dicit, ratio præallegata per Rom. & alios in Vniuerſitate, & Collegio militat etiam, quando ſunt plures particulares conuenti, & eum refert, & ſequitur *Fab. de Ann. in add. ſui genitoris in d ſing. 387. & melius Aloiſ. de Leo. in l. 1. nu. 4. C. de condi. furti. & in l. 1. n. 5. C. ſi plur. vn ſent. &c. Caſſan. in Conſuet. Burgun. rub. 13 §. 6. verbo. Ou. &c. fol. 1474. num. 4. in fin. & Franciſc. Marc. de-*
8 *ciſ. 699. part. 2. vbi allegat Abb. & alios,* fortius vbi natura rei, aut negotii hoc pateretur, vt voluit *Floria. in l. familiæ. ff. famil. hercisc. dum dixit*, quod in iudiciis duplicibus debet dari vnus procura-
9 tor, allegat rationem, quia natura negotii hoc patitur, *& Bar. in l. 4. §. Cato. quæſt. 4 ff. de verbo. obligat. vbi ait post Iacob.*
10 *de Are. & Oldr. quod plures hæredes poſſunt agere diuiſim. d. §. tamen.* Fallit vbi natura
11 negotii requireret ſimul, & per vnum agi. *d. l. quod ſi nolit. §. ſi plures. ff. de adil. edic. & clarius affirmauit Alexan. in addit. & Ang. ibidem, & ſequitur post alios Gratia in d. dec.*
12 *107. nu. 8.* ubi hoc limitat in hæredibus actoris, qui licet non teneantur vnum conſtituere procuratorem *d. § ſi tamen. ver. alind*, tamen ſecus erit vbi natura
13 rei hoc requireret.

Cum tamen eſſem Iudex in Curia Prætoriana huius Vrbis, & in M. C. non ſemel de articulo prædicto fuit controuerſum, & re vera, licet authoritas Sacri Conſilij ſit maxima apud me, tamen non ita generaliter, ſed adhibita distinctione communiter recepta ſemper punctum prædictum determinaui; nam aut cauſa ex qua agebatur reſpectu reorum habebat initium in vna perſona, & tunc vnus dandus erat procurator, aut in pluribus, & eo caſu plures poterant dari procuratores, quæ diſtin. fuit originalis *glo. in d. §. ſi plures, dum ibi opponit d. §. vnius, & ſoluit. quod in d. §. ſi plures,* vnus erat, qui ſatiſdederat, cuius ſunt plures hæredes, & ſic loco vnius, & ideo non mirum ſi vnum debeant dare procuratorem, ſic è contra *gloſ. in d. §. vnius. opponit d. §. ſi plures,* & dicit; quod ibi vnus à principio erat litigaturus, videlicet defunctus, ſed quan-
14 do plures ſunt principaliter perſonæ conuentæ, quæ non repreſentant vnicam perſonam, plures poſſunt dari procuratores *iuxta tex. in d. §. vnius, ſequitur Bar. ibidem. idem voluit Bal. dum diſtinguit*, quod aut origo debiti ſumpſit originem in perſonam vnius, & tunc plures ſuccedentes in locum vnius debent conſtituere vnum procuratorem, vt plures hæredes vnius debitoris, ſed ſi à principio ſunt plures debitores, tunc quilibet poteſt conſtituere ſuum procuratorem, quia numerus eorum, qui in vnius locum ſucedunt, pro vna perſona reputantur, & reſpondet ad contraria, ponens rationem differentiæ, & idem dixit *in l. 4. n. 13. in fin. col. 3. verſ. ſed pone è contra. C. de adilit. actio. ſic etiam voluit Alber. in d. § ſi plures, vbi dicit, quod ſi in illo §.* ageretur contra hæredes ad præſtandum à quolibet pro parte, & tunc quilibet poſſet dare procuratorem, nec coguntur in vnum cõuenire. & dixit *Ang. in d. §. ſi plures,* quod ſi inchoaretur inſtantia contra hære-
15 des, dum quod petitur diuiduum, & inter ipſos hæredes ſit diuiſum ipſo iure quilibet nomine proprio eſſet conueniendus, & quilibet iſto caſu

ſuum poſſet cōſtituere procuratorem, ſic etiam *Caſtr. in d.* §. qui intelligit illum tex. quando lis erat inchoata contra defunctum, & ex illo peruentum ad plures, qui iſto caſu tenentur vnum dare procuratorem, ſecus eſſet ſecun-
16 dum Caſtr. ſi lis eſſet inchoanda contra plures hæredes, nam iſto caſu non eſt conſiderandum, quod actor aliquo afficiatur incommodo, & tenet *cum gl. Salic. in l. 1. C. ſi plur. vn. ſenten. n. 1. vbi alleg. Bal.* idem dixit notabiliter *Fulgoſ. in l. omnium. num 2. ff. de procurat.* dicens, quod
17 defenſio vnius litis non debet ſcindi in plures defenſores, ſecus autem ſi eſſet lis vna plurimarum perſonarum, quia tunc non eſſet prohibitum dare plures
18 procuratores, & idem *Fulgoſ. in d. §. vnius. vbi num. 3. ait, quod in illo §. vnius.* ab initio
19 plures erant perſonæ principales, & intelligit. text. *in d. §. ſi plures.* in reo vel
20 hæredibus rei, qui promiſiſſent iudicatum ſoluere, *Iaſon. & Socin. Iun. in l. 4. §. Cato. num. 142. in verbo obligat.* & magiſtraliter dixit faciendo ſuper hac materia theoricam *Abb. in c. iniuſte. num 10. de procurat. quem ſequuntur ibi Franc. num. 2. & Imol. nu. 16. Ioan. Calder. in l. ſi curatorem. num. 13. de reſtit. in integr. vbi alios allegat, & & optime Gratia. d. dec. 107. per totam*, & ſic videbantur procedere ex aduerſo allegata per *text. in d. §. ſi plures, & loquitur*
21 *text. in l. ſi familiæ. ff. famil. erciſc.* quia ibi pendente iudicio diuiſorio mortuus erat vnus, relictis pluribus hæredibus, qui cum habeantur loco vnius, vnum tenebantur dare procuratorem, & ita declarant illum text. *Florian. Caſtr. & Alber. ibi*, qui etiam dicit, quod ſecus forte eſſet ſi deceſſiſſet ante iudicium inchoatum, quia tunc quilibet poſſet
22 conſtituere procuratorem, & tex. *in d. l. quod ſi nolit. §. ſi plures.* procedebat ex ratione particulari, quia natura negotij repugnabat, vt declarat *Angel. in d. §. vnius. num. 1. & in fin. & Fulgoſ. ibidem nu. 3.*
23 *vltra quod in d. l. quod ſi nolit. §. ſi plures*, negotium ſumpſerat originem in vna perſona, à qua plures hæredes habebant cauſam, vt in redibendo conſentirent in vnum, *& gloſ. in verbo dare. allegat text. in l. iam tamen. §. ſi tamen plures. ff. iud. ſol. & declaratur per tex. in l. ne in plures ſolut. vbi gloſ. ff. de exercit. actio.*

24 Nec obſtabat *D. de Franch. in d. deciſ. 309.* vbi ponit caſum de pluribus conuentis, qui fuerant coacti conuenire in vnum procuratorem, vel duos, nam ipſe allegat textum *in dicto §. ſi tamen*, & ideo debebat intelligi ſecundum legem allegatam, & ſic, quod lis ſumpſerat originem in vna perſona, à qua forſan dependebant illi conuenti, cum non alleget alios Doct. in contrarium, & ſi caſus non eſſet iuxta *d. §. ſi tamen*, haberet in contrarium *text. in d. §. vnius. gloſ. Bart. & alios præallegatos Dd.* Minus obſtabat alia ratio adducta per Franc. ibidem, quod quando Vniuerſitas litigat, poterat cogi vt vnum conſtituat Sindicum, quæ ratio militare videbatur etiam quando eſſent plures perſonæ conuentæ, quia iſta ratio faciebat in contrarium, nam
25 Vniuerſitas ita demum habet neceſſitatem conſtituendi vnum Sindicum, in quantum habetur loco vnius, vt dixit *Ang. in d. §. vnius, & ibidem Alber. Bal. in l. fi. n. 5. C. de fideic. libert.* vbi quod hoc debeat facere, vt vniuerſi, non vt ſinguli, & id-

Digitized by Google

& ideo non poſſunt ſinguli conſtituere procuratores, quia habentur loco vnius; & eò magis prædicta omnia locum ſibi vendicarent, quando perſonæ conuentæ per ſe ipſos litem defendere
26 vellēt, quia tunc nullo pacto cogi poſſent eligere procuratorem, vt terminanter dixit *Paul. de Caſtr. in d. §. ſi tamen plures*, nam vſus procuratorum fuit inuentus in fauorem litigantium, non in eorum odium, vt quando rebus ſuis non poſſent ſupereſſe, vel nolunt, ſaltem vt per alios poſſent agere, vel conueniri, & non eſt veriſimile, quod procurator adeo diligenter tractet cauſam, ſicut ipſemet faceret *cap. querelam. de procurator. vbi Henric. Boic. numero 7.*
27 Imo in cauſis arduis, etiam impeditus, vel abſens, nō tenetur conſtituere procuratorem, vt de magis communi teſtatur *Odd. Sfor. q. 30. art. Penul. Porti. conſ. 3.*
28 multo fortius in cauſa ardua non erit cogendus præſens, & ita ſemper determinaui, & vidi ſeruatum per peritos Iudices, & præcipue in cauſa Baronis Solanti, qui in M. C. tentauerat litem contra nonnullas perſonas, via reintegrationis de anno 1607.

SVMMARIVM.

1 *Agens hypotecaria tenetur excutere bona principalis, amplia in cauſa dotis nu. 2. contra num. 3.*

4 *Excuſſio non eſt neceſſaria, vbi proceditur ſummariè, & de plano.*

Intellige num. 10.

5 *Excuſſio non requiritur vbi reus haberet ius & cauſam à debitore.*

6 *Excuſſio non requiritur, vbi tentatur Saluianum interdictum.*

7 *Remedium Saluiani interdicti, an ſit poſſeſſorium, & num. 12. contra num. 8.*

9 *Excuſſionis exceptio admittitur in dote.*

11 *Probatio circa excuſſionem qualiter facienda in cauſa dotis, vbi proceditur ſummariè.*

ARGVMENTVM.

Excuſſio an requiratur in iudicio hypothecario pro cauſa dotis.

DECISIO CIX.

1 DE iure agens hypothecaria non poteſt aliter obtinere, niſi prius diſcutiat bona principalis ſibi obligata. *ad text. in auth. hodie. C. de pignor. Neguſ. tract. de pignor. 8. par. prin. n. 9. 10. & 23. in 1. memb. Gabriel. de fideiuſ. concluſ. 1. num. 21.* & de magis communi opinione teſtatur
2 *Magon. in deciſ. lucenſ. 64. nu. 18. & ibi additio.* vbi hoc ampliat, ſi ageretur pro cauſa dotis. *Vinc. de Franc. deciſ. 270. par. 2.* qui refert ita iudicatum fuiſſe in Sacro Conſilio. *Gail. obſeru. 27. n. 9. & 10. lib. 2. & poſt alios Caroc. in tract. de excuſſio. q. 25. n. 4. par. 2.* Dicebatur pro muliere, quod licet concluſio prædicta habeat contra-
3 dictores, vt fuerunt *Bal. Nouel. de dot. priuil. 378. par. Rom. in l. ſi conſtante. ff. ſol. matr. dicens ita conſuluiſſe Ioan. Lup. in cap. per veſtras. §. 34. de donat. int. vir. & vxor.* nihilominus in caſu iſto, in quo procedebatur ſummariè, & de plano ſola facti veritate inſpecta, nulla erat neceſſaria
4 excuſſio ſecundum *Crauett. conſil. 198. col. 3. Corn. conſil. 55. num. 3. Marſil. in rubr. de fideiuſ. colum. 6. verſic. idem dicitur. Gratia. deciſ. 71. numero 1. & ſeq. Menoch. de arbitr. iud. quæſt. 51. & Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 45. numero 8.* & maxime quia conuentus habebat ius & cauſam à debitore, quo caſu nulla requirebatur excuſſio,

 etiam

Digitized by Google

5 etiam quod ageretur de credito non priuilegiato, vt firmat *Specul. in tit. de obligat. & ſolut. §.1. num. 50. verſic. vel dic,* quem refert, & ſequitur *Iacob. de Aren. in tract. de excuſſio. bono. num 31.* Item dicebatur quod in cauſa iſta tentatum fuerat Saluianum interdictum, vbi non
6 requiritur excuſſio ſecundum *Doct. in l. fin. C. de Saluia. interd. Rip. in rub. de pignor. col. pen. poſt alios. Rol. conſ. 15. num. 14. & ſeq. lib. 1.* ex communi relata, *per Lud. d. deciſ. 45. num. 13. & Surd. in conſ. 4. nu. 36. cum ſeq.*

Nec obſtabat dicere remedium prędictum non poſſe adaptari in terminis, de quibus agebatur, cum tãtum competat, quoties probaretur poſſeſſio penes debitores tempore obligationis
7 contracta, cum ſit remedium poſſeſſorium. *Bello. conſil. 34. num. 5. verſ. ad hoc reſpondetur, & num. 6. per totum. Caroc. de excuſ. bonor. quaeſt. 31. num. 4. verſ. ſed in Saluiano, & late Turett. conſ. 23. lib. 3.* Nam dictum fuit quod hoc non procedebat,
8 quando obligatio eſt præſentium, & futurorum, cum ſtatim atq; quod bona perueniant in poſſe obligantis, reincidant in obligationem contractam, & datur interdictum Saluianum contra bona ex obligatione pręcedenti, & poſſeſſione ſubſequenti, vt dicunt Doctor. ex aduerſo allegati. Conſiſtorium declarauit exceptionem excuſſionis non obſtare, & idem ego determinaui, confirmando ſententiam prædictam de menſe Februarij 1608. pro Brigida Linguzo. nam licet pro vero
9 per nos habitum fuerit, quod etiam in repetitione dotis talis exceptio admittatur: ſecundũ *Doct. in pr. alleg.* tamẽ quia
10 in caſu iſto ꝓcedebatur ſummarie, vbi etſi non requiratur illa iudicialis, & formalis, & ſolennis excuſſio, & prout in alijs cauſis, nihilominus poterit Iudex ad inſtantiam tertij poſſeſſoris ſe ſummarie, & extra iudicialiter informare, an ille debitor poſſideat alia bona, & quatenus reperiat, mandare, quod agatur prius contra principalem, quam tertium, vt concordando Doct. qui in hac concluſione variarunt dixit *Peruſ.*
11 *in d. dec. 45. n. 9.* quod fieri poſſe per probationem in eadem inſtantia dixit *Caroc. in d. quaeſt. 25. ſub nu 3.* & ideo, quia in proceſſu conſtabat non adeſſe alia bona debitoris obligati ad reſtitutionem dotis, non erat aliter neceſſaria excuſſio petita per conuentum, & ſic fuit prædicto modo iudicatum, nec fuit aliquid reſolutum in eo, quod dicebatur
12 de Saluiano interdicto, vbi in contrarium poterat allegari *Deciſ. Theſaur. deciſ. 175. num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum datur minori aduerſus tres ſententias, remiſſiue.*

2 *Minor, & eccleſia æquiparantur circa reſtitutionem in integrum.*

3 *Reſtitutio in integrum competit loco pio.*

4 *Reſtitutio in integrum petita, impedit executionem ſententia non cœptam.*

5 *Reſtitutio in integrum petita aduerſus tres ſententias conformes, quando impediat executionem ſententia. Amplia nu. 6. Intellige num. 7.*

8 *Confraternitati an competat reſtitutio in integrum aduerſus tres ſententias conformes, & num. 9. declara nu. 19. & 20.*

10 *Confraternitas non eſt locus pius.*

11 *Confraternitas non gaudet priuilegio fori contra num. 15. declara num. 16.*

12 *Confraternitatis bona ſtabilia alienari poſſunt abſq; ſolemnitatibus.*

13 Sen-

15 Sententia an ſint conformes, ſi in ſecunda, vel tertia addita ſit clauſula, ſaluis iuribus; vel condemnatio expenſarum, num 14. Intellige num. 17.

18 Tex. in Clem. 1. de re iudi. declaratur.

21 Poſſeſſor manutenendus eſt in ſua poſſeſſione pendente articulo praiudiciali, & ibi late declaratur.

22 Fideicommiſſarius non poteſt propria authoritate apprehendere poſſeſſionem. limita num. 23.

24 Capit. Regni continuat poſſeſſionem in haredem ſcriptum, amplia num. 25.

ARGVMENTVM.

Reſtitutio in integrum an competat Confraternitati aduerſus tres ſententias conformes.

DECISIO CX.

1 RESTITUTIO in integrum aduerſus tres ſententias conformes, ſicuti datur minori, *vt late deduxi in deciſ. 45. Mynſing. obſeru. 84. cent. 3. Menoch. conſ. 478. num. 56. & conſ. 757. num. 1. & 2.* ita pariter competit eccleſiæ, cui in hoc indiſtin-
2 ctè æquiparatur, ſecundum *Innoc. in cap. auditis. de in integr. reſtit. Capell. Toloſa. deciſ. 54. Benintend. deciſ. 85. num. 6. Milis in repertor. in verbo reſtitutio ita datur*, vbi alt: quod ita datur minori, & eccleſiæ reſtitutio contra plures ſententias, ſicuti
3 contra vnam, idem dixit *Rom. de loco pio, ſing. 94. Sfor. Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 3. artic. 4. & 5. & artic. 6. num. 46.* in tantum
4 quod ſtatim quod fuerit petita, impedit exequutionem non ceptam *ad text. in l. 1. vbi gloſſ. in verbo poſtulata. C. in integr. reſtit. poſtul. &c.* & latiſſime poſt infinitos reſolui in *deciſ. 30.* quod procederet
5 etiam aduerſus tres ſententias conformes, quando non petitur malitioſe. & per calumniam, dixit & *Salic. in l. 1. C. ne liceat. tert. prouoca. quæſt. ult. contra Bal.* ibidem contrarium tenentem *Lancellot. de attenta. pend. reſtit. in integr. num. 88. & ſeq. & num 93.* ſubdens hanc opinionem eſſe veriorem, & communiorem, pro qua tenent longe plures Doct. & numero, & authoritate, & de magis communi dixit *Gabriel. de exequ. rei iudic. concluſ. 1. nu. 17. Capell. Toloſa. deciſ. 54. Mynſing. cent. 3. obſeruat. 84. ad fin.* vbi refert ita
6 in Camera ſæpe deciſum, maxime quando ex antiquis, aut nouis actis aliquid appareat, quod ceſſet præſumptio calumniæ, *Mago. deciſ. Florent. 104. n. 25. Mohed. deciſ. 77. & deciſ. 176. Maſcard. concluſ. 1280. num. 18. & 23.* qui poſt alios
7 hoc intelligit, quando aliquid aliunde conſtaret de iniuſtitia ſententiarum. *Sfor. de reſtit. quæſt. 43. artic. 3. num. 55. 78. & 88. D. Maſul. ad Capic. deciſ. 53. n. 1. Lauren. in deciſ. Auen. 2. per totam, Rim. Iun. conſ. 593. n. 28 & 69. vol. 5. & Theſaur. deciſ. 181. ad fin.* His ſuppoſitis in cauſa Flaminij Mollica cum Rectoribus Confraternitatis diſciplinantium Diuæ Mariæ Annuntiationis, Ciuitatis Siracuſarum, dubi-
8 tatum fuit, ſi prædicta procederent in Confraternitate, an gaudere valeat priuilegiis eccleſiæ circa petitionem reſtitutionis in integrum? & opinionem negatiuam tenuerunt *Anchar. in cap. auditis num. 10. quæſt. 11. de præſcrip. Corn. conſ 57. lib. 3. Gamm deciſ. 390. ſub n 6. Pariſ. conſ. 34. lib. 4. & conſ. 50. lib. 2. Gabriel. de pia cauſ. concluſ. 1. num. 21. & concl. 5. num. 2.* & in puncto voluit *Guttier. pract. quæſt. canon. lib. 1. quæſt. 35.* vbi dicit quod licet exerceantur opera pia, non tamen di-
9 cuntur religioſa. *D. Camill. Barell. in conſil. 81. per totum, & optimè idem Gabriel. in conſ. 162.*

Digitized by Google

10 *conſ.162. per totum vol.1.* qui loquitur in Confraternitate minore, erecta de licentia Summi Pontificis, & dicit quod non eſt locus pius, nec gaudet priuile-
11 gijs eccleſiæ conceſſis, nec gaudet foro eccleſiaſtico, vt conſuluit D. Præceptor meus Io. *Franc. de Pont. in ſuo Eleganti Conſ.18. per totum. Vince. de Ann. ſing 90.* in tantum, quod bona etiam immobi-
12 lia poterant ſine ſolemnitatibus alienari vt poſt *Bal. Caſtr. Fel & alios, determinat Menoch. in conſ. 635. num. 5. lib.6. Dom. de Pon. in d. conſ.18. num. 8.* vbi refert ita pluries per Sacrum Conſilium fuiſſe decretum, quæ opinio tanto magis procedere videbatur in caſu iſto, in
13 quo ſententiæ non erant conformes, tum quia in ſecunda, & tertia ſententia fuerat per Iudices adiecta clauſula, ſaluis iuribus, tum etiam ob condem-
14 nationem expenſarum factã in tertia ſententia tam primi, quam ſecundi iudicij ad not. per *Burſat. conſil.219. num.34. & 35. Ioan. Bott. conſ.103. num.6.* vbi allegat infinitos, & concludit quod ex qualitate adiecta in ſecunda ſententia, efficitur difformis cum prima, tam in effectu, quam in ſubſtantia; id etiam firmat *Ladrech. conſ.173.* per totum, vbi agebatur, quod ſententiæ erant omnes conformes in reſtitutione rei, ſed tamen in vltima fuerat additum, quod reus condemnatus ſeruaretur indemnis ob euictionem, & in difformitate quoad expenſas dixerunt *Cin. & Ang. in l. vnica. C. ne lic. tert. prouoca. Bott. in d. conſ.103. num. 5. Couar. pract. quæſt. cap.25. num.9.*

15 Contrariam autem opinionem, & affirmatiuam tenuit poſt alios *Sfortia, Odd. in d. tract. de reſti. in integ. d. q. 3. art. 6. ſub numer. 45. verſ. in contrarium videntur,* quia prædictæ Confraternitates dicuntur loca pia, vt quam plures allegat *Tiraq. in ſuo tract. de priuileg. piæ cauſ. in proem. in verſ. ſed alij in diſtincte, & verſ. item fraternitatibus relictum, & Sfor. d. q. 3. art. 5. verſ. ampliatur ſecundo.* vbi veriorem, & æquiorem dicit eſſe hanc ſententiam *in d. num. 46.* cum in huiuſmodi locis exerceantur opera charitatis. Conſiſtorium in caſu propoſito, vbi Confraternitas fuerat erecta cum authori-
16 tate Epiſcopi, determinauit reſtitutionem concedendam, quæ opinio non habebat contradictorem, ſecundum quam fuiſſe iudicatum refert *Georg. Cabed. deciſ.51. numer. 8 par. 1.* Et controverſia prædictorum Doct. reſidere videbatur, quando Confraternitas non eſſet erecta de mandato Summi Pontificis, vel Epiſcopi cum aliis requiſitis, de quibus per *Fel. in capit. de quarta. de præſcrip.* in quo caſu magis communis opinio eſt negatiua, contra Sfor. vt poſt alios teſtatur *Peruſ. in deciſ. 90. num. 9.* & ideo neceſſarium non eſſet reſpondere argumento ex aduerſo allegato, quod ſententiæ non fuerint conformes, cum aduerſus omnes detur reſtitutio in integrum ad inſtar minoris, & eccleſiæ; non tamen omittam dicere, quod ſatis dici poſſent
17 conformes, quando tenderent ad eundem finem, & effectum. ut dixit *Corn. conſ.14. vol.4. Soc. Iun. conſ.73. num.32. vol.2. Gratia. deciſ. Marchi. 18. num.1. cum ſeq. Theſau. deciſ.122. num.6. Covar. varia reſol. lib.3. cap.17. ſub. num. 321.* & in his, in quibus redderentur conformes, clarum eſt, quod

Digitized by Google

quod ſententiæ exequi poſſent, & non admitteretur reclamatio, ſeu reſtitutio in integrum, vt dixit *gloſſ. in Clemen.*
18 *1. in verb. alicuius. de re indic.* vbi ait Clem. prædictam loquentem de tribus ſententijs conformibus procedere, etiam quando ſententia in aliquo eſſet infirmata in vno capitulo, quando eſſet ſeparabile, vt erat caſus *Laderch. in d. conſil. 173. & latiſsimè examinat D. Vincent. de Franch. in deciſ. 710. part. 4. poſt hæc ſcripta viſus.*

Eſt verum, quod noluimus mandare, quod in earum exequutione ſuperſederetur, prout alias fuit iudicatum pro hęredibus Luchinorum, contra Ciuitatem Meſſanæ de menſe Augusti 1600. cum ex parte Rectorum nil fuerit oſtenſum circa læſionem aliunde de bono iure, vt quia Confra-
19 ternitas reperiretur læſa, iuſto errore, vel ignorantia, vel propter lapſum termini, alioq; impedimento, de quibus debebat in continenti docere; vt poſt alios dixit *Sfor. Odd. in d. quæſt. 43. num. 85. cum ſeq. & q. 72. num. 69.* ſed tantum inſiſtebant petendo reſtitutionem prædictam ex iniuſtitia ſententiarum, & iſto caſu, quia ſententia fuerat bis confirmata, pro eo præſumi debebat, in tantum quod non admitteretur etiam appellatio, & quia admittitur reſtitutio ex æquitate, vtique illa præſumpta calumnia non ceſſabat, qua ſtante, vt ſupra dictum eſt, exequutio non erat
20 retardanda, vt dixit *Sfort. in d. quæſt. 43. num 5. & quæſt. 72. num. 69. quem refert. & ſequitur Rimin. Iun. in d. conſilio 593. numero 69. Maſcard. d. concluſ. 1281. numero 23. cum alijs ſupra allegatis. Magon. deciſio. Flor. 133. numero 9.* vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum *Turett. conſilio 54. volum. 3. Honde. conſilio 28. numero 73. libro 2.* Et ideo ad euitandas expenſas, quæ in reuocatione exequutionis oriri poſſent, fuit nobis incontinenti tranſmiſſus proceſſus ſuper meritis cauſæ, & eo viſo, nedum conſtabat de iniuſtitia ſententiarum, ſed euidenter apparebat grauamen illarum per Curiam illius Diœceſis, dum mandatum fuerat ad inſtantiam dictæ Confraternitatis, vti vocatæ, & ſubſtitutæ in teſtamento quondam Alfij Gulielmini, quod procederetur ad venditionem nonnullorum bonorum ſtabilium, prout fuerunt vendita de mandato Epiſcopi, non obſtantibus proteſtationibus factis per Flaminium Mollicaneorum verum poſſeſſorem, tanquam hæredem inſtitutum à Deſiata vltimò moriente, petendo quod manuteretur in ſua poſſeſſione, ſaltem donec decideretur, quis eſſet manutenendus, & propterea habito recurſu ad Curiam Metropolitanam Montis Regalis fuerat declaratum illarum grauamen, & inde tam per Regiam Monarchiam, quam per Tribunal Conſiſtorij fuerat idem confirmatum, & hoc maxima cum ratione, cum
21 fuerit à ſua poſſeſſione amotus pendente articulo præiudiciali, ad textum *in capitulo exhibita. de iudic. & poſt Hoſtien. Ioan. Andr. & alios, dixit Decian. reſpon. 67. numero 9. & 12. vbi teſtatur ita omnes Doct. notare in capitulo cum contingat. de offic. delega.* & eo magis quia fideicommiſſari-
22 us, etiam quod poſſet authoritate propria apprehendere poſſeſſionem, illud facere non poſſet abſque licentia Iudicis

Iudicis citato hærede, & ſic vt à manu
23 hæredis fiat reſtitutio, vt poſt alios dixit *Fab. de Anna in conſ.20. num.20.cum ſeq. lib.1.* vbi plures ad hoc adducit ampliationes & *Peregrin.de fideicom.art.47.n.55.*
24 & præſertim ſtante cap. Regni, continuante poſſeſſionem in hærede ſcriptum, ſecundum *Rim.Iun.conſ 91.num.9. Honde.conſ.28.num.28.lib.1.Milane.deciſ.2. num.182.& poſt alios dixi in deciſ.32.num.9.*
25 quod procedit etiam in exequutore, prout aſſerebatur eſſe dictos Rectores, ſecundum *Rebuff.in tract.de donat. glo.1.in fin. Tom.2.fol.mihi.358.* Quibus attentis confirmauimus ſententias prædictas de menſe Ianuarij 1608.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum, & damnum ſunt correlatiua.*
2 *Pacta exorbitantia non poſſunt apponi in contractibus per adminiſtratores.*
3 *Pactum, quod de damnis, & intereſſe credatur iuramento damnum paſſi, an extendatur ad damna paſſa ex cauſa euictionis ſecuta.*
4 *Iuramentum non defertur, vbi agitur de intereſſe lucri ceſſantis.*
5 *Probatio qualiter fieri debeat in verificatione lucri ceſſantis, & num.16.*
6 *Intereſſe lucri ceſſantis diffinitur.*
7 *Lucri ſubſtantia qualiter probetur.*
8 *Frumenta in herbis qualiter extimentur.*
9 *Lucrum non dicatur, quod ſuppoſitum eſt.*
10 *Lucrum ceſſans non competit, cùm non appareat de certitudine lucri.*
11 *Locator tenetur ad intereſſe lucri ceſſantis, ſi conductor non potuit vti ſrui relocata.*
12 *Moleſtia verbum quid operetur, & num 19.*
13 *(Intereſſe) verbum comprehendit lucrum ceſſans, & damnum emergens.*
14 *Appellatione damni quid veniat.*
15 *Clauſula in fine poſita ad omnia præcedentia refertur, & num. 22.*
17 *Conductor, quando dicatur in apparatu lucrandi.*
18 *Alternatiua vbi ponitur inter genus, & ſpeciem, quid operetur.*
20 *Verbum (cohertio) quid ſignificet, amplia num.21.*
23 *Pactum quod de damnis, & intereſſe credatur iuramento damnum paſſi, qualiter in praxi fuerit receptum.*

ARGVMENTVM.

Pactum adiectum in contractu locationis, quod circa damna, & intereſſe credatur iuramento conductoris, an extendatur ad lucra ceſſantia, & damna emergentia.

DECISIO CXI.

PActum adiectum in contractu locationis, quod circa damna, & intereſſe credatur iuramento conductoris, de iure validum eſſe diximus in *deciſ.60.* Accedit quod dum fuiſſet ingabellata Baronia Fauaræ per Deputationem Alexandro Morgano pro annis tribus vigore inſtrumenti publici, in quo inter alia aderat pactum prædictum, & fuerat de eo tradita poſſeſſio vigore literarum M.C. comparuit Franciſcus Mignos, cui dicta Baronia reperiebatur locata, & vltimo Auguſti expirauerat. & quia habebat pactum, quod non poſſet amoueri à poſſeſſione non ſolutis pecunijs ſibi debitis, quinimo, quod in tali caſu intelligeretur relocata dicta Baronia, donec, & quouſq; ſibi ſatisfieret, petijt in M.C. reuocationem d.literarum, prout de menſe Octobris inde ſequentis obtinuit, & fuit ſibi reſtituta poſſeſſio, pro cuius recuperatione cum litigaſſet per annum, & menſes d. de Morgano, tandem lata fuit ſententia in ſu fauorem, quod ſtaret gabellatio pro duobus vltimis annis, ſed tempore, quo fructus

Digitized by Google

fructus, & terrag'a frumentorum primi anni fuerant percepta per Mignos, ex quo impedimento,& moleſtia,quia habebat pactum prædictum,(præſtito iuramento,) quod damnum aſcendebat ad vntias octingentas,) pro illis exequutionem exercuit contra Baronem,qui de pluribꝰ ſe oppoſuit,& primo, quod per ſententiam latam in M. C. fuerat deciſum, quod ingabellatio ſtaret pro aliis duob. annis, & ſic pro illo anno, pro quo facta fuerat petitio de damnis & intereſſe,locatio remanſerat pro illo de Mignos, & ſicuti ex ipſa ſententia non tenebatur ad penſionem, vel ad damnum, ſi aliquod fuiſſet, eodem modo non poterat agere ad lucrum, cum ſint correlatiua, tanto magis,cum ipſe ſententiam prędictam approbauerit, & abſq; alia proteſtatione poſſeſſionem ceperit ad not. per *Caroc. de locat. & conduct. ſub tit. de deteriora. effect.4.fol.42.vbi plures allega.*

Item quia non po erant deputati,
2 vti admin ſtratores alieni, hæc pacta ſic exorbitantia apponere in præ udicium illorum, quorum bona adminiſtrabant ſecundum *Bar. & Doct. & in l. iuſiurandi gratiam, & Iaſ. in l. iuſiurandum quod.ff. de iur.iur. Plot. de in lit.iura.§ 48.n. 5. & 6. & in alia impreſſione numer. 744. Car. de ivram. deciſ.par. 5.n. 50.*

Rurſus dicebatur, quod poteſtas iurandi ex pacto fuerat tantum conceſſa in caſu, quo fuiſſet data moleſtia perſonalis ipſi arrendatario, vel eius inquilinis, quo caſu de pecuniis ſoluendis, damnis,& intereſſe ſtari deberet eius iuramento,ex illis verbis, ibi: (quod ſi ipſi de Morgano vel inquilinis fuerit data moleſtia, ſeu cohertio, deſtinati Algozinii, & Procuratores, ex quibus damna, & intereſſe ſequerentur, quod pro ea ſumma, pro qua eſſet illata moleſtia, & cohertio,poſſit cauſari exequutio, & de pecuniis ſoluendis, damnis, & intereſſe credatur
3 eius iuramento) &ideo,quia iuramentum præſtitum fuerat de damnis paſſis ex cauſa euictionis ſequutæ, ex quo fuerat res ablata,in quo caſu nulla data fuerat poteſtas iurandi,ſed tantum voluerũt deputati tenere in caſu euictionis,&moleſtiæ,vt per aliud pactũ ſeparatum,&ideo verum erat dicere quod exequutio retractari debebat.

Quæ omnia tanto magis procedere videbantur, quia cum ag tur de lucro ceſſante, v iq; non per iuramentum,ſed per teſtes eſſet proban um vt
4 dixit *Soc.in tract.fallentiarum reg.iuramentum,fallen. 23.fol.mihi 30. Oſaſc.conſ.51.num. 12.Hond.conſ. 50.num.30.vol.1. Maſc.concluſ. 9:4 ſub num. 28. Gratian.deciſ. 57.num.13. & dixi in d.deciſ.60.numer.7.* ſaltem eſſet probanda ſubſtantia lucri, & ſic quod
5 certitudinaliter,ſi illam rem habuiſſet, tantum fuiſſet lucratus *Rim.Iun.con. 52. num.42.& conſ.218.num 99.& conſil. 426. num.15.* nec ſufficiebat probare, quod in ſimilibus negotiationibus tantum ſolebat lucrari, vel quod alter tantum erat lucratus, quia in perſona vnius multa poſſent euenire, quod ex illa mercatura non lucraretur,vt latè dixit *Affl.deciſ.38.num. 2. Rol.conſ.35.num.13.vol. 1.* nam illud intereſſe lucri ceſſantis di-
6 citur quodã intereſſe ſingulare, inherens perſonæ propter aliquam qualitatem ei inſitam, & non tranſmiſ-

 ſibilem

ſibilem, vt pulchre tradit. *Siluan. conſ 10. nu 28. lib. 1.* quæ quidem nec etiam in proceſſu conſtiterant. Nec obſtabat probatio facta, quod in illo anno fuerant in feudo prædicto ſeminatæ centum quadraginta ſalmæ terrarum, quia non ſequitur, quod terragia fuerint exacta, ergò arrendatarius fuit in lucro, ex hoc enim non dicitur proba-
7 ri ſubſtantia lucri, vt per *Bal. in conſ. 182. col. 2. lib. 1.* nã licet eſſet apparatus ad lucrum, non tamen poterat dici aliquo modo lucrum acquiſitum, cum plura accidere poſſint, quæ impediant fructus peruẽire ad maturitatem *l. fiſtulas. §. frumenta. ff. de contrah. emptio.* propter quod de futuris fructibus certum non poteſt iudicari, vt plenè per *Bart. in l. cotem. §. qua maximos col. 4. verſ. quarto quaro.*
8 *ff. de publica.* & ideo frumenta in herbis non plus extimantur, quam in herbis valeant, conſiderata qualitate præſenti, non futura, vt voluit etiam *Bal. conſ. 132. lib. 3. colu. vlt. & conſ. 292. col. 3. lib. 5. & in rub. C. de vſur. col. vlt. verſ. tertio quaro. Craueтт. conſ. 849. num. 15. vbi poſt Fulgoſ in*
9 *conſ 9. nu. 1.* dicit lucrum non dici, quod ſuppoſitum eſſe periculo poteſt, & multa tradit *Bertaz. conſ. crim. 18. num. 25. & conſ. 76. num. 41. & in puncto Gratia. d. deciſ. 57. num. 4. & ſeq.* Et eo magis, quia in facto probatum fuerat, quod Franciſcus Mignos, vt concederet terras ad effectum, vt in dicto anno ſeminarentur, dederat multa animalia, frumenta, & pecunias burgenſibus, & ſi non remanſiſſet in affictu, utiq; non recuperaſſet omnia ſupradicta à burgenſibus, & ideo ſi Morganus voluiſſet ſeminatium perfici, vtique erat aſtrictus præſtare burgenſibus alia animalia, frumenta, & pecunias, & tamen non erat probatum in proceſſu, quod ipſe haberet nec vnũ, nec alium in promptu, & in conſequentiam de aliquo intereſſe lucri ceſſantis agi non poterat, cum reſpectu ipſius, non ſolum lucrũ eſſet certum, verum etiam ſatis
10 incertum, & in materia lucri ceſſantis, cum non appareat de certitudine lucri, non poterat aliquo modo pretendi ita *Caſt. communiter approbatus in l. 3. § f. ff. de eo quod cer. loc. Mag. dec. 3. Quid de vſur. alias 208. Rot. Roma. deciſ. 467. & 371. lib. 1. Pute. deciſ. 237. lib. 1. Burſat. conſ. 62. numer. 9. lib. 1. &* in iſta materia affictuum, lucrum conſiſtit in habilitate perſonæ, & in quantitate pecuniarum ex burſandarum burgenſibus, alias potius affictus eſſent in damno, vt in Regno quotidie practicatur, & ſecundum prædicta iudicauit Conſiſtorium reſeruando iura de ſe melius dirigendo, à qua cum fuiſſet petita reclamatio, idẽ determinaui cum D. Collegis de anno 1607. Nec obſtabant ea, quæ ex aduer-
11 ſo adducta fuerunt, quod locator tenebatur ad intereſſe etiam lucri ceſſantis, ex quo non poterat vti frui re locata. *ad tex. in l. ſi in lege. §. colonus ff. locat. Sur. in conſ. 532. num. 8. lib. 4.* & quod de tali intereſſe ſtari debebat iuramento iuxta pactum adiectum in dicto contractu, vbi generaliter in caſu moleſtiæ data fuerat talis poteſtas, quod verbum
12 (Moleſtiæ) eſt generale. *Rui. conſ. 77. nu. 7. & 8. vol. 2. Alex. conſ. 52. per totum. volum. 2. Ancha. conſil. 108.* & ideo verificabatur etiam in caſu rei non traditæ, & euictæ, & tanto magis ex illis verbis (pro-

quibus

13 quibus damnis,& intereſſe) quod ver-
bum (intereſſe) de ſui natura compre-
hendebat damnum emergens,& lucrũ
ceſſans vt notant *Doct.omnes in l.vnic.C.de*
ſent.quæ pro eo,q inter profer.& præcisè Cag.
in rub.eiuſdem tit.& in conſ.13.n.22.cum ſeq.
& appellatione damni veniat omne dã
14 num etiam quando ageretur de com-
modo auferendo. *Ioan.Bott.conſ.60.num.*
20. Rim.Iun.d.conſ.426. & fortius quia
15 tale pactum appoſitum fuerat per ſe,
quod tanquam clauſula in fine poſita
ad omnia præcedentia referri debe-
bat. *leg. talis ſcriptura.§.fin.ff. de leg.1. Car.*
deciſ.10 num.11.cum ſeq.Peregr. de fideicom.
a t.16 num.106.& dixi in deciſ.66. Nec de
16 requiſitis ad probationem lucri ceſ-
ſantis aliter in caſu propoſito agi de-
bebat, ſtante expreſſo pacto, vt ſupra,
adiecto, vt dixit *Maſcar. de prob.concl.934.*
ſub n.8. vbi ita ſublimitat concluſionem
ex aduerſo allegatam ex eodem *Maſcar.*
Natt.conſ.450.volum.2. & maximè, quia
aderant noualia facta, & propterea
17 conductor dici poterat in ordine lu-
crandi, & in apparatu ſecundum *Bal.*
in conſil.182 ſub numer. 3. volum. 1. & me-
lius Surd. conſil.321. numer. 22. & ſeq.
lib.3.

Nam dictum fuit, quod ſi tale in-
tereſſe competere poſſet, non erat il-
lud iuramento probandum, cum non
ſit de caſibus, in quibus talis poteſtas
tributa fuerat, & licet adſit verbum
(moleſtia) quod generale erat, tamen
in pacto prædicto poſt tale verbum
18 ſubſequebatur aliud, (vel cohertio)
& vbicunq; alternatiua ponitur inter
genus, & ſpeciem, reſoluitur in dictio-
nem expoſitiuam (id eſt) ſecundum
Dd. in l.vbi pactum.ff. de tranſac. vbi Bar.
numer. 1. & ibidem Iacobin. & in l.2.ff.ad l.
Aquil.ibi quadrupedem, vel pecudem) Alex.
19 *conſ.96. numer. 9. lib. 4.* & ſic verbum il-
20 lud (moleſtia) exponi debebat, ideſt
cohertio, quæ eſt illa, quæ fit perſonæ,
vt dixit *Rebuff. in l. ſæpe.de verbor. ſignific.*
21 maximè quando conſtat de mente
proferentium. *verba Bart. & Alex. in lo-*
cis proxime allegatis, quæ mens in caſu i-
ſto manifeſtè appareat, dum in pacto
dicebatur de moleſtia, & cohertione
inferenda gabellotis, vel inquilinis,
contra quos tantum ſolet dari mole-
ſtia perſonalis vigore pragmaticæ de
cenſibus, & ex aliis verbis ibi eliciebatur.
tur. Nec minus obſtabant illa verba
(damnis, & intereſſe) quia refereban-
tur ad illa verba (de pecuniis ſolven-
dis, damnis, & intereſſe,) & ſic de dam-
nis, & intereſſe ob dictas pecunias ſo-
lutas, vel quia caperentur ad cambia,
vel matas, vel ad expignorationes ani-
malium, de quibus fuerat ſupra facta
expreſſa mentio; Similiter ceſſabat il-
lud quod dictum fuerat de clauſula in
22 fine poſita, quia pactum præſtandi iu-
ramentum non poterat referri ad
moleſtiam realem, cum in ſpecie lo-
quatur de moleſtia perſonali, & de pe-
cuniis ſoluendis: Item regula prædi-
cta non procedit, quando militat di-
uerſa ratio referendi clauſulam ad
præcedentia in vno caſu, quam in alio,
vt erat in caſu iſto. ſecundum *Roma. in*
conſil. 480. Purpur. in l. ſi quis id quod.§.vna
ratio.numer.7. de iuriſd. omn. iud. Meres de
maiora. 2.par. quæſt. 12. numer.3. & ideo
ad proxima referri debebat, vbi tan-
tum de moleſtia perſonali actum fue-

Digitized by Google

rat. *Boer. deciſ. 146. num. 3. Honde. conſil. 4. num. 41. vol. 1.* Quibus accedebat quod
23 in praxi ſemper talis poteſtas iurandi fuerat recepta circa moleſtias perſonales, & expignorationes animalium ob pecunias, quæ occultè dari ſolent commiſſarijs exequutivis, & ſimilibus, quæ vt plurimum per teſtes verificari non poſſunt, vt dixit *gloſſ. in cap. fin. in verb. per teſtes. extra de his quæ vi metu. cauſ.* & non de euictione, de qua in contractu aderat pactum ſeparatum abſque aliqua poteſtate iurandi, & ſic intelligi debebat via ſua, & non cum modo exequutiuo, vt in caſu iſto actum fuerat, & licet probatum fuerit, quod aderant quædam noualia, illa facta fuerant ad expenſas illius de Mignos, & ſic neceſſe erat probare, quod habebat pecunias ad effectum illas emendi, item & pecunias, & frumentum ad effectum ſuccurrendi Burgenſibus & alia, de quibus ſupra dictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Releuium in Regno ex conſuetudine introductum fuit, & num. 43.*

2 *Releuium ſoluitur in caſu ſucceſſionis feudi per hæredem & non alienationis, & nu. 3. & 4.*

5 *Releuium in quibus caſibus non debeatur, remiſſiuè.*

6 *Releuium ex conſuetudine tolli poteſt, & num. 43.*

7 *Quantitas, quæ ſoluitur pro iure releuij qualis ſit, quid in Regno, num. 8.*

9 *Releuium eſt medietas fructuum illius anni, in quo moritur feudatarius.*

10 *Fructuum medietas debita pro iure releuij, an debeatur deductis oneribus, & expenſis, contra numero 32. amplia numero 33. 36. & 37. limita numero 38. & 39.*

11 *Vita, & militia eſt onus feudi legitimum.*

12 *Vita, & militia non deducitur de fructibus releuij, contra num. 43. 44. & 45.*

13 *Primogenitus ſoluit integrum releuium.*

14 *Releuium debetur abſque deductione expenſarum, & onerum, amplia numero 15. & 17.*

16 *Releuium debetur domino in ſignum recognitionis, & 51. contra, num. 52.*

18 *Expenſa non deducuntur in præſtatione charitatiui ſubſidij, num. 53.*

19 *Penſionarij an contribuant in ſolutione charitatiui ſubſidij.*

20 *Dominus pro releuio, & alijs iuribus dominicalibus præfertur alijs creditoribus feudatarij, intellige num 54.*

21 *Tertius poſſeſſor tenetur ad releuia debita per antiquos poſſeſſores, intellige numero 56.*

22 *Seruitia præterita debentur per poſſeſſores feudi.*

23 *Creditores poſteriores tenentur ad ius releuij.*

24 *Ius releuij cenſetur reſeruatum in conceſſione feudi, intellige num. 58.*

25 *Fructus debentur deductis expenſis.*

26 *Bona in quacunque diſpoſitione dicuntur deducto ære alieno, & num 29.*

27 *Fructus extimantur deductis oneribus. Amplia in debito fiſcali, num. 31.*

28 *Collecta, & tributa debentur deductis oneribus, & expenſis.*

30 *Vaſallus pro parte feudi non tenetur ad integrum ſeruitium.*

34 *Lex noua interpretatur ſecundum leges antiquas.*

35 *Conceſſio an ſit realis, vel perſonalis ex obſeruantia ſubſequuta declaratur.*

40 *Redditus debentur deductis oneribus.*

42 *Conſuetudo ſeruanda eſt ſecundum vſum loci.*

46 *Expenſa an deducantur in ſolutione decimæ.*

47 *Argumentum non valet à decima ad ius releuij.*

48 *Affl. in cap. 1. ex quib. cauſ. feud. amitt. ſibi contrarius.*

49 *Expenſa an deducantur, cum debetur quid certum.*

Digitized by Google

54 *Frec. de ſub feud. auth. 5. num. 16. declaratur.*
55 *Releuium non eſt onus feudi.*
57 *Seruitium militare eſt onus feudi.*

ARGVMENTVM.

Releuium competens fiſco Regio ſuper feudis in ſucceſsione transuerſalium, an debeatur deductis oneribus, & quid in fructibus ob non petitam inueſtituram.

DECISIO CXII.

1 RElevium in Regno non ex Iuris diſpoſitione, ſed ex conſuetudine fuit introductum, vt dixit Andr. *in c. 1. §. ſed & res, num. 7. per quos fiat inueſt. & in cap. 1. §. ſimiliter in oſtenditijs poſt num. 14. de cap. Corrad. verſic. & hoc releuium. D. Pet. de Gregor. de conc. feud. part. 8. quaſt. 16. tit. de iure releu. D. Ioan. Franc. de Pont. in conſil. 30 numero 30. Vincent. de Franch. deciſ. 121. numero 6. Frec. lib. 2. de ſub feud. auth 3. cum*
2 *ſimilibus*, & ſoluebatur Regio Fiſco in caſu ſucceſſionis feudorum per hæredem, vel ſuccedentem in feudo, non autem in caſu alienationis, vt dixit idem *Andr. in §. ſed & res, colum. 2. verſic. ſed tunc quaritur*, licet hodie propter contractus ſimulatos, qui in fraudem Regiæ Curiæ conficiebantur per Barones, & alios Feudatarios titulo donationis, ſeu refutationis in filios; vel agnatos, eis ab inteſtato ſucceſſores, tam pleno iure, quàm reſeruato vſufructu, per quos huiuſmodi ius releuij ſoluere diffugiebant, diſpoſitum fuit *per Ca. Regis Fider. 110. ſub tit. de iur.*
3 *releuij*, vt etiam in caſu alienationis, ſeu refutationis feudi titulo donationis inter viuos, vel cauſa mortis in filios, vel agnatos ab inteſtato ſucceſſuros, debitum ius releuij ſoluatur: In aliqui-
4 bus vero contractibus onerosis, tunc demum ius releuij ſoluatur, ſi quoquomodo conſtiterit in fraudem Regiæ Curiæ fuiſſe factos, licet plures alij
5 ſint caſus, in quibus releuium non debeatur, de quibus per *Andr. in d. cap. 1. §. ſimiliter. col. 2. verſ. hoc releuium, & in ver. per hoc quaritur, de Cap. Corrad.* & in *Conſt. poſt mortem, Petr. de Gregor. in loco praallegato, num. 4. 5. & 6. Frec. d. autho. 1. num. 12. cum ſeq. & num. 27. D. Maur. Burg. in tract. de laudem. part. 1. in ſpec. 1. num. 18. & ſeq. & part. 2. in ſpe. 1. num. 5. 10. 11. 12. 25. & 26. &*
6 *in ſpe. 12. num. 20. in ſpe. 21. num. 3. in ſpe. 30. n. 8. & in ſpe. 40. num. 18. & 10.* Quantitas
7 autem iuris prædicti, quod in præmiſſis caſibus ſoluebatur Regiæ Curiæ, olim erat medietas fructuum illius anni, quantum aſcendebat ſeruitium militare ſuper feudo ſecundum *Andr. in d. cap. poſt mortem. ad fin. & in d. §. ſimiliter. in princ. verſic. ſunt releuia, & ibi D. Liparul. in verb. medietas, litera O*, vbi allegat omnes concordantes, quos ſequitur *Vincent. de Franch. in d. deciſ. 121.*
8 *num. 2.* Sed in hoc Regno ex Conſtit. *Regis Martini 55. incip. ſtudioſe*, cautum fuit, ſi hæres, vel ſucceſſor in Comitatu, Baronia, vel feudo deſcendat per directam lineam à ſtipite acquiſitoris, pro iure releuij in ſucceſſione Comitatus, qui conſiſtat in tribus caſtris, & vltra, decem Marchas argenti ſoluere teneatur; In ſucceſſione vero cuiuslibet terræ, ſeu villæ habitatæ, quatuor Marchiæ ſoluantur; In ſucceſſione autem cuiuslibet caſtri, in quo nec familia, nec habitatio reperiatur, Marchas duas argenti præſtare teneantur; At in ſucceſſione cuiuslibet

feudi plani, aut domus, ſiue membri
Regiæ Curiæ dati in feudum, Mar-
cham vnam tantum argenti ſoluere
cogantur; Vbi vero hæres, vel ſucceſ-
ſor in Comitatu, vel feudo veniret per
lineam tranſuerſalem, vel eſſet extra-
nea perſona, tunc pro iure releuij ſol-
9 uatur Regiæ Curiæ medietas fructu-
um illius quantitatis, quantum redde-
rent Comitatus, terræ, & feuda, in illo
anno, in quo moritur Baro, vel Co-
mes, & refert *Petr. de Gregor. in d. loco n. 7.*
Cum. in cap. ſi aliquem ver. antiquis nu. 234.
& ita etiam obſeruatur in Regno Nea-
politano, vt per *Andr. in locis allegatis. Bar-*
thol. de Capu. in conſtit. minorib. Loffred. in d.
c. 1. §. ſed & res. Pariſ de Put. ad Iſer. ibidem de
cap. Corrad. col. 4. Carauit. ſuper c. 256. n 37.
Vincent. de Franch. d. deciſ 121. Fuit tamen
10 dubitatum, an redditus, & fructus il-
lius anni intelligi debeant deductis o-
neribus, & expenſis, an vero integrè
eis non deductis debeantur? & pro fi-
ſco dicebatur ea deducenda non eſſe,
etiam quod ageretur de oneribus le-
gitimis, & feudum afficientibus, quia
11 vita, & militia, licet ſit onus feudi, &
legitimum, ſecundum *Andr. in conſtit.*
Comitibus. Afflict. deciſ. 43. & 138. num. 2. Pet.
de Gregor. in tract. de vita, & milit. quæſt. 3.
vbi alios adnotaui in apoſtilla *Camer.*
in cap. imperialem, litera M. fol. 10. de prohib.
12 *feud. alien. per Feder.* tamen non deduci-
tur de fructibus releuij, vt dixit *Iacob. de*
Gell. in tractat. de iur. adhdo. num. 94. & ſeq.
Nicol. Faſtaſ. de iur. adho. num. 44. fol. 173.
tract. 12. part. 1. Camil. Salern. in Conſuetud.
Neapol. tit. de aliment. præſtant. §. quod ſi ali-
quis habeat. fol. 216. vbi refert ita fuiſſe iu-
dicatum in Regia Camera, quem retu-
13 lit in *addit. ad Petr. de Gregor. in d. tract. q. 7.*
lit. B. primogenitus enim ſoluet inte-
grum releuium, vt dixit *Affl. deciſ. 252.*
Tiraq. de primog. quæſt. 74. num. 5. Loffred. in
cap. imperialem. §. firmiter. de prohib. feud.
alien. per Feder. Camil. Salcr. vbi ſupra. Ca-
mer. in d. cap. imperialem, fol. 13. lit. D. Baez.
de decim. tuto. præſtan. cap. 29. num. 8. & Fab.
Iordan. in d. conſtit. Comitibus, vbi ponde-
rat ita velle gloſ. ibi, & in puncto ita te-
14 nuerunt *Affl. in c. 1. §. ſed & res. num. 26. per*
quos fiat inueſt. Liparul. in loco præallegato in
verbo mediedietas fructuum, vbi ait quod
ita fuit determinatum *in Camera anno*
1527. in cauſa Comitatus Sanctæ Se-
uerinæ, & quod omnes domini illius
temporis dicebant fuiſſe ſic ſeruatum
ſemper. *Freb. de ſub. feud. d. auth. 3. num. 29.*
15 *& auth. 5. num. 16. fol. 200.* maxime, quia
debetur fiſco, quo caſu non deducun-
tur expenſæ, vt dixit *Paul. de Caſtr. in l.*
fructus. ff. ſolut. matrim. & ibidem Salic. Bal.
in l. ſi à patre. §. fin. ff. de petit. hæred. Affl. dec.
252. & in conſtit. Regni quanto. tit de decim.
num. 19. quæſt. 9. Tiraq. de retraict. lignag. §.
16 *15. gloſ. 1. num. 11. & de primog. quæſt. 74. n. 8.*
& fortius cum releuium prædictum
ſoluatur domino in ſignum recogni-
tionis. *Loffred. in d. c. 1. §. ſed & res. per quos*
fiat. inueſtit. Frec. d. auth. 3. num. 3. Vincent. de
Franch. deciſ. 121. n. 7. D. Ioan. Andr. de Georg.
17 *in allegat. 18. num. 23.* quo caſu non dedu-
cuntur expenſæ *ad text. in cap. tua nobis.*
de decim. & ibi notant Innoc. Hoſtienſ. Ioan.
And. & omnes Tiraqu. d. gloſ. 1. num. 19. & d.
18 *quæſt. 74. num. 9.* & in charitatiuo ſubſi-
dio, quod imponitur ſuper fructibus
beneficij iuxta text. *in cap. conquerente. in*
fin. de offic. ordina. non deducuntur one-
ra penſionum, quæ ſunt ſuper benefi-
cio,

Digitized by Google

19 cio, ſed ſoluitur integre, & eſt diſputa-
tio, an penſionarij contribuant nec ne.
Barto Belliz. in tract. de charitat. ſubſid. q. 37.
Gigas de penſio. quaſt. 38. & 59. Marcabru.
ab Ang. conſil. 92. num. 34. & per totum. Cac-
cialu. de penſio. quaſt. 17. & 25. Tir. de pri-
mog. d. quaſt. 74. in fin. vbi alia ſimilia addu-
cunt.

20 Item faciebat, quia Dominus pro
ſuo releuio, & omnibus alijs iuribus
dominicalibus erat anterior omnibus
creditoribus feudatarij. *Gloſ. Pariſ. in §.*
59. gloſ. vnica. numero 4. ergo per credi-
tores poſteriores non debebat dimi-
nui ius anterioris, etiam in fructibus, *ad*
tex. in l. Lutius ff. qui pot. in pign. habea. cum
21 materia. Imo ſi totum feudum eſſet in
tertium alienatum, iſte tertius tenere-
tur fiſco ad releuia præterita debita per
antiquos poſſeſſores ipſius feudi. *Affl.*
deciſ. 95. num. 4. & ibi late Vrſill. Gloſ. Pariſ.
§. 33. num. 122. & ſeq. & in laudemio di-
22 cam *in deciſ. 174.* prout ſi vaſallus alienat
feudum, ſeruitia præterita poſſunt exi-
gi à poſſeſſore. *Andr. in cap. 1. §. hac edictali.*
de probib. feud. alien. per Lothar. Frec. de ſub
feud. lib. 2. autho. 5. num. 13. ergo ſi pro par-
te oneratur, ſiue obligatur feudum,
non poterant hęc onera diminuere re-
23 leuium. Quinimo iſti creditores po-
ſteriores tenerentur ad onus releuij,
24 *arg. l. quæ de tota, ff. de rei vendit.* quod ius
ſemper cenſetur reſeruatum in con-
ceſſione feudi, adeò quod in aliquo ſi-
bi præiudicari minimè poſſit ſecun-
dum *Affl. in deciſ. 95. num. 4. Camer. in cap.*
volentes in fin. Pet. de Gregor. in d. quaſt. 16. 8.
par. tit. de iur. releu. in princ. Capi. in inueſtit.
in verbo Iurib. Curia, & eſt tex. expreſſus in d.
cap. volentes.

Dicebatur ex aduerſo, quod ſiue re-
ſpiciatur ius commune, ſiue cap. præ-
dictum Regis Martini, vtique de fru-
ctibus debitis, ratione releuij, deduci
25 debebant onera, & expenſæ; nam de
iure communi eſt text. *in l. mulier bona.*
ff. de iur. dot. ibi (ſed non plus eſſe in promiſ-
ſione bonorum, quàm quod ſupereſt, deducto
ære alieno (& text. in l. 2. §. illud. ff. de collat.
bon. ibi) illud autem intelligendum eſt filium
in bonis habere, quod deducto ære alieno ſuper-
eſt) vbi gloſ. in verb. (ære) allegat concordan-
tes text. in l. non poſſunt. ff. de iur. fiſc. ibi (non
poſſunt vlla bona ad fiſcum pertinere, niſi quæ
creditoribus ſuperfutura ſunt, id enim bono-
rum cuiusque eſſe intelligitur, quod æri alie-
no ſupereſt) l. ſubſignatum. §. 1. ff. de verbor.
26 *ſignificat.* vbi bona intelliguntur in o-
mni diſpoſitione, quæ deducto ære a-
lieno ſuperſunt, *l. ea demum. C. de collat.*
ibi (quæ in bonis eorum fuerunt,) & ibi (ex-
ceptis videlicet, quæ ab ipſis alijs debentur)
l. ſi vniuerſa. C. de legat. l. veniſſe. de verbor.
ſignificat. l. propriè. § 2. ff. eod. l. non amplius.
§. 1. ff. de legat. 1. & text. in l. fructus. ff. ſolut.
matrim. Bald. in l. 1. num. 6. verſic. pone im-
petratur à Papa. C. de fruct. & liti. expen. &
ibi additio, & in l. ſed ſi hoc. §. quidam in fin.
27 *ff. de condit. & demonſtr.* vbi dicit, quod
fructus, & redditus, tantum extimari
debent, quantum valent. deductis o-
neribus. *Ruin. conſil. 62. num. 5. & 6. cum*
ſeq. volum. 1. Caualca. deciſ. 37. ſub num. 89.
& deciſ. 22. in 2. part. & deciſ. 72. num. 14.
cum ſeq. part. 3. Guttier. pract. quaſt. canoni.
quaſt. 1. numero 126. cum ſeq. Ceſ. conſilio 181.
volum. 1. Rimin. Iun. conſil. 716. num. 45. vol. 6.
& ideo quando quis ratione fructuum
perceptorum tenetur ſoluere colle-
28 ctas, & tributa, intelligi debet dedu-

ctis

Digitized by Google

ctis oneribus, & impenſis *Bal. Ang. Cum. & cæteri in l. non amplius. ff. de leg. 1. Ang in l. ciuitatibus. eodem titul. Afflict. deciſio 252. ſub num. 5. & ibidem Vrſil. num. 7. 8. & 9. Tiraq. de primog. quæſt. 74. numer. 9. in fin. Bartholo. Bell. in tract. de Charitati. ſubſidio. d. quæſt. 37. numero 15. tom. 2. Calcan. in conſ. 120. numero 1. cum ſeq.* vbi reddit rationem, quia bona, & redditus dicuntur

29 deductis debitis oneribus, & ære alieno. *Andr. in §. & plauſtrorum. colum. penul. Quæ ſint regal. Affl & ibid. Vrſil. in d. dec. 252. Gloſ. & Andr. in conſt. conſuetudinem. in fin.*

30 vbi vaſſallus non tenetur ad integrum ſeruitium ratione feudi, niſi pro rata, & ea parte qua feudi commoditatem percipit, & ſic pro eo, quod ipſe percipit, non creditores. *Tiraquell. d. numero 9. in fin.* quæ quidem locum habe-

31 re videbantur etiam in debito fiſcali, quia debetur deducto ære alieno. *Bald. in l. 1. verſ. modo accidit. C. de fruct. & lit. expen. Doct. omnes in d. l. fructus. ff. ſolut. matrim. vbi in ſpecie Barboſ. numero 14. Capic. deciſ. 20. numero 7. cum ſeq.* vbi plures allegat, & firmat *Surd. de alimen. quæſt. 12. numero. 13. & 28. fol. 351. Tir. de retra. lignag. §. 15. gloſ. 1. numero 7. 12. & ſeq. Fran. Viui. deciſ. 4. & in comm. opin. 305. Suarez. com. opin. in verbo fructus. numer. 360 Menoch. de recuper poſſeſ. remed. 15. quæſt. 40. num. 374. & ſeq. Ioan. Garſ. de expen. & melio. capit. 1. numero. 20. quem ſequitur Didac. à Spin. in Specul. teſtame. gloſ. 13. numero 40.* & in

32 terminis releuii dixit *Gloſ. Pariſien. tit. 1. §. 39.* quam in propriis terminis allegat *Petr. Plaz. in cap. 1. §. ſed & res. Per quos fiat inueſt. ſub numero 17. co. 3. circa fin. & optime. Decian. conſilio 156. numero 4.* vbi ſi ſolui debeat medietas fructuum, & redditus alicuius anni, intelligitur de illis, qui in effectu apud Barones remanent, ſolutis oneribus, & poſt eum *Sim. de Prat. conſil. 153. numero 42. Afflict. d. deciſ. 252. ſub numero 5. vſque ad fin. Gigas. in tract. de penſioni. quæſt. 89. numero 38. Achil. Perſonal. in tract. de adipiſce. poſſeſ num. 669. fol. mihi 290. numero 16. volum. 2. Addit. ad Bertach. in verbo fructus. verſicul. fructus dicuntur, vbi allegat Ioan. Lup. in rubr. de donat. int. vir. & vxor. colum. 47. Barbo. in l. fructus. numero vigeſimo ff. ſolu. matrim. Barz. de decim. tuto. c. 29. numero 1. Mandel.*

33 *conſil. 743. numero 3. & 10. colum. 4.* quod procedit etiam in ſtatuto: vt dixit *Tiraquell. d. §. 15. numero 7. in fin. Caſſan. in Conſuetud. Burg. rubr. 4. §. 6. & alii ex præallegatis Dd.* & ſi aliter diceretur, ſequeretur abſurdum admodum iniquum, quod Baro deberet ſoluere medietatem abſq; oneribus, & expenſis, & ipſi remaneret alia dimidia cum omnibus oneribus, & expenſis, & tamen in qualibet diſpoſitione, vel ſtatuto æqualitas ſeruanda eſt. ad *text. in §. illud. inſtitut. de ſocie. Fel. in rubr. de reſcrip. numero 2. & 3. Honde. conſil. 1. numero 4.*

Si vero reſpiciamus *d. Capit. Regis Martini 55.* cum non aperiat, quomodo rationari debeat illa medietas fructuum, tanquam caſus omiſſus regulari debebat iuxta diſpoſitionem iuris communis, per quod onera deducuntur, ut ſupra latè oſtenſum

34 fuit, & tanquam lex noua interpretari debebat ſecundum terminos legis antiquæ. *Decian. in l. toto iure. numero 8. ff. de regul. iur.* hocque non per viam extenſionis, ſed per viam legalis interpre-

pre-

pretationis. *Loffredus in conſilio 26. num. 22. Cumian. ſuper Rit. capitulo ſexto, numero octauo, cum ſequent.* & maximè quia diſpoſitio Capit. prædicti hanc ſemper habuerat interpretationem, quæ poſt capitulum prędictum ſubſequuta fuerat, & dubietatem declaraſſet. *ad text. in l. minimè, & l ſi de interpretatione, ff. de leg. & facit text. in capit. cum veniſſent.*
35 *de inſtitut*. vbi dubitabatur ſi conceſſio erat realis, vel perſonalis, & deciditur realem præſumi, quia vt realis fuerat obſeruata, & Imol. ibi dicit, quod ex ſolutione poſterius facta declaratur animus, & mens diſponentis, vt in puncto determinat. *Dec. in d. conſilio 156.* & hoc ſumma ra-
36 tione, nam quando lege, vel ſtatuto alicui etiam fiſco debetur aliqua pars fructuum, intelligi debet deductis oneribus, & expenſis per iura, & rationes allegatas, & optimè tradit. *Barboſa in d. l. fructus, numero 7. ff. ſolut. matrimon.*
37 *& numero 13.* vbi ampliat etiam ſi in ſtatuto diceretur, quod integri fructus reſtituantur, adhuc enim (ait ipſe) intelligi debent deductis expenſis, & oneribus ſecundum *Bald. & Salic. in l. 1. C. de fructibus, & lit. expenſ. Catellia. in memorab. verb. fructus in fin. Caualc. d. deciſio. 27. numero 14. part. 3.* licet aliter dicen-
38 dum eſſet in diſpoſitione hominis, de qua loquuti fuerant. *Tiraquell. in d. §. 15. gloſſ. 1. numero 9 & Corſett. in ſing. verbo integra*, & iſtud tanto clarius oſtenditur,
39 *ex dicto capitulo 55.* vbi non fit mentio de fructibus, ſed de redditibus, & introitibus ibi (la mità di quanto il detto Contato, Terre, Caſtelli, & Feghi rendano quell' anno,) & ibi (laquale mità dell' entrate pretette,) quo ca-
40 ſu verum erat dicere, quod dicta onera debebant primo loco deduci, vt dixit *Tiraquell. d. §. 15. gloſſ. 1. numero 3. & 6. Ioan. Lup. in repet. rubr. de donat. int. vir. & vxor. § 25. numero 5. & 7. Ioan. Bapt. Ferret. conſil. 225. in ſecunda part. numero 2. Mandel. in d. conſil. 743. num. 3. & 10. Gabrie conſil. 18. num. 21. volum 2. Rim. Iun. conſil. 38. num. 25. in 1. lib.*

His diſcuſſis fuit bis iudicatum ſecundum hanc vltimam opinionem, quod onera legitima, & expenſæ deducantur in cauſa Illuſtriſſimæ Principiſſæ Buteræ contra Regium Fiſcum, tam in liquidatione Releuij Terræ Palazzoli de anno 1595. quàm etiam in liquidatione medietatis fructuum Marchionatus Licodiæ, in quo proceſſu multæ aliæ ſimiles prouiſiones præſentatæ fuerant, & idem fuit iudicatum pro Margarita de Dato, Baroniſſa feudi forficæ, & ſemper fuit ſeruatum per Tribunal Regij Patrimonij, adeo, quod hodie de hoc amplius non diſceptatur, licet in Luſitania aliter ſeruari aſſerat. *Cabed. deciſ. 188. n. 2 par. 1.* Et ad contraria dictum fuit, quod Doct. omnes ex aduersò allegati erant Neapolitani, qui ea tantum ratione mouebantur, quod ita in Regno illo vſu receptum fuerat, & ſic vbi vſu hoc receptum non reperiatur, contrarium ſer-
41 uari debebat, hoc eſt, ſecundum contrariam Conſuetudinem, vt pulchre in terminis releuij dixit. *D. March. de Pont. in d. conſ. 30. nu. 39. cum ſequent. poſt Frecc. per eum allegatum*, quo fit, vt præallegati Doct. in deciſione præſentis cauſæ minime allegari poterant; nam cum di-

 ctum

dictum ius releuii non ex natura feudi, neque ex l.feudali, ſed ab uſu, & conſuetudine introductum fuerit, ſecundum *Andr. in d. §. ſed & res, ſequitur Frec. in d. auth. 3. num. 4.* Regius Fiſcus non habebat intentionem fundatam, niſi quatenus conſuetudinibus locorum caueatur titulo, aut iure particulari, ſecundum *Gloſ. Pariſien. in loco allegato poſt num. 11. tit. 2. §. 53.* & ideo ſeruari de-
42 bebat conſuetudo eo modo, & forma, prout ibi ſeruatur. *Andr. in d. capit. 1. §. ſimiliter in oſtenditiis. poſt num. 15. de Capit. Corrad.*

Nec obſtare videbantur adducta
43 de uita, & militia, quia Camil. Salern. loquitur ſtante conſuetudine præallegata in Regno illo: Idem in ea militabat alia ratio circa id, quod primogenitus ſolus ſoluat releuium, nam cum debeatur ſecundogenito, ratione excluſionis ipſius feudi, & primogenitus erat honoratus in ſucceſſione totius feudi, merito, quia in hoc ſecundogenitus à lege grauabatur, debebat releuari ab eadem lege, vt haberet vitam, & militiam abſque onere. Ita *Tiraq. de primog. quæſt. 74. num. 5. cum ſeq. & num. 6.*
44 *dicit*, quod illa portio eſt adeo exigua, ut aliud onus ferre non poſſit, & maximè quia vita, & militia debetur vt
45 viuat, & ideo diminui non poterat, ſed omnia onera ad primogenitum ſpectare debebant tanquam ad vniuerſalem ſucceſſorem *Vrſil. ad Affl. in dict. deciſ. 252. ſub num. 5.* vbi hoc ex pluribus comprobat, & caſus iſte diuerſus erat à caſu, de quo agebatur. Nec obſtabat *Affl.*
46 *in d. §. ſed & res. num. 26.* quia mouebat ſe illa ratione, quod ſicuti expenſæ non deducuntur in ſolutione decimæ, ita & in ſolutione releuii dicendum erat, & tamen aſſumptum non erat verum, quia ibi ſpeciale eſt in decimis, ut dixit *Bart. in d. l. fructus. nu. 6. ff. ſolut. matrim. cum quo communiter tranſeunt Dd. omnes, vt refert Claudi. Seiſel. ibid n. 9. Baez. de deci. tut. præſtan. cap. 29. num. 1. & 9. refert Barboſ. in d. l. fructus*, licet ipſe conetur aliam dare
47 rationem, vt ibi per eum ante *n. 16.* & ideo non poterat argui de decimis ad releuium debitum fiſco, ut expreſſe
48 tradit *Alex. in d. l. fructus, Tiraq. in d. §. 15. glo. 1. num. 22. Item Affl. eſt ſibi contrarius in cap. 1. num. 56. in fin. ex quib. cauſ. feud. amitt.* ſubdens, quod in Regia Camera ſeruatur contrarium, quod ſcilicet in releuio deducantur expenſæ, ergo idem in oneribus, cum militet eadem ratio, ex prædictis.

Minus obſtabat Liparum, qui etiam ex conſuetudine in illo Regno mouebatur, & ex illa regula, quod quando debetur quid certum, non de-
49 ducuntur impenſæ, quod quidem procedebat in diſpoſione hominis, vt late *Bal. in l. ſi à domino. §. fin. ff. de petitio. hæredit. & in l. 1. C. de fruct. & lit. expen. Tiraq. in in d. §. 15. glo. 1. num. 2 poſt alios Baez. d. capi. 29. num. 8. & Barboſ. in d. l. fructus. num. 26.* ſecus autem ſi procederet ex diſpoſitione legis, vt in releuio, de quo non fit mentio in priuilegiis, & in hoc caſu loquitur. Caſtr. cum aliis poſt eum relatis.

Rurſus *Frec.* ex aduerſo allegatus faciebat fundamentum ſuper conſuetu-
50 dine illius Regni, & *in aut. 5. num. 16.* loquebatur in ſeruitio militari, & ſic vbi debetur certa quantitas ex diſpoſitione ho-

ne hominis, quo caſu recte procedit, vt ſupra proximè dictum eſt.

Ceſſabat pariter aliud ex aduerſo deductum, quod releuium debeatur in
51 ſignum recognitionis, quo caſu non deducuntur expenſæ, nam reſpondebatur modo quo ſupra, quia non licet arguere de decimis ad releuium, & Tiraq. loquebatur in eo, qui locauerat fundum pro parte fructuum, inter quos videbatur contracta ſocietas, ſecundum *Abb. in d. capit. tua nobis num. 7. de decim*. Præterea licet prædicta concluſio per aliquos teneatur, tamen in con-
52 trarium erat magis recepta opinio, vt in tributo debito Principi in recognitionem dominii dixerunt *Soc. in d. l. fructus numer. 4. Iaſ. numer. 17. Baez. d. cap. 29. numer. 1. & poſt alios Barboſa. in d. l. fructus. numer. 20. Et Frecc. in loco præallegato, quem ſecutus fuit D. Vinc. de Fran.* non dixit; quod releuium debeatur in ſignum recognitionis, ſed tantum in ſignum deuotionis, & reuerentiæ. *Item Iacob de Gell. in loco relato n. 94.* licet pro meliori ratione ad hoc adducat prædictum obiectum, quod releuium debeatur in recognitionem dominii, tamen *Andr.* *quem ipſe refert in d. capit. 1. §. in oſtenditis, quod incipit, ſimiliter.* hoc non dixit.

Nec pariter *Gigas in d. q. 38. cum aliis*
53 *præalle.* in materia charitatiui ſubſidii, faciebant ad rem; Quinimo idem *Gigas in quæſt. 89.* ex pluribus rationibus firmauerat contrarium, confirmando conſuetudinem Regni noſtri.

54 Præterea licet dominus præferatur omnibus aliis creditoribus, pro iuribus dominicalibus, tamen hoc verum erat in ſeruitio militari, & cæteris, de quibus loquutus fuerat Pariſ. in loco ex aduerſo relato, ſecus tamen in iure releuii, quod non ex natura feudi, ſed ex more & conſuetudine introductum fuerat, nec erat onus feudi, *vt dixerunt*
55 *Andr. in locis proxim relatis, & poſt eum Frecc.* qui reſpondet ad aliud obiectum, quod ſucceſſor feudi teneatur
56 ſoluere releuia præterita, nam dicit ipſe, & ſi de facto, & conſuetudine receptum fuerit in Tribunalibus Regni Neapolitani, hoc tamen de iure ſubſiſtere non poterat, quia cum præſtatio releuii ſit perſonalis, non ſequitur fundum, mos enim, & conſuetudo tantummodo introduxit ſucceſſorē feudi, pro obtinenda reuocatione inueſtituræ releuium ſoluere debere, non autem feudo onus impoſuit ſecundum eum, qui pluribus comprobat,
57 licet ſecus ſit in ſeruitio militari, quod eſt onus feudi ſecundum *And. in d. §. hac edictali*. Et demum reſpondebatur ad
58 vltimum argumentum de reſeruatione iuris releuii ex diſpoſitione *cap. volentes*, quia illud non procedebat quoad onera legitima, de quibus agebatur, cū non ſit neceſſaria licentia Principis.

Ex prædictis iam apparebat etiam reſoluta alia quæſtio non ſemel diſcuſſa, & deciſa, de fructibus annorum duorum debitis Regiæ Curiæ, ob non petitam inueſtituram infra tempus, *ſecundum diſpoſ. Regis Ioan. in cap. 12. & dixit D. Octa. Bambac. in tit. ſi de feud. contr. capit. ſi vaſſallus q. 2. numer. 23.* qui pariter debentur deductis oneribus, & expenſis, prout ſemper fuit iudicatum, & præcipuè pro D. Baroniſſa Villa no-

Digitized by Google

uæ,& pro Barone Rinalora, de menſe Octobris 1609. & in pluribus aliis cauſis.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in minoribus vt gaudeat priuilegio fori, quæ requirantur, & num. 3.*

2 *Clericatus probatur præſumptionibus, limita ſtante diſpoſ. Concil. Triden ſeſſio. 23. cap. 6. amplia vbi agit de remiſſione fori num. 4.*

5 *Beneficiatus non gaudet priuilegio fori, ſi eius poſſeſſionem non habet, limita nu. 6. & 7.*

8 *Exceptio clericatus admittitur ad impediendum foriudicationem.*

9 *Seruitium præſtitum eccleſiæ, tempore delicti, neceſſarium eſt ad obtinendum fori remiſſionem, & num 12.*

10 *Verbum (inſeruiat) appoſitum in Concil. Triden ſeſſ 23. cap 6. quid operetur.*

11 *Primogenitus à tempore ſucceſſionis inſpicitur.*

13 *Seruitium debet eſſe continuatum, ſi non in in totum, ſaltem pro maiori parte.*

14 *Priuilegium officii, durante officio durare dicitur.*

15 *Clericus in minoribus eccleſiæ non inſeruiens non gaudet priuilegio fori.*

16 *Cognitio, an quis ſit clericus, ſpectat ad Iudicem eccleſiaſticum, & num. 17 amplia num. 18.*

19 *Eccleſiaſticus in declaratione facienda, an quis ſit clericus, debet adire Iudicem ſecularem, vel eum, cuius intereſt.*

20 *Iudex laicus ſummarie cognoſcere poteſt de clericatu, antequam faciat remiſſionem.*

ARGVMENTVM.

Clericus in Minoribus quando gaudeat priuilegio fori.

DECISIO CXIII.

1 CLerici in minoribus non gaudent priuilegio fori, niſi inſeruiant alicui eccleſiæ aſſignatæ ab Epiſcopo, vel ſint adſcripti in aliquo ſeminario clericorum, Schola, vel vniuerſitate, vel habeant beneficium iuxta formam *Concilij Tridentini ſeſſio. 23. cap. 6.* & ideo licet alias ad effectum remittendi clericum ad Iudicem eccleſiaſticum
2 ſatis fuiſſet probare clericatum per præſumptionem, dummodo ea tanta fuerit, quæ in aduerſarium tanquam contrarium transferat probandi onus *ad tex. in cap. inter quatuor, & ibi gl. in verb. per argumenta. de cler. peregri. & text. in capit. ſi Iudex laicus. de ſenten. excomm. in 6. & late per Maſcar. de probat. concluſ. 302.* tamen hodie ſtante ſupradicta diſpoſitione Concilii, non niſi probato cle-
3 ricatu cum aliis præallegatis requiſitis per authentica documenta, remiſſio
4 conceditur, maxime quando agitur de priuilegio fori, vbi de graui præiudicio ſecularis iuriſdictionis tractatur; vt dixit *Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crim. canoni. capit. 62. numero 8. Farin. de inquiſ. quæſt. 8. numero 43. & 44.* poſt infinitos, quos allegat *Fran. Viui. deciſ. 512. numero 14. par. 4. Couar. pract. quæſt. capit. 33.*
5 in tantum quod beneficiatus ad effectum vt effugiat forum ſeculare, non ſufficit probare titulum beneficii, niſi etiam probet illius poſſeſſionem: *ſecundum Clar. in §. fin. q. 36. ſub. verſ. hac autem. in fin. & in verb regulariter autem.* & in facto ſeruatum fuiſſe Romæ teſtatur *Farinac. in d. quæſt. 8. numero 45. Maſcar. d. concluſ. 302. numero 16. & 17.* vbi alios
6 allegat, niſi poſſeſſionem non fuerit adeptus propter intruſum, contra quem litem agit, vt declarauit *Sacra Cõgregatio de qua teſtantur Genuen. in prax.*

Archi-

Archiepiſc.cap.7.numero 6. & idem eſt de-
7 ciſum in ſeruitio, quando non ſtat per eum. vt infra dicam, & tradit *Micha. Ferre, obſer.215.* qui refert ita iudicatum. Cum igitur fuiſſet in M. Curia inquiſitus de homicidio commiſſo cum ſclopo rotato N. & pro dicta cauſa bannitus, & facta prouiſione ob lapſum quadrimeſtri temporis in contumacia, quod procederetur ad ſentētiam foriudicationis: Comparuit pater, & allegauit clericatum dicti N. eius filii exhibendo literas primæ tonſuræ, & quaſdam fides circa ſeruitium in eccleſia, & proinde petebat, quod ſuperſederetur in ſententia foriudicationis, & informationes, & acta tranſmitterentur ad Curiam Archiepiſcopa-
8 lem, quæ exceptio clericatus admitti poterat ad impediendum foriudicationem ad not. per *Gra. in conſ.1. poſt eius deciſ. & Vince. de Fran. deciſ 329. per totam.* licet contrarium ſeruari aſſerat in Catalonia *Micha Ferrer. obſer.173.* Pro parte Regii fiſci dicebatur, quod licet probatus fuerit clericatus per bullas prædictas, tamen illæ non ſufficiebant, cū nō conſtiterit legitimè de aliis requiſitis *per Concilium Triden. vt ſupra dictum eſt.*

Nec obſtabant fides præſentatæ circa ſeruitium, quia erant particulares exprimendo, quod certis annis præteritis per tres vices aſſociauerat ſacramentum cum face accenſa, & ſic non exprimebant, quod tempore delicti inſeruiret, imo contrarium, & ta-
9 men requirebatur, quod ſeruitium præſtaretur eo tempore, quo fori priuilegio vti volebat, loquitur enim Cōcilium per verbum temporis præſen-
10 tis (inſeruiat,) & qualitas iuncta verbo debet regulari ſecundum tempus verbi ad *text. in l. ſi in delictis. §. ſi detracta. de noxal. actio. vbi Bar. & Menoch. in ſuo ſolenni conſil. 912. num.27. vol. 10. vbi poſt Dec.*
11 *in conſ.443. n. 16.* dicit eum gaudere priuilegio primogenituræ, qui reperitur primogenitus tempore quo locus eſt ſucceſſioni, cauſa ipſius primogenituræ, & ſimilia ad rem congerit *Pariſ. conſ. 62. num.37. vol. 4.* late poſt cæteros *Farin.*
12 *d. quæſt.8. num. 66.* Item dicebatur quod ſeruitium prædictum non fuerat præſtitum in eccleſia aſſignata ab Epiſcopo ſecundum diſpoſitionem Sacri Concilii Triden. & dato, quod prædicta omnia ceſſarent, prout obſtare videbantur, cum in dicto Concilio di-
13 catur (inſeruiat) non ſufficiebat, quod bis, vel ter inſeruiſſet, cum ſint verba ſignificantia actum perſeueratiuum, & ſic perſeuerantiam, & continuationem, vt poſt alios dixit *Gram. in deciſ.87. n.5.* vel ſaltem pro maiori parte, ſi velimus tenere opinionē Genuen. *in prax. Epiſc. cap.7. ſub n.5. Menoch. d. conſ.912. n. 31.* vbi ſubdit quod ſicuti magna ratione ſtatuit ipſum Concilium, clericum primæ tonſuræ frui fori priuilegio, ſi modo obtinet beneficiū, quo ſignificatur perſeuerentia, & cōtinuatio quędam in ipſo clericatu, ſic pariter dicendū erat Concilium requirere eandem continuationē, & perſeuerantiam in ſeruitii præſtatione, prout etiā
14 in delatione habitus, & tonſuræ, nā priuilegium cauſa officii conceſſū durat uſq; quo perdurat ipſum officium. *ad tex. in l. qui ſub prætextu. C. de ſacroſan. eccleſ.* vbi qui aſſerit ſe clericum, & eccleſiæ

non ſeruit, priuilegio clericatus carere debet, & poſt alios tradit *Philip. Prob. in addit. ad Ioan. Monachum in capit. 1. num. 17. de cleric. coniugat. lib. 6. Viui. deciſ. 512. nu. 18. par. 4.* & in ſimili ita fuerat declaratum per Sacram Congregationem his verbis, Cum quidam clericus Teunetan. qui per ſententiam declaratus fuerat debere gaudere priuilegio fori eccleſiaſtici, de mandato Epiſcopi inſeruiſſet, & poſtea ob legitima impedimenta, relicto eccleſiæ ſeruitio, delictum commiſerat, dubitatum fuit, an gaudeat priuilegio fori? Congregatio cenſuit intelligendum, quæ ſint iſta impedimenta, quia *Concil. cap. 6. ſeſſ. 23.* requirit ſeruitium continuatum, & ideo ſi abſque iuſto impedimento ſeruitium intermiſerit, non fruitur priuilegio. dicebat pater quod ſuper hac declaratione habebat alias literas declaratorias ſuper ſeruitio prædicto, & multa alia in facto probare intendebat coram ſuo Iudice eccleſiaſtico.

Diſcuſſo negotio concluſum fuit, quod articulus erat iuris, & conſequenter illius deciſio ſpectabat ad Iu-
16 dicem eccleſiaſticum, *ad text. in d. cap. ſi Iudex laicus, & ibi Doct. de ſenten. excommu. in 6. Couar. pract. quæſt. cap. 33. nu. 1. cum ſeq.* vbi refert quod ita apud eum ſeruatur. *Clar. in d. §. fin quæſt. 36. verſ. dixi clericum. Menoch. d. conſil. 912. num. 16. in fin.* vbi de magis communi opinione, nam cum agatur de ordine, & eius qualitatibus, & ſic de re eccleſiaſtica, & ſpirituali, vtique non niſi per eccleſiaſticum Iu-
17 dicem cognoſci debebat, vt dixit poſt infinitos per eum relatos *Farinat. d. q. 8.*
18 *num. 32. & 34.* vbi ampliat ſi controuerſia eſſet ſuper veſtibus, *ſecundum Domin. cap. 1. §. fin. in cæteris in fin. de cleric. coniug. in 6. Micha. Ferrer. obſeru. 215. in fin. Couar. pract. quæſt. cap. 33. Maſcard. de probat. concl.*
19 *689. num. 7. & 8.* & hoc vocato, & audito Iudice ſeculari, & eo cuius intereſt, vt expreſſè probat *text. in d. cap. ſi Iudex laicus. Boſſ. de for. compet. nu. 151. & 155. Caual. deciſ. 10. num. 15. part. 5. & Farin. d. quæſt. n. 37. & 38.* tamen dicit, quod ſi ſtatim poteſt probari quem non incedere in tonſura, quæ (puta) poſſit ad oculum videri, tunc ſi quis allegaret ſe clericum, & incederet in habitu, & tonſura, ſi Iudex ſecularis denudato capite contrarium cognouerit, poterit denegare remiſſionem ad Iudicem eccleſiaſticum, tanquam calumnioſam ſecundũ eum, licet quoad ſummariam informatio-
20 nem poſſit Iudex laicus perfunctorie de prædictis cognoſcere ad effectum, vt illum remittat ad Iudicem eccleſiaſticum; vt dixerunt *Archid. in cap. frequens. 54. diſtinct. Bald. in l. ſi quis per calumniam. num. 2. verſ. ſed pone quod iſte, C. de Epiſc. & cler. Vincent. de Franch. deciſ. 189. num. 1. & deciſ. 329. num. 9. Menoch. d. conſil. 912. nu. 14. vol. 10. poſt Butr. dixit Farinat. in d. quæſt. 8. num. 34. in fi. D. Carol. Tap. ſuper Conſt. Regni lib. 1. tit. de Epiſc. & cleric. fol. mihi 23. verſic. nunc Ritum. Decian. tract. crimin. tit. de cler. & relig. tribut. lib. 4. cap. 9. num. 11. Bellug. in Specul. Princip. §. videamus rub. 11. tit. de propoſ. num. 5. verſ. & hæc videtur veritas. Caual. d. deciſ. 10. ſub num. 19. Franc. Viui. deciſ. 512. lib. 4. num. 14. Couarr. pract. quæſt. d. cap. 33. num. 3. in fin. verſ. quamuis ſtatim.* & ita ſeruatur in M. C. Et propterea me referente Excellentiſſ. D. Proregi in caſu fiſcali, fuerunt tranſmiſſæ informationes

nes ad Illuſtriſſimum D. Cardinalem Archiepiſcopum Panormitanum ad effectum declarandi, ſi deberet gaudere priuilegio fori. de menſe Iulij 1609.

SVMMARIVM.

1 *Feuda Caſtro adiacentia præſumuntur eſſe ſub iuriſdictione domini Caſtri. num. 2.*

3 *Domini plures poſſunt dari in eodem loco circa iuriſdictionem.*

4 *Furcarum erectio eſt ſignum meri, & mixti imperij.*

5 *Iuriſdictio præſumitur ex exercitio iuriſdictionis, in loco, & num. 6.*

7 *Officialium creatio in loco, denotat iuriſdictionem habere in eodem loco.*

8 *Bannorum emiſſio denotat iuriſdictionem, amplia num. 9.*

10 *Ius paſcendi ſignificat ſubiectionem, & ſignum iuriſdictionis.*

11 *Delictorum cognitio ſignificat iuriſdictionem.*

12 *Iuriſdictionis ſignum eſt ſcarnagiare animalia in aliquo loco, & quid ſit, nu. 13. & 14.*

15 *Solutio decimæ denotat ſubiectionem loci.*

16 *Incidere lignamina ſignum eſt ſubiectionis.*

17 *Venationem prohibere, ſignum eſt dominij in eodem loco.*

18 *Iuriſdictio, & ius paſcendi quanto tempore præſcribantur.*

19 *Præſcriptio habet vim tituli etiam in his, in quibus ius reſiſtit.*

20 *Præſcriptio an ſufficiat ad acquirendum libertatem, & immunitatem aduerſus dominum, amplia num. 21.*

22 *Defenſæ Regiæ ſunt de Regio demanio.*

23 *Appellatione defenſarum regiarum veniunt Foreſtæ, & num 38.*

24 *Sententia quando noceat tertio non citato, & num. 26.*

25 *Poſſeſſor rei dicitur legitimus contradictor.*

27 *Iudicium agitatum cum legitimo contradictore nocet tertio.*

28 *Dominium ex Regia conceſſione transfertur ipſo iure.*

29 *Text. in l. traditionib. C. de pact. limitatur.*

30 *Iuriſdictio in conceſſione Caſtri comprehenditur, & num. 31.*

32 *Clauſula cum iuribus, & pertinentijs ſuis, comprehendit iuriſdictionem.*

33 *Rex concedens fortilitium, an cenſeatur concedere iuriſdictionem.*

34 *Feudum reſeruatum quando dicatur de iuriſdictione alterius, amplia num. 36.*

35 *Territorium ſeparatum æquiparatur ciuitati.*

37 *Ius paſcendi comprehenditur ſub conceſſione feudi.*

39 *Inueſtitura fit ad confirmationem Regiæ conceſſionis.*

40 *Mala fides impedit præſcriptionem, & numero 44.*

41 *Mala fides probatur ex inualiditate tituli, & ibi notatur cautela pro aduocatis.*

42 *Præſcriptio in dubio præſumitur ex titulo producto.*

43 *Titulus inualidus facit ceſſare bonam fidem.*

45 *Præſcriptio centenaria, quando admittatur contra Regem.*

46 *Præſcriptio centenaria, & immemorabilis æquiparantur.*

47 *Præſcriptio centenaria qualiter probetur, & num. 48.*

49 *Præſcriptio interrumpitur per litis conteſtationem.*

50 *Teſtes qualiter deponere debeant ad probandam præſcriptionem.*

51 *Teſtis dictum poſt litem motam nihil probat.*

52 *Vſus requirit ſcientiam, & patientiam veri domini, & num. 53. & 54.*

55 *Literæ manutentionis in poſſeſſione non præiudicant in petitorio.*

56 *Magna Curia non poteſt præiudicare Regio fiſco.*

57 *Reſoluto iure dantis reſoluitur ius accipientis.*

58 *Feudo ad dominum reuerſo, extinguntur omnes ſeruitutes.*

ARGVMENTVM.

Iuriſdictio, ac ius paſcendi, & alterius ſeruitutis, quanto tempore præſcribantur; & quando res dicatur de Regio demanio.

DECI-

Digitized by Google

DECISIO CXIV.

VNiuerſitas Terræ Veriæ ex duo-
bus præcipue capitibus intende-
bat habere intentionem fundatam
circa iuriſdictionem, ac ſeruitutem,
facultatem, & poteſtatem ſeminandi,
lignandi, paſcendi, & alia faciendi in
feudis de la Foreſta, nempè titulo, &
præſcriptione immemorabili, nam
pro primo allegabatur Regium priui-
legium, ſeu confirmatio conceſſa per
Regem Alfonſum Gabrieli Abbati de
donatione ſibi facta de dicta Terra
Veriæ per Agatham eius ſororem in
ann.1434. & inueſtitura inde capta per
eundem de Abbati in anno 1533. vigo-
re ſupradictæ donationis, & Regiæ
confirmationis; Item quoad iuriſdi-
ctionem, oſtendebatur per plures te-
ſtes in proceſſu productos, quod feu-
1 da prædicta erant de territorio Veriæ,
& ſic illi ſubdita. vt dixit *Andr. in Conſtit.*
Regni incip. ab officijs noſtris. Bar. in l.1.§ cum
vrbem. ff. de offic. præfe. vrb. poſt multos Me-
noch. præſumpt 100. num.1. lib.3. & conſil.21.
num.2. lib.1. Doct. in l. bonæfidei. C. de conſtit.
Princip. Natt. conſ.429. & 436. Rol. conſ.36.
num.32. cum ſeq. lib.3. à Petr. de fideicomm.
quæſt.13. num.1.2 4.5. Decian. conſ.123. nu.1.
2 *lib.3. Ceſ. conſ.144.* & proinde eſſe de eius
iuriſdictione, vt dixit idem *à Petr. de fi-*
deicom. q.12. nu.403.404. & 405. poſt Alex.
conſ.88. num.34. lib.4. & alios quos ibi re-
fert, nam poteſt eſſe, quod vnus in vno
3 loco ſit dominus, & alius habeat iuriſ-
dictionem, vt not. *Soc. in l.1. in princ. ff. de*
acquir. poſſeſ. Bal. in c.1. in fin. quib. mod. feud.
amitt. à Pet. qui alios allegat d. quæſt.13. num.
535. D. Marchio de Pont. conſ.51. Frec. de ſub.
feud. lib.2. rub.5. ſub nu.7. verſ. ſentiunt aliqui.
4 Item per erectionem furcarum in di-
ctis feudis, quod ſignum iuriſdictionis
eſt, & meri, & mixti imperij, vt dixit
Bal. in l.1.§ initium. ff. de eden. Afflict. in cap.1.
n.32. de Cap. qui curiam vendit. Maſcard. con-
5 *cluſ.94. num.10. à Petr. d. q.12. num.420. &*
ſeq. & num.436. Item quia ius reddebant
officiales in Foreſta, *Maſcar. concluſ.1339.*
& d. concluſ.959. n.4. Rip. in cap. cum eccle-
ſia ſutrina.3. n.636. de cauſ. poſſeſ. & proprie.
6 *à Petr. d. quæſt.12. num.413. & ſeq.* exerci-
tium etenim iuriſdictionis arguit lo-
cum eſſe illius territorij, cuius ius di-
cens eſt, vt poſt multos dixit *Menoch. d.*
7 *conſ.12. num.10. lib.1.* Item ex creatione
officialium. *Bal. in l. querelam. de elect. à*
8 *Petr. d. quæſt.12. num.400.* Item ex emiſ-
ſione bannorum in Foreſta *ad tex. in l.1.*
ff. ſi quis ius dice. non obtemp. & l. eos. C. de
mod. multa. & ibi per Dd. Innoc. in cap. dile-
ctus. num.5. de Cappella mona. & alij religio.
Maſcard. concluſ.199. num.17. & concluſ.10.
num.41. à Pet. d. q.12. num.400. & ſeq. quod
9 procedit dato etiam quod ipſa banna
effectum non habuerint, quia adhuc
dicitur acquiſita quaſi poſſeſſio iuriſ-
dictionis in omnes de vniuerſitate *Abb.*
conſ.64. nu.9. & ſeq. à Petr. d. quæſt.12. n.158.
162.178. & 390. Innoc. in d. cap. cum eccleſia
ſutrina.3. Alban. conſ.61. Item quia Ciues
10 Veriotæ habebant ius paſcendi, quod
quidem ſignificat ſubiectionem, & iu-
riſdictionis ſignum eſt. *ad tex. in l. omnes.*
C. de oper. public. l. omne territorium. C. de
cenſib. lib.11. l.1. & 2. & ibi Bart. & alij. C. de
paſc. publ. lib.11. poſt alios Surd. conſ.65. nu.4.
11 *& ſeq. lib.1.* Item per cognitionem deli-
ctorum in Terra Veriæ *ad tex. in l. impe-*
rium. ff. de iuriſd. omn. iud. Caſtr. conſil.187. in
fin. lib.2. & conſil.84. num.2. lib.1. à Petr. d.
quæſt.12.

Digitized by Google

quæſt.12.nu.161.Maſcar.concluſ.946.num.4.
12 Item quia ſcarnagiare ſolent, quod iu-
13 riſdictionis, & ſuperioritatis ſignum eſt; cum ſit, pœnæ, & mulctæ ſolutio *ad tex.in d.l. imperium. ff.de iuriſd. omn. iud. à Petr.d.q 12. numero 436.* & in puncto de cognitione damnorum datorum, di-
14 xit *Bal. conſ.226.numero 4. lib. 2. à Petr. d. quæſt.12. num. 395. & 458. & 465. Imol. in l. iuſto.§.non mutat. ff. de vſucap. Bal. in l.1. numer. 23. C. de emancip. liberor.* Item ex
15 facultate ſeminandi ſoluta decima, quæ inducit ſubiectionem *Alex.conſ.68. numer.18. lib.2. & conſil.99. numer.7. vol.5. Surd. conſ.65. ante numer.18.* Item ex inci-
16 ſione lignaminum. *Petr. de Greg. de conceſſ.feud.par. 2. quæſt. 7. numer. 29.* Item ex
17 venatione. *Rip. in d. c.cum eccleſia ſutrina. numer.51.poſt Dec.conſ.917.* Et demum ad fundandum iuriſdictionem allegabatur priuilegium meri, & mixti Imperii, quod raro Veriæ habuerat in ann.1539. Quæ omnia eo magis procedere viden-
18 bantur ſtante præſcriptione immemorabili d. facultatis paſcendi, iuriſdictionis, ac ſimilium, & erat Secundum caput, ad tex. *in l. 1. §.1. ff. de itin. actuq. priua. Bar. in l. 1. ff. de ſeruit. & aqu. Maſcard. concluſ.1214. n.43. & 1218. & ſeq.*
19 qui habebant vim tituli, & conceſſionis etiam in his, quibus ius reſiſtit *Bero. conſ.67.numer.18.lib.1.Ioan. Vincent. de Ann. in conſt.diuæ Memo.numer.185. & 186. & per ſe abſque* alio titulo ſufficit ad acquiren-
20 dam libertatem, & immunitatem aduerſus dominum, & ſuperiorem, illiuſque iuriſdictionem, & imperium. *Bero. C.116. num. 25. lib. 1. Honde. conſil.79.*
21 *numer.70.* poſt alios quos allegat *Fab. de Ann.conſil.127.numer.7.8.& 9. lib. 2.* etiam in præiudicium Regis, ſtante centenaria præſcriptione, vt hic. *Bal.in l.imperium.numer.13 ff.de iuriſd.omn.iud.& ibi Alber.numer.40.late Couar.in repet. regul.poſſeſſor in 2.par. §.3. nu.30.& ſub.n. 4. de regul. iur.in 6. Peregr. de iur. fiſc. lib. 1.ſub titul. de his qui hab.iur.fiſcal. num. 99. Cancer.varia. reſol.lib.3.cap.4.n.49.& ſeq.*

Sed in contrarium ex parte Ill.Don. Antonii de Quintana Duegna Baronis, & actoris dictum fuit, quod ipſa Baronis Foreſtæ fuerat de Regio demanio, & eidem ſemper reſeruata, ne-
22 dum ex diſpoſitione iuris communis, quia erant Defenſæ Regiæ ſuper quibus nemo potuit habere participium, nec quoad dominium, nec quoad poſſeſſionem, niſi ſolus Rex, vt dixit *Andr. in capitul.1.§.nemo retia.de pac.tene. Afflict. in conſtitut.ſcire volumus in fin. D. Petr.de Greg.de conceſſ.feud.par.8.quæſt.10.numero 8. & 9.* verum etiam ex Regio priuilegio, nempe per ſupradictam confirmationem conceſſam per Regem Alfonſum, illi Gabrieli Abbati in anno 1454. de qua ſupra meminimus, vbi expreſſe voluit d. Rex, quod excludantur ſolatia, & defenſæ antiquæ, quæ ſunt de Regio demanio, & quod vigore dicti priuilegii nemo extendat manus ſuas,
23 & eorum appellatione intelliguntur Foreſtiæ, ad tradita per *Petr. de Greg. loco citato numero 8.* Item per aliud priuilegium inueſtituræ conceſſum de dicta Terra, vbi etiam penitus excludebat à prædicta conceſſione Foreſtas Regias, ſuper quibus perantea in ann.1325. conceſſerat illis prædeceſſoribus de pactis ius percipiendi quoſdam redditus, ſuper prouenti-

Digitized by Google

bus ipſius Baroniæ Foreſtæ, in tantum, quod dicta Baronia, vti illegitime detenta, per quondam Peregrinum de-Pactis, & alios eius ſucceſſores, fuerat, tanquam de Regio Demanio, exinde declarata per M. R. C. & Conſiſtori-
24 um, quæ ſententiæ nocebant aliis habentibus ius ſecundarium, & non citatis, & ſic vniuerſitati, quia iudicium
25 reuendicatorium fit cum poſſeſſore, ex quo ipſe dicitur legitimus contradictor, *ad tex. in l. officium. ff. de rei vendic. Viui. deciſ. 535. ſub numero 2.* & ſententia
26 contra eum lata nocet aliis etiam, ſi non litigauerint, nec vocati fuerint ad iudicium, nec ſcientiam litis controuerſiæ habuerint, quando ſententia illa contra eum, contra quem agitur, eſt exequenda *Couar. pract. quæſt. cap 13. num. 4. 5. & 6. D. de Pont. conſ. 90. numero 4. & & ſequent. Turret. conſil. 92. numero 58. & 71. lib. 1.* ſufficit enim quod iudicium a-
27 gitetur cum legitimo contradictore; *Gloſ. notab. in l. de vno quoq;. vbi Doct. ff. de re iudic. Peregr. de fideicomm. art. 53. numer. 52. in finalibus verbis, & num. 53.* & ideo, vti de Regio Demanio, & Curiæ incorporata, fuerat conceſſa Nicolao Antonio de Pactis (à quo actor habebat ius, & cauſam,) per inuictiſſimum Imperatorem Carolum V. ſempiternæ, & feliciſſimæ memoriæ, vna cum iuribus, & pertinentiis ſuis, fortilicio, iuriſdictione, terris cultis, paſcuis, & aliis, & adeo quod eius vtile dominium
28 in eum tranſlatum fuerat abſque aliqua traditione, cum hoc operetur Regia conceſſio. *Bald. in capit. 1. de nou. form. fidelit. Prec. de ſub feud. tit. quis dica. Dux. num. 68. Vincent. de Franch. deciſ. 23. num. 11. Magon. deciſ. Lucen. 38. num. 32. & infinitis Doct. quos refert & ſequitur Maſcard. concluſ. 541. numer. 10. Gram. deciſ. 58 numero 19. à Petr. de fideicomm. quæſt. 13. numer. 13. &*
29 *ita limitatur text. in l. traditionibus. C. de pact.* quia ſine apprehenſione poſſeſſionis ex priuilegio Regis, transfertur dominium. *Anna alleg. 53. numer. 32. cum ſeq. Marilia. in repet. l. quoties. numer. 111. cum multis ſeq. C. de rei vendica. D. Petr. de Greg. de conceſſ. feud. par. 2. quæſt. 2. numero 3. & part. 5. quæſt. 4. n. 23.* nec dubitandum videbatur, quod ex tali conceſſione fue-
30 rit tranſlata, atq; conceſſa iuriſdictio, tum ex verbis ipſius priuilegii, tum ex diſpoſitione iuris communis, vt notabiliter dixit *Bar. in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iudic. Bald. conſil. 245. lib. 3. Decian. conſil. 93. numero 1. & ſeq. lib. 3. Natt. conſil. 495. vbi late lib. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 97. numero 46. & præſumpt. 98.* quia conceſſio erat facta de feudis vna cum caſtris, & fortilitiis, quo caſu ſemper dicitur conceſſa iuriſdictio, vt dixit *Bal.*
31 *d. conſ. 245. lib. 3. Petr. de Greg. de conceſ. feud. par. 7. quæſtio. 3. numero 1. Natt. d. conſil. 405. Petr. d. fideicomm. d. quæſt. 13. numero 373. & in tract. de Poteſt. Princip. capit. 18. numer. 13. 14. & 36. & optime eruditiſſimus Bambacar. titul. ſi feud. defun. cont. &c. quæſt. 7. num. 107.* vbi refert communem. Fortius, quia in conceſſione extabant verba (cum iuribus, & pertinentiis ſuis) ex quibus dicitur conceſſa iuriſdictio. *Alexan. in l. 1.*
32 *ff. de offi. eius. Pariſ. conſ. 9. num. 16. & 20. lib. 1. Decian. conſil. 43. numer. 6. lib. 3. Petr. de fideicom. d. q. 13. numer. 500. 503. 506. & 527. Natt. d. conſ. 505. Ann. alleg. 52.* & quando
33 Rex concedit Fortilitium, ſiue territorium, dicitur concedere iuriſdictio-

nem,

Digitized by Google

nem etiam quod de ea nulla ſit facta mentio. *Bar. in l. ſi quando in fin. C. de bon. vacan. lib. 11. Couar. pract. quæſt. cap. 1. n. 10. Iacob. de San. Georg. in ſua inueſt. feud. in gloß. ſuper verb. de Caſtro Rubei. Decian. d. conſ. 43. num. 1.*

Inſuper dicebatur, quod Baronia
34 prædicta Foreſtæ tanquam reſeruata à principio pro Regio Demanio, ſeparata à conceſſione Terræ Veriæ, vt dictum eſt, non dicitur de diſtrictu, territorio, & iuriſdictione alterius, à quo recipit ſeparationem, ſed reputatur ſeparata, & principaliter erecta in territorium. *ita Alcia. in l. pupillus. §. territorium. numer. 5. ff. de verb. ſignif. & conſ. 77.* vbi
35 dicit quod talis locus ſeparatus debet cenſeri quid per ſe, quia per talem ſeparationem æquiparatur ciuitati, *Bar. in l. imperium. ff. de iuriſd. omn. iud. Caſtr. conſil. 307. ſub numer. 1. lib. 2. Beret. conſil. 38. num. 2. Mandel. conſ. 111. numer. 34.* & procedunt præmiſſa, etiam quod ſit infra fines alterius territorii, quia non ex hoc dici-
36 tur ſuppoſitus illi iuriſdictioni, & diſtrictui. *Couar. pract. quæſt. cap. 1. numer. 10. verſ. nona concluſio, & verſ. 10. eſt concluſio. Alex. Raud. conſ. 3. nu. 29. & 30. lib. 2. & conſ. 2. n. 87. eod. lib.*

Demum, quia ex tali conceſſione
37 dicitur conceſſum ius paſcendi, lignandi, & ſeminandi, *Pariſ. conſ. 27. ſub nu. 11. cum ſeq. & numer. 13. lib. 1. Soc. conſ. 86. col. 1. lib. 1. Anna alleg. 108. D. de Pont. conſil 97. Capiblan. de Baron. & eor. offic. prag. 11. numer. 49.* vbi de communi teſtatur, *Par. de Put. de redinteg. feud. fol. 118.* Et ſecundum prædicta vocauit Conſiſtorium die 4. Aprilis. 1607. confirmando ſententiam M. C. licet aliter non fuerit publicata, quia ex parte vniuerſitatis præſentatæ fuerant literæ via recognoſcendi ad Suam Catholicam Maieſtatem, & ideo tranſmiſſo proceſſu, vna cum votis, & iuſtificationibus, fuit ſententia confirmata in ſupremo illo conſilio, & ſic lecta, & publicata die 26. Ianuarii 1608.

Et contraria dicebatur, quod titulus ille, tam ex priuilegio, quam ex inueſtitura erat inualidus, & defectuoſus, cum conceſſio facta fuerit excluſis
38 ſolatiis, & defenſis, quæ idem ſunt, ac ſi dixiſſet Foreſtæ, vt ſupra dictum eſt ex Petr. de Grego. maxime quod in inueſtitura expreſſe excluduntur Foreſtæ, ex quo arguitur, quod etiam in donatione intelligatur excluſio Foreſtarum, dum in ea dicitur de defenſis,
39 vt renouatio inueſtituræ cenſeatur facta ad confirmationem, non autem ad derogationem donationis, & Regiæ conceſſionis, ſecundum *Petr. de Greg. de conceſſ. feud par. 3 quæſt. 4. numer. 3. Alexan. conſ. 18. numer. 13. lib. 5.* & alios, de quibus idem Greg. vbi ſupra, & coadiuuabantur etiam ex probatione facta per Vniuerſitatem in proceſſu, Foreſtas nempe vocari Foreſtas Veriæ, & eſſe in eius territorio, nec poterat dici quod adſint aliæ Foreſtæ in territorio Veriæ, quia hoc non apparebat in facto, nec in iure pluralitas præſumitur. Et vbi conſtat de iniuſtitia, ſeu inualiditate tituli allegati in productione, nedum cauſatur mala fides,
40 quæ impedit præſcriptionem. *cap. poſ-*
41 *ſeſſor. de reg. iur. in 6.* verum etiam videndum eſſet de tali titulo exhibito, vel allegato. *Anton. de Butr. in capitul. diligenti.*

Digitized by Google

num 9?.de cenſi.Pariſ.conſ.66.num.128.vol.1.
alios allegat Pedemon.deciſ.101.nu.31. Couar.
2.par.relect.regul.poſſeſſor.§.8.num.4.verſic.
ego equidem, D.Camil.de Curt. de feud. verſ.
declarata igitur. num.129.fol.75.& verſ.ſu-
pereſt. num.11.fol.78. vbi ait quod ex hac
cauſa in Tribunali Regiæ Cameræ
quamplures centenariæ cum omnibus
requiſitis iudicatæ fuerunt nullius ro-
boris, Hinc cauti aduocati allegant ti-
tulum,ſed illum minimè producunt,
& Camil.ſequitur alios, allegans D. Io.Andr.
*de Georg.alleg.14.num.18.*nec dici poterat
quod ex alio titulo, quam ex prædicto
præſcripſerint,quia vt ſcribit *Pariſ.conſ.*
114.nu.23.in 4. hoc debet probari, cum
in dubio præſumatur ex titulo produ-
42 cto. *arg. l. quædam mulier. vbi gloſ.fin.&*
Bart.ff.de rei vendit.Rip.reſp.1.num.19.lib.1.
& per illum text. in terminis præſcri-
ptionis notat *Bellam.conſ.10.verſ.item &*
aliter reſpondeo, Pedem.deciſ.101.n.37.& 38.
Nec aliqnid operatur priuilegium me-
ri,& mixti imperij,emptum à Barone
Veriæ, quia illud fuit venditum pacto
redimendi mediante, & fuit deinde
per eandem Regiam Curiam redem-
ptum,& iuriſdictio cum eodem mero,
& mixto imperio fuerat actoribus vē-
dita, de anno 1604. exclamantibus,&
contradicentibus conuentis.

Minus inficiebatur præſcriptio im-
memorabilis allegata,quia dum con-
43 ſtabat de titulo inualido,facit ceſſare
bonam fidem,& apparere malam,quæ
impedit præſcriptionem etiam mille
44 annorum.*cap.fin.de præſcript.Pedemont.d.*
deciſ.101.num.36. Camil.de Cur. loco præalle-
gat. num.107. qui hanc opinionem reie-
cta opinione Dec.& Curt. Iunioris di-
cit eſſet veriorem,& receptiorem, ma-
45 xime contra Regem, eiuſque Regium
Fiſcum, in quo caſu tantum centena-
ria admittitur, *cap.imperialem.verſ.Impe-*
rator Lotharius: ibi: nullius temporis præſcri-
ptione impediente, & in Regno extant
plures conſtitutiones, nempe *Conſtit.*
parnam, alia incip.dignum, alia dubitato,
alia quadragenalem, vbi Iſern.Camil.& Ge-
org.in locis præallegatis. & dictum eſt ſu-
pra, & tamen præſcriptio hæc cente-
46 naria,ſiue immemorabilis, quod idem
eſt,ſecundum *Camil. de Curt. loco citato.*
num.7.fol.78. non fuit legitime, & iuri-
dice probata in proceſſu,cum ad illam
probandam neceſſarium fuiſſet, quod
47 teſtes deponentes dicant quod nun-
quam viderunt, nec audiuerunt ipſi,
neque audiuerunt alios vidiſſe, aut au-
diuiſſe aliter fuiſſe factum,& commu-
nem opinionem eſſe, memoriam non
extare in contrarium de illa re,de qua
deponunt. *eſt gloſ.in c.1.de præſcript.lib.6.*
quam allegat, & ſequitur Corn. conſil. 47. in
præſenti conſultatione in fin.lib.3. Crauett.de
antiquit.tempor.part.4 verſ.incip. materia.
49 *nu.38.Vrſil.ad Afflict.deciſ.254.in fin.* quam
gloſ. menti tenendam dixit *Franch. in d.*
cap.1.num.15. & communiter approbari
dixit *Aret. in cap. licet ex quadam. de teſtib.*
Pariſ.conſ.27.num.96.lib.1. Honded.conſ.79.
n.36.lib.1. qui dicit magis communem,
& multos adducit, & contrariam opi-
nionem tenentes reprobat *Alex.Raud.*
*deciſ.9 num.19 & 20.*vbi etiam addit, ne-
ceſſe eſſe, vt teſtes ſint annorum 54.
Molin.de primogen.hiſp.lib.2.cap.6.num 48.
Vincent.de Franc.deciſ.56.num.22.Pedem.d.
deciſ.101. num.26. Imo oportet,vt talis
48 præſcriptio immemorabilis ſit perfe-

fecta ante litem conteſtatam, alioquin non dicitur probata præſcriptio. *ſecundum Bar. in l. celſus. num. 22. ff. de vſucap. Maſcard. concluſ. 1215. numer. 7. lib. 3.* & ratio eſt; quia præſcriptio interrumpitur
49 per litis conteſtationem. *Iaſ. in l. is qui putat. num. 12. & 13. ff. de acqu. hered. Pedem. d. deciſ. 101. numero quadrageſimoprimo.* vbi ait, quod opinio *Bar. in d. l. celſus.* eſt communiter approbata. Et licet ſit controuerſia inter Doct. an omnes teſtes debeant concludere omnia requiſita centenariæ præſcriptionis, vel ſufficiat, quod vnus quædam, alter alia requiſita deponat, & diuerſimode fuerit iudicatum, vt refert idem *Camil. de Curt. loco citato num. 8. fol. 78.* tamen vt ipſe dicit, Regia Camera iudicauit vt ſingu-
50 li teſtes habeant deponere omnia requiſita, de quo poſuit ſingulare *Vincen. de Ann. in verb. teſtu*, & ſequitur *D. Ioan. Andr. de Georg. d. alleg. 14. num. 16.* & tamen vt in proceſſu apparebat, nullus ex tot teſtibus productis, nec omnes ſimul iuncti deponebant ſecundum prædicta requiſita, & cum prædictis qualitatibus, maxime teſtes producti in ſecundo iudicio, qui nullius erant conſiderationis, & fidei, cum depoſuerint aliqui ab annis triginta, alii ab annis
51 decem, alii ab annis quinquaginta, & illis iam, anni erant ſexaginta, quod fuerat incepta. *Pariſ. conſ. 53. num. 11. lib. 4. Beninte. deciſ. 67. num. 11. Natt. conſ. 170. nu. 8. lib. 1. Honde. conſ. 17. num. 47. lib. 1. Menoch. conſ. 431. n. 45. lib. 5.*

Rurſus ceſſabat prædicta præſcriptio immemorabilis, tam circa vſum iuriſdictionis, quam prædictas ſeruitutes, quia illi antiqui poſſeſſores de Pactis (vt dixi ſupra) non erant legitimi poſſeſſores dictæ Baroniæ Foreſtæ, ſed verus dominus erat D. Rex, tam reſpectu directi, quam vtilis dominii, &
52 ideo talis vſus requirebat ſcientiam, & patientiam domini, ſeu eius, qui habebat ius, & facultatem transferendi. vt latiſſime deduxit *Pet. de fideicomm. quæſt. 12. numero 75. cum ſeq.* & in caſu iſto defi-
53 ciebat, quia ad acquirendam poſſeſſionem requirebatur ſcientia illius, ad quem iuriſdictio pertinebat. à *Petr. d. numero 244. 264. & 277.* qui tradit communem opinionem, nam illius patientia qui poſſidet vi, & clam, aliquem
54 conſtituere poteſt in quaſi poſſeſſione. *Alex. conſ. 94. volum. 5. & conſil. 16. num. 8. & ſeq. eod. vol. Socin. conſ. 187. numer. 21. verſ. quinto, & vltimo. volum. 2.* vbi dicit neceſſariam eſſe ſcientiam, & patientiam illius, quæ lædi poteſt. Nec literæ manutẽtionis in poſſeſſione obtentæ per dictam vniuerſitatem in M. R. C. aliquid operari poterant, eadem ratione, quia confectæ cum illis malæ fidei poſſeſſoribus, nullum ius habentibus, & nulla interueniente ſcientia, quod
55 ſpectabant ad D. Regem, & ſunt literæ ordinariæ absq; cauſæ cognitione, quæ nullo modo poterant præiudicare in petitorio. *l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. poſſeſſ. Capic. deciſ. 189.*
56 & in Regno M. R. C. non habet ius præiudicandi Regio Fiſco, quinimo nec ipſe Fiſci Patronus, vt dixit *D. Carol. Tap. lib. 3. de ſuſpit. prag. 23. num. 7. & ſeq.* quia vbi de fiſci intereſſe agitur, eſt prorſus incompetens. *ad text. in leg. ſi minori, ſecundum vnum intellectum C. de iur. fiſc. D. Carol. Tap. in lib. 2. Conſt.*

Digitized by Google

Regni.tit.de offic.procur.prag.12.num.40.fol. (mihi) 201. & Vincent. de Franch.deciſ.601. part.4.

Poſtremo dato quod iſta ſeruitus,& facultas iuris paſcendi, lignandi, & ſeminandi, fuiſſet acquiſita ſcientibus poſſeſſoribus d.Baroniæ,adhuc tamen vniuerſitas erat excluſa, qa ſtatim atq; fiſcus reuendicauit ſibi dicta feuda,& Foreſtas ſuas, vti bona demanialia ad Regiam Curiam iure dominij ſpectantia,omnis ſeruitus conſtituta,fuit
57 reſoluta, & extincta, reſoluto iure dictorum poſſeſſorum, neque vnquam D.Regi præiudicauerunt.*ad text.in l.lex vectigali.ff.de pign.& tex.in cap.1.§.quid ergo.de inueſt.de alien.facta. Molin.de primog.*
58 *hiſpan.lib.1.cap.20.nu.3.* quia reuerſo feudo ad dominum,omnia expirant, & liberum ab omni ſeruitute reuertitur. *Pedem.deciſ.155.num.13.& 14. D.Ioan.And. de Georg.alleg.14.num.19. Camerar.in cap. imperialem.fol.17.lit.G.de prohib.feud.alien. per Feder.*

SVMMARIVM.

1. *Fructus,emolumenta,& acceſſiones augent hæreditatem, & non ſpectant ad legatarium.*
2. *Seruo legato non veniunt ea,quæ ſeruus acquiſiuit viuo teſtatore.*
3. *Hæres facit fructus ſuos de re legata amplia num 4.*
5. *Legata ſorte, an veniant vſuræ,diſtingue num.11.*
6. *Nominato principali venit acceſſorium.*
7. *Annui redditus non ſunt acceſſorij ad capitale.*
8. *Emptio annui redditus eſt licita.*
9. *Mutua quæ fiunt in Monte Florentiæ,vel Venetiarum an ſint licita.*
10. *Cenſus annui dicuntur corpus ſeparatum.*

ARGVMENTVM.

Vtrum legato cenſu iuxta formam Bullæ teſtatori debito, penſiones decurſæ pertineant ad hæredem, vel legatarium?

DECISIO CXV.

VEriſſima eſt in iure concluſio illa,
1 quod emolumenta,fructus, & acceſſiones, quæſita viuo teſtatore, non ſpectent ad legatarium, ſed augeant hæreditatem.*l.quæſitum.§.pen.ff.de leg.1.* vbi relicto ſeruo, non veniunt ea, quæ
2 ſeruus acquiſiuit, dum teſtator vixit,& *ibi hoc notant Doct.omnes.& facit text.vbi Bart.in l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus.ff.eod.tit.*
3 dum dixit: quod hæres facit fructus ſuos de re legata, licet dominium fuerit translatum in legatarium, *& text.in l.2.vbi Salic.de vſufr.leg.Ruin.conſ.193.col.2. verſic.eſt igitur.1.vol.* maxime quando legatum eſſet taxatum ad certam quan-
4 titatem, quia non debet augmentum recipere. *l.Lucius.§.quæ habebant.vbi Bald. & alij. ff.ad Trebell.* ea tamen limitatur quoad commodum vſurarum debitarum occaſione ſortis legatæ. *ad text.in*
5 *l.nomen debitoris.ff.de leg.3.* vbi qui legat ſortem debitam,videtur vſuras legare, quæ cucurrerunt, & exactæ fuerunt viuo teſtatore, *quem text.dixit ſingularem Caſtrenſ.ibi*, & propterea refert ſe conſuluiſſe Florentiæ, cum quidam legaſſet pecunias, quas habebat ſuper monte Florentiæ, vel ſuper impreſtitis Venetiarum, quod etiam videtur legare redditus dictarum pecuniarum, ſeu pagos, qui cucurrerunt viuo teſtatore, licet forte in legato non fecerit mentionem, *& ita limitant, d.§.cum ſeruus.& ibi Caſtr.num.3.Alexand.num.3.& Iaſ.*

Digitized by Google

Iaſon. num. 14. cum ſeq. Quam opinionem ſequuti ſunt, *Bero. conſil.133. num.8. lib.1. Mantic.de coniect.vltim.volunt. libro 7. tit.10.num.45. Sim. de Præt.de interp.vltim. volunt.lib.3. dubit.5.ſolut.2. numero 5. Surd. conſil.84. num.4. & deciſ.88. numero 9.& 18. Rimin.Iun.conſil.623.num.23.cum ſeq.vol.6.* in tantum quod hæc limitatio ex præfatis deciſionibus videbatur communiter recepta in fauorem legatarij. Dicebat hæres quod prædicta bene procederent in acceſſionibus, & vſuris debitis officio Iudicis, quia ex natura
6 acceſſorij, nominato principali, videtur nominatum acceſſorium. *arg.l.ſi vt certo. §. vſque adeo.ff.commod. l.ſed ad hæredes. §.ſi quis mulierem.ff.locat. Rot. deciſion. 40.tit.de reſcript.alias 318.incip. Nota quod*
7 *vbi beneficium.* ſecus vero in annuis redditibus, quæ debentur per ſe principaliter, & non acceſſoriè, ad capitale, quod eſt demortuum, & nullo modo debetur, ſed pro illo annui redditus ſolum per ſe debentur, vt dixit optimè *Ruin. in d.conſilio 193.columm.penult. verſic. non obſtat etiam. Vincent. de Franch. deciſ.254. numero 8. & 9.* vbi ſubdit magnam eſſe differentiam inter caſum, de quo agebatur, prout erat iſte, & caſum de quo loquuntur *Paul. Caſtr. Alex.*
8 *& Iaſon.* nam emptio annuorum redditu um omni iure eſt permiſſa. *Abb. in capit.in ciuitate.extra.de vſuris. Petr. de Gre-*
9 *gor. de cenſib. quæſt.1.* de validitate autem iſtorum mutuorum dubitant. *Paul. de Caſtr.& cæteri. in l.item quia.ff. de pact. vbi Apoſtill.Franciſc.Curt.* licet hoc vltimum, meo iudicio, procedere non poſſit, cum mutua prædicta etiam licita ſunt; vt latè probauit. *D. Petr. de Gregor. de cenſib. quæſtio. 3. vbi infinitos allegat.*

His diſcuſſis Conſiſtorium iudicauit in fauorem hæredis, *ex Vincent. de Franch. quem ſequitur Peregrin. de fideicom. articul. 49. numero 10. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §.17. numero 126.* ego vero non interueni in dicta cauſa, quia non ita indiſtinctè iudicaſſem, ſed tantum in cen-
10 ſibus decurſis, pro quibus ceſſerat dies ſolutionis, qui vere dicuntur corpus ſeparatum à ſorte, & habentur pro exactis, cum deſinant eſſe de corpore, ſeu re principali, & ſint tanquam proprietas ſeparata, ſicut fructus ſeparati, ſed in rata cenſuum decurſorum illius anni, quo teſtator moritur, antequam ceſſiſſet dies ſolutionis, abſque dubio votaſſem in fauorem legatarij. vt ex-
11 preſſe determinat. *Vincent. de Franch. in d. deciſ 254. ſub num. 11.* & diſtinguendo tradit *Roder. in tract. de annu. reddit. lib. 3. quæſt.6. num.5.*

SVMMARIVM.

1 *Terminus ad conſulendum conceditur procuratori non inſtructo, amplia n.3.& 5 intellige num 6.*

2 *Socio conceditur terminus ad conſulendum ſocium,& ibi de alijs.*

4 *Procurator poteſt cauſam conſtituentis defendere.*

7 *Terminus ad conſulendum conceditur ex iuſta cauſa arbitrio Iudicis.*

8 *Scientia præſumitur ex cohabitatione in eadem domo, amplia num 9.*

10 *Procurator quando præſumatur inſtructus. & num.11.*

12 *Dilatio ad conſulendum ſemel tantum conceditur.*

13 *Procurator ex lapſu temporis præſumitur certioraſſe conſtituentem de lite.*

14 Pro

14 *Procurator poteſt conſulere amicos informatos de lite conſtituentis.*

15 *Procuratori lapſo annuus dandus eſt terminus ad conſulendum.*

ARGVMENTVM.

Terminus ad conſulendum abſentem, quando concedi debeat procuratori,& quid.

DECISIO CXVI.

FRanciſcus Batto procurator,& curator ad litem Illuſt. Donnæ Antoniette Rauanel abſentis à Regno, citatus in iudicio tentato ad inſtantiam Illuſt. Comitiſſæ Feræ ſuper nullitate, & reſciſſione cuiuſdam tranſactionis, comparuit in M. C. & petijt ſibi con-
1 cedi terminum ad cõſulendum d. conſtituentem, ad hoc vt informatus poſſit illam defendere, eo quod erat omnino male inſtructus, cum nullam habeat notitiam de iuribus, & meritis dictæ cauſæ, & ob id neſciat quid reſpondeat poſitionibus actoris. *iuxta text. in authent. qua prouincia. C. vbi de crim. agi. opor. & in cap. dilectus. extra de procurat. vbi gloſ. in verb. cedere,* dat rationem, quia cum tractet aliena negotia, non poterat per ſe deliberare, an velit cedere, vel contendere, & in caſu, quo deliberaret contendere conſtituens, poſſit eſſe procurator informatus de iuribus ſuis, & ita per illum tex. tenuit ibi *Innoc. & in cap. expoſuit.* in gloſ. ſua in verb. *teneri. extra. de dilatio. Bal. in ſua Margarita. in verb. procurator. Viui. deciſ. 384. lib. 2. nu. 2. Rot. Rom. deciſ. 106. num 4. part. 3. lib. 2. & deciſ. 603. num. 3. in fin. part. 3. lib 3. Muſcatell. in ſua praxi ciuili. part. 3. gloſ. in verbo ſimiles. num. 5. gloſ. in verb. iuramenta. num. 28. Ang. in d. Auth. qua in prouincia. n. 10. Pute. deciſ. 7. per totam. lib. 1. Menoch.* qui tamen prædictos non allegat. *libr. 2. præſumpt. 37. num. 2. & ampliat ibi Muſcatel.* vt concedantur hæ dilationes ad conſu-
2 lendum ſocio, fideiuſſori, ceſſionario, & generaliter omnibus his, qui conueniuntur pro alienis negotiis; Imo plus dicit *Innoc. in d. c. dilectus. ibi circa medium,* quod non tantum debeat dari talis terminus, quando eſt citatus procurator ab actore abſq; eo, quod ſe offerat, ſed quando ſe offert procurator
3 generalis, ad cuius notitiam perueniat, quod aliqua cauſa ſui conſtituentis pertractatur, quia licet non teneatur
4 reſpondere, tamen, ſi vult, poteſt cauſam defendere. *per text. in l. mutus. & l. ſed & hæ. ff. de procurat. Bart. in d. auth. qua in prouincia. num. 6. & ibidem Caſtr. nu. 1. verſ. ſecundum ſingulare. Bal. in d. cap. dilectus. n. 1.* quod procedit etiam, quando pars ab-
5 ſens multum diſtet à loco, vbi tentatur iudicium, *l. 2. C. vbi in rem act. Abb. in d. cap. dilectus. nu. 3. idem tenet Specul. in tit. de dilatio. §. videndum. num. 17. par. 2. Anton. Maria Corraſ. de elect. opi. inſpec. 5. num. 98. Tom. 18. tract. fol. 232. Aret. in l. iuſiurandum. ff. de iur. iur. Corn. conſ. 26. lib. 2. Bald in l. ſi procurator. C. de procurat. Mattheſ. ſing. 149. nu. 4.*

Sed prædictis dictum fuit, quod ta-
6 lis terminus ita demum dari debet, quatenus neceſſitas deſideratæ inſtructionis exegerit, & rerum vrgentiſſima ratio flagitauerit ad *tex. in cap. 4. §. ſpa-*
7 *cium. verſ. iudicantes autem 3. quæſt. 3.* & iuſta cauſa reſidet in arbitrio Iudicis *Specul. in tit. de diſpoſi. §. 6. num. 19. in fin. lib. 2. col. 1. Menoch. de recupera. poſſe. rem. 15. num. 330. & ſeq.* & ideo in caſu de quo agebatur omnino erat denegandus, tum quia dicta conſtituens antequam con-

ſtituens

Digitized by Google

ſtituiſſet procuratorem in Regno, ſciebat iudicium ſibi mouendum, ex actu proteſtatorio facto per D. Comitiſſam, quo ad tranſactionem metu, & vi ve-
8 niebat, cuius proteſtationis notitia præſumitur ex eo, quod tunc degebat in domo d. Donnæ Antoniettæ, cui erat ſubdita *ex traditis per DD. in l. octaui. ff. vnd. cogna. per illum text. late Becc. conſil. 6. numero. 10*. vbi dicit hoc procedere
9 etiam in actibus momentaneis, & ſequitur *Surd. conſil. 355. numero. 21. lib. 3. & deciſ. 221. num. 9.* tum etiam ſtante prouiſione obtenta à Sua Catholica Maieſtate, quod omnes redditus aſſignati in hoc Regno ſibi integrè ſoluerentur; & ideo præſumitur inſtru-
10 ctus, quod ſi ipſa non fecerit, erit ſibi imputandum. *Bald. in l. 2. §. quod obſeruari. ſub. numero 24. C. de iureiur. propt. calum. præſ. & melius in ſua Margari. in verb. procurator. poſt Innoc. in capit. in pertractandis. ext. de iuram. calum*. & admittunt omnes Doct. ex aduerſo allegati, & ita præſumi debebat in caſu propoſito, cum dictus procurator iam præuenerat in Regno, & vigore eiuſdem tranſactionis, de cuius nullitate agebatur, D. Comitiſſa fuerat priuata poſſeſſione medietatis dictorum redditũum aſſignatorum, qui integrè repe-
11 riebantur aſſentati ad eius nomen, & ad agendum procurator mittitur plenè inſtructus. *ad not. in l ſed ſi vnus. §. procuratorem. ff. de iniur. & pulchre Bald. in d. capitul. dilectus. in princip. verſicul. dic quod ad agendum*. Accedebat prædictis, quod à die, quo notitiam habuerat procurator de lite mouenda, ex quo comparuit, & fuerat datus curator, & pleniſſimam cognitionem habuit de petitione D. Comitiſſæ, ex libello ad eius inſtantiam præſentato, contra dictum procuratorem, iam erat elapſus annus, infra quem potuerat pluries ſcribere D. Antoniettæ conſultatorias literas, & ab ea totidem reſponſiones, & informationis recipere epiſtolas, ex quibus potuerat pleniſſime inſtrui, quatenus opus fuiſſet, de eius iuribus, cum tamen ſufficiat ſemel huiuſmodi dilationem habuiſſe. *ex. d. §.*
12 *ſpacium*; & tamen clarum eſt in iure, q̃ quando aliquod temporis ſpacium eſt decurſum, præſumitur procurator in-
13 timaſſe, & certioraſſe, & cum domino conſuluiſſe de negotio, quod agebatur, præcipuè quando eſt alicuius momenti, & conſiderationis, vt erat in caſu de quo agebatur, in quo tractatur de redditu ſcutorum trium mille quolibet anno, & de toto eo quod d. Antonia poterat prætendere in hoc Regno. *ad text. in l. ſi quis forte. circa medium. ibi: nec enim debebat magnam rem tamdiu retinere. ff. de pœn. Roma. conſ. 481. numer. 7. Lancellot. de attenta. 1. par. numer. 87. tom. 5. fol. 201 colum. 4. vbi addit Lap. & alios in capit. gratia. de reſcrip. in 6. Innoc. in capit. ex parte decani. extra de reſcriptis. & Egid. Bellam. deciſ. 551.* vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum, *ſequitur Menoch. præſump. 23. ſub numer. 45. lib. 6.* præſertim quia in facto apparebant quædam literæ commendatitiæ per eam procuratori tranſmiſſæ ad Excellentiſſ. Proregem, & ex aduerſo fuerant præſentatæ in proceſſu, in tantum, quod ſi pro ſui tuitione conſtituens procurauerat d. literas commendatitias, abſq; dubio cẽſendũ erat

H d. ad-

Digitized by Google

d.aduerſariam pleniſſime inſtruxiſſe, quatenus opus fuiſſet dictum eius procuratorem, ac aduocatos, quos detinebat cum ſalario pro dicto negotio; Item in eodem proceſſu oſtendebantur literæ receptæ à fratre d.Antoniettæ Neapoli degente, & inſtructiſſimo de meritis,qui ibi agebat ex eiſdem iuribus vigore dictæ tranſactionis pro conſequenda medietate aliorum trium mille ſcutorum redditus annui aſſignatorum D. Comitiſſæ in illo Regno, & ſufficeret non ſolum conſule-
14 re dominos, ſed amicos domini, præſertim quando melius ſunt informati. *ad not. in l.2.ff.ex quib. cauſ. in poſſeſ.eat.& tradit Bald. in d. cap. dilectus. ſub num. 1. in fin.* quanto magis fratrem inſtructum. Nec obſtabat *Deciſ. Rot. Roman. nouiſſima 135. part. 3. libr. 2.* in qua dicebatur,
15 quod licet de facto procurator habuerit dilationem ad conſulendum principalem, quia iam fere fuerat elapſus annus, tamen fuit viſum Dominis de Rota iudicare, dandas eſſe procuratori dilationes ad partes, quia caſus ille diuerſus erat ab iſto, de quo agebatur, ibi enim infra annum nunquam tractatum fuerat de negotio principali, ſed pars ſemper inſteterat ſuper executione rei iudicatæ, & de nouo inceperat procedere ſuper negotio principali,in tantum quod fuit viſum Dominis, quod procurator potuit veriſimiliter prætermiſiſſe conſulere principalem, & proinde iudicauit dandas eſſe dilationes ad partes, vt vtar eius formalibus verbis. Caſus iſte non ita ſe habebat,nam à principio anni ſemper tractatum fuerat de negotio principali, & procurator notitiam habuerat de meritis cauſæ ex præſentatione libelli, quo in caſu vtique Rota non conceſſiſſet dilationem, quia tunc veriſimiliter procurator potuiſſet conſulere principalem; Dicebatur vlterius quod in iſta cauſa punctus erat iuridicus,nec indigebat extrinſeca probatione, vt ex facie capitulorum matrimonialium oſtendebatur, & propterea Conſiſtorium in his denegauit terminum, in menſe Decembris; de anno 1606. confirmando prouiſionẽ factam per M.C.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa quoquomodo tangens feudum, eſt feudalis. amplia ſi agatur actione perſonali ad feudum. num. 2.*

3 *Cauſæ omnes ſuper feudis ſunt feudales in Regno.*

4 *Cauſa pacti de retrouendendo feudum, eſt feudalis.*

5 *Cauſæ feudales pacti de retrouendendo non extrahuntur à Regno, via recognoſcendi.*

6 *Doctori teſtanti de conſuetudine credendum eſt.*

7 *Conſt. Regni declarantur à diſpoſitione iuris communis.*

8 *Cauſa feudalis dicitur, vbi eſt determinanda ex iure feudali.*

9 *Feudum vbi veniat reſtituendum ex pacto, non habente ortum à legibus feudi, non facit cauſam feudalem.*

10 *Feudum vbi non venit deductum, vt feudum, cauſa non dicitur feudalis.*

11 *Cauſa hypothecaria pro dotis reſtitutione ſuper feudo, eſt feudalis, ratio num. 12. & 14.*

13 *Feudalis dicitur cauſa, vbi agitur an ſubiugatio afficiat feudum.*

15 *Cauſa dicitur feudalis vbi fit mentio feudi ad fundandam, coadiuuandam, vel repellendam intentionem.*

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Cauſa feudalis an dici poſſit, ſi agatur actione
perſonali ex aliqua conuentione ad feu-
dum, & quid in actione hypothecaria.

DECISIO CXVII.

REgulariter quoquomodo cauſa
1 tangens feudum, eſt feudalis. *vt di-*
xit Petr. de Gregor. (proauus meus) in tract.
de iu lic. cauſal. feudal. quæſt. 5. & dixi in de-
ciſ. 83. Milan. deciſ. 6. num. 55. & ſeq. part. 1.
& Bongior. quem ipſe refert, in quibuſ-
dam eius allegationibus in cauſa Flo-
ridæ, ampliat, etiamſi agatur princi-
2 paliter ad feudum actione perſonali,
vigore alicuius conuentionis, ſeu con-
tractus, quia in Regno non attendun-
tur ambages, & diſcuſſiones de iure
communi traditæ à Doct. *ſed ex conſtit.*
Regni, & præciſe *conſtit. Baiuli locorum.*
per quam cauſæ omnes ſiue reales, ſi-
3 ue perſonales ſuper feudis, & rebus
feudalibus ſunt feudales, quia huiuſ-
modi cauſæ ſunt excluſæ à cognitio-
ne locorum Baiuli, & ſunt reſeruatæ
Magiſtro Iuſtitiario, vt etiam hoc no-
tat *Afflict. in d. conſtit. num. 7.* in cuius lo-
cum fuit ſubrogata M.R.C. ſede ple-
na, vt alias dicebam, & ita quotidie
ſeruari teſtantur *Milan. & Bongior.* ad-
ducentes ad hoc exemplum, quando
agitur vigore pacti de retrouendendo
ad feudum, quia indiſtincte ſiue aga-
tur actione perſonali, ſiue reali, cauſa
4 eſt feudalis, ex generalitate d. conſtit.
vt teſtatur idem *Petr. de Gregor. in d. tract.*
q. 4. & in alio tract. de dot. de parag. quæſt.
37. in tantum, *quod per c. Regni Caroli. 214.*
fuit expreſſe cautum, cauſas iſtas non
tranſmitti via recognoſcendi, prout in
5 cæteris cauſis feudalibus, eſt diſpoſi-
tum, & prædictis Doct. teſtantibus de
6 hac obſeruantia ſtandum eſt. *Gab. concl.*
4. de probat. Maſcard. concluſ. 426. & 528.
Caualc. deciſ. 13. num. 95. lib. 3.

Sed ex aduerſo dictum fuit conſtit.
7 prædictas interpretationem capere à
diſpoſitione iuris communis, & ſic à
text. in cap. cæterum. de iudic. vbi Doct. omnes
diſtinguunt, quod ita demum cauſa di-
8 catur feudalis, ſi illa veniat determi-
nanda ex legibus feudalibus, in cæte-
ris vero procedatur, prout in allodia-
libus; & ideo in caſu de quo agebatur,
cum facta fuerit petitio ad proban-
dam quandam conuentionem circa
feudum, & non agatur ex ll. feudalibus,
vtique cauſa dici non poterat feudalis,
& quatenus in executione eiuſdem ve-
niat reſtituenda poſſeſſio feudi, hoc
9 tamen procedebat actione ex pacto
ſtipulato cum poſſeſſore feudi, non ha-
bente ortum à lege, ſeu natura feudi.
Imol. in cap. cæterum. num. 7. de iudic. Butr.
ibidem nu. 9. Abb. Hoſtie. & alij, & eſt com-
munis opinio, *vt refert Anchar. ibid.* licet
enim agatur actione perſonali ad feu-
dum, attamen quia feudum non venit
10 deductum vt feudum, ſed vt quælibet
res allodialis, cauſa non dicitur feuda-
lis. *Anch. conſil. 79. Iaſ. conſ. 60. Par. de Put. in*
tract. de reintegr. feud. num. 42. fol. 100. Doct.
Siculi in c. volentes, quos refert Milan. deciſ. 6.
part. 1. num. 25. tunc enim non agitur de
præiudicio domini, prout eſſet in peti-
tione feudi, vigore pacti de retrouen-
dendo, & ita intelligenda eſt illa gene-
ralis concluſio poſita *per Pet. de Greg. in d.*
q. 5. & Conſt. Regn. vt procedat, quando alter-
catio eſt de feudo, & ex ll. feudalib. decidi

Digitized by Google

debeat, ſecus autem ſi circa aliquam a-
ctionem verſetur, nam ſi aliter diceре-
tur, non daretur caſus in quo cauſa
non eſſet feudalis, vt rectè tradit *Bald. in
cap. imperialem. §. præterea ſi inter duos. de
prohib. feud. alien. per Feder. & in cap. 1. § ſi.
qua controuerſia: de pac. Coſtant. Fel. in d. cap.
cæterum. Petr. de Gregor. quæſt. 1. & 16. de iu-
dic. cauſ. & d. quæſt. 37. de dot. de parag. Cum.
ſuper Rit. cap 76. num. 51.* & ita receptum
fuiſſe in Regno teſtatur *D. Octau. Corſet.
allegat. 13. vol 8.* Et ſecundum prædicta
fuit per binas ſententias determina-
tum, & pluries deciſum in alijs cauſis.

Licet ſecus ſi quando agatur actio-
11 ne hypotecaria ſuper feudo pro dotis
reſtitutione contra poſſeſſorem, qui
non contraxit, quia tunc cauſa dicitur
feudalis, *ſecundum Milan. in deciſ. 6. lib. 1.
per totam*, qui teſtatur ita iudicaſſe in
Conſiſtorio de anno 1586. & ita iudi-
cauit Conſiſtorium pro Barone Ra-
duſę contra D. Antoniam Ramundet-
tam; & fuit per nos confirmata ſenten-
tia de menſe Auguſti 1609. in iudicio
reclamationis; & ita pariter fuerat a-
lias iudicatum pro Barone Bucherij
contra Don Vincentium Naſellis, &
in Regno practicatur, quia tunc licet
agatur ex contractu, tamen ſi ille exci-
pit de feudalibus ll. quod ſcilicet ſit ex
pacto, & prouidentia cum ſimil. iſto
caſu cauſa dicitur feudalis, & ratio eſt,
quia hypothecaria auocatur feudum,
12 & ea tribuit ius poſſeſſionis, ſeu facul-
tatem apprehendendæ, retinendæ &
petendæ poſſeſſionis, quod non eſt in
actione perſonali. ſecundum eundem
Milan. in d. deciſ. 6. num. 30. cum ſeq. & idem
13 practicatur, vbi agitur, quod ſubiuga-
14 tio non afficiat feudum, nam ex quo
Baro excipit de forma ſtricta ipſius
feudi, cauſa dicitur feudalis ſecundum
*Bal in d. § ſi qua controuerſia. num. 2. Petr. de
Greg. d. quæſt. 1. de iudic. cauſ. feudal.* Schra-
der. *de feud par. 10. ſect. 1. num. 68. 74. & 123.*
qui dicunt cauſam eſſe feudalem, vbi
fit mentio feudi ad fundandam, coad-
iuuandam, vel repellendam intentio-
nem.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecaria datur contra tertium poſſeſſo-
rem, tàm pro tacita, quam pro expreſſa
hypotheca.*
2 *Ius luendi eſt pars rei.*
3 *Iudicium incertum, & de futuro non valet.
ratio num. 4 intellige nu. 14. 17. 21. 26.
27. & 28.*
5 *Fideicommiſſarius ante diem an poſſit a-
gere contra grauatum. contra num. 29.
amplia num 30.*
6 *Agens iudicio hypothecario probare debet bo-
na fuiſſe in bonis debitoris, intellige
num 31.*
7 *Excuſſio requiritur, antequam agatur iu-
dicio hypothecario, & nu. 10. amplia n 8.
limita num 9 & 34*
11 *Excuſſio fit in eodem proceſſu ex praxi M. C.
amplia num. 12.*
13 *Text. in l. non quemadmodum. ff. de iudic.
declaratur. & num. 21. & 36.*
15 *Futuri temporis tractus non ſpectant ad Iu-
dicem, & quando.*
16 *Creditor ſub conditione poteſt petere, quod
Iudex condemnet ſub eadem conditio-
ne.*
18 *Exequutio an incontinenti fiat, quando fit
condemnatio contra non cauentem ad
intereſſe.*
19 *Hypotheca comprehendit futura.*
20 *Pecunia exigenda à debitoribus dicitur hy-
pothecata*
22 *Reluitio de facili ſperatur, vbi res fuit ven-
dita cum pacto de retrouendendo, am-
plia num. 23. 24. & 25.*

31 *Spei*

31 *Spes conſiderabilis attenditur.*
32 *Spes exigendi laudemium, quando fieret alienatio, dicitur in bonis.*
33 *Bona futura veniunt in obligatione omnium bonorum facta in contractu.*
35 *Excuſſio non requiritur vbi agatur contra nomen debitoris.*

ARGVMENTVM.

Ius competens de futuro, an poſſit deduci in iudicium.

DECISIO CXVIII.

ILluſtris Don Octauius de Aragonia vti creditor hypothecarius bonorum, quondam Ioannis Bap iſtæ Couello, & conſilium petijt in M.R.C. ſibi declarari hypothecatum ius luendi, ſeu vnc. 4000. depoſitandas per Ill. Comitem Sancti Marci pro recuperatione Terræ Muti ab Illuſtr. Comite Racudiæ habenti ius, & cauſam ab il-
1 lis de Couello, vti de bonis illorum, *ad not. per Bart. in l. 3. in repet. C. de pign. 4. quæſt. principa. verſic. ſed contra prædicta poſſet quis inſtare. Fan. de pignor. 4. membr. 2. par. num. 132. per totum.* & ius luendi habetur pro re, quia actionem habens,
2 rem ipſam habere videtur, *l. qui actionem ff. de regul. iur. l. fundi partem ff. de contrah. emptio. Tiraquell. de retract. conuentio. in præfat. num. 70. Camet. in cap. volentes. fol. 111. Fab. de Anna conſil. 4. num. 75. D. de Pont. conſ. 79.*

Sed ex aduerſo dictum fuit, quod
3 hoc iudicium vti incertum, & ſuper iure de futuro ſubſiſtere non poterat. *ad text. expreſſum in l. non quemadmodum. ff. de iudic. & faciunt text. in l. litigatores. §. fin. ff. de vſur. l. anterius ait. §. in hoc iudicio. ff. de aqu. plu. arcen. Alex. conſ. 93. n. 2. lib. 1. Cagnol. in l. lecta. nu. 164. ff. ſi cert. peta. Bertaz. conſ. 107. nu. 11.* & hanc opinionem eſſe communem, & veriorem teſtatur *Pinel. in l. 1. in 3. par. num. 78. C. de bon. mater.* qui ita dicit fuiſſe deciſum in arduiſſima cauſa. *Roder. Suar. allegat. 3. n. 4 Gomez. in l 40. Tauri. num. 79. Ferdin Vaſq. de ſucceſ. creat. §. 6. nu. 46. Padil. in l. 1. num 31. C. de fideicom.* vbi etiam ita refert fuiſſe deciſum *Marzar. de fideicom. in 3. part. q. 61. Molin. de primog. lib. 3. c. 14. n. 10. 13. & 17. Peregr. de fideic. art. 41. num. 3. cum ſeq. Rauden. conſ. 29. nu. 5. & 6. lib. 2. Pereg. conſ. 4. n. 63.* & hoc eſt, ne iudicium eluſorium reddatur, maxime
4 quando dependeret à futuro euentu, & ex voluntate alterius, vt hic, quia dependebat ex voluntate Comitis Sancti Marci, ſi faciet, vel non faciet depoſitum, remittendo, vel aliter donando ius luendi dicto Comiti Raccudię conuento, & poterat eſſe, & abeſſe, quo caſu incertum dicebatur: *l. 1. C. de bonor. poſſeſ. ſecund. tabul.* & ex diſpoſitione iſtius *l. non quemadmodum* deciditur illa quæſtio, an fideicommiſſarius ante di-
5 em contra grauatum agere poſſit, & quia prætenſio fideicommiſſarij ſtat ſub futuro euentu, deciditur, quod non poſſit, vt per *Marzar. de fideicomm. d. par. 3. quæſt. 61.* qui plures allegando de communi teſtatur, *Gomez. in d. l. 40. Tauri. num. 78. Pinell. in d. l. 1. part. 3. numero 78. Didac. à Spino in Speculi. teſtament. gloſ. 19. num. 66. Peregr. de fideicomm. d. articul 41. num. 4. verſic. attamen quod in his. Molin. de primogen. Hiſp. lib. 3 d. cap. 14. num. 18 & alij*
6 *ſupra relati.* Item dicebatur, quod in hoc iudicio hypothecario Don Octauius non probauerat rem, quam prætendebat ſibi hypothecatam fuiſſe in bonis ſui debitoris, cum illa diſtinctio-

Digitized by Google

ne, de quã *per tex. in l. 1. ff. de pignor. & tex. in l. ea quæ nondum. §. quod dicitur. ff. eod.*

7 Nec etiam facta fuerat diſcuſſio de omnibus obligatis in contractu ſubiugatorio *iuxta tex. auth. hoc ſi debitor. C. de pign. quæ* neceſſaria eſt, etiam in cauſa

8 ſummaria, & vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta, reſpectu intereſſe tertij, licet dicatur remiſſa reſpectu

9 p̄poſterationis & ordinis, in iſto enim caſu dicitur iſta exceptio de apicibus iuris, & ideo remiſſa *Fan. de pignor. par. 8. memb. 1. n. 31. Ceſ. conſ. 86. n. 16. Becc. conſ. 89. n. 20. & ſeq.* vbi de communi opinione teſtatur, & ideo quandō opponitur in

10 vim peremptoriæ debet admitti in cauſa ſummaria. *Calcan. conſ. 29. Crauett. conſ. 263. Natt. conſ. 521. poſt concluſ. 41. lib. 1. limit. 92.* & propterea inoleuit praxis

11 in M. C. quod excuſſio fiat in eodem proceſſu. *Theſau. deciſ. 175. & deciſ. 52. Peruſ. deciſ. 45. Magon. deciſ. 65. Rot. Roma. deciſ. 34. num. 11. par. 2. Manſuer. ad Papie. in form libel. in actio. hypotec. in capitul. exceptionem. Marc. Ant. Euge. conſ. 86. n. 22. Caroc. de excuſſi. quæſt. 31. num. 6. in 2. par. & di-*

12 *xi in deciſ. 109.* etiam contra nomen debitoris *Valentin. Franch. in tract. de fideiuſ. cap. 5. n. 262. Fab. de Ann. conſ. 85. num. 23. & 4. vol. 1.*

His non obſtantibus M. C. iudicauit contrarium, & introducto proceſſu ad Conſiſtorium, facta matura diſcuſſione fuit idem determinatum,

13 quia *tex. ille. in d. l. non quemadmodum.* procedit, quando omnia ſunt de futuro, vt declarat *gloſ. 1. ibi,* vbi dicit, quod in caſu illius tex. debitum, ſeu actio non erat in diem, neque pure, neque conditionaliter, ſecus eſt, vt dixit gloſſ. ſequens, vbi præſens eſſet obligatio, præſens actio, præſens ſententia, ſi tantum

14 differretur exequutio, vt in caſu de quo agebatur, nam obligatio illius de Couello, & hypotheca ſub eius bonis præſentibus, & futuris erat de præſenti, præſens etiam erat actio, & præſens poterat eſſe ſententia, tantum differebatur exequutio, quando pecuniæ per Comitem Sancti Marci deponerentur, quo caſu non procedit d. l. diſpoſitio, prout etiam dixit *Alber. in tex. allegat.*

15 & omnia iura dicentia, quod tractus futuri temporis non ſpectant ad Iudicem, procedunt, niſi tale ius dependeret ab eo quod eſſet de præſenti. *ad tex. ſingularem in l. 1. C. de ſenten. quæ ſine certa quantit. & magiſtraliter Bar. hanc materiam declarauit, in l. 1. C. de pact. numero 4. vbi Rip. num. 20. Pedem. deciſ. 130. Aret. conſ. 70. col. 3. verſ. ſed dicendum eſt vnum verbum. Decian. conſ. 3. n. 124. lib. 1. & conſ. 17. n. 42. & ſeq. lib. 2. Ceſ. conſ. 520. n. 72. & ſeq. Emilia. conſ. 132. num. 24. Menoch. conſ. 38. n. 63. Surd. conſ. 167. num. 21. & conſ. 398. num. 23. optime Molin. de primoge. lib. 3. c. 14. num. 18. hinc dixit tex. in l. in lege aquilia. 40. ff. ad l. aquil. quem exclamat. Rode. Suar. allegat. 4. nu. 4.*

16 quod ſi deleuiſti mihi chirographum, in quo continebatur, quod Titius debebat mihi centum ſub conditione, ſi nauis ex Aſia venerit, quod poſſum petere te condemnari ſub eadem conditione, & dixit gloſ. ibi reſpondendo obiectioni quod iudicium non fit de futuro, quod poteſt eſſe, quando non exiſtat conditio, quia in caſu illius l. præſens erat damnum, & præſens erat actio, licet dependeat ab euentu, ſi nauis ex Aſia venerit, iſto enim in ca-

ſu tol-

Digitized by Google

ſu tolleratur iudicium de futuro, tanto
17 magis, quia vt dixit *Roder. Suar. in d. alleg. 4. n. 4.* nullum affert incõueniens, cum declaretur tãtummodo aliquid de futuro. *Pedem. d. deciſ. 130. numero 15. Beno Bar. in l. ex empto 11. de actio emt.* vbi ponit, & decidit caſum difficiliorem, dicit enim ipſe, pone quod vendidiſti mihi
18 rem, dando fideiuſſorem, iſta res valet decem pluſquam non do, poſſum petere iſtud damnum, & iſtam extimationem, quæ eſt de præſenti, & de illis decem fit extimatio, & ſi volo condemnationem fieri in toto eo, in quo damnificare poſſem in futurum, tunc fit condemnatio, ſed tantum differtur exequutio in caſu, quo venerit damnum, & mouetur *Bar. per tex. in d. l. aquilia; quem allegat. Alex. in apoſtil. ad Bar. in l. diuortio. §. neque. numero 9. ff. ſolut. matrim.* & iſtam doctrinam ſequitur etiam. *Pe-*
19 *dem. in deciſ. 24. numero 11.* eo magis, cum natura hypothecæ ſoleat comprehendere futura, & in ſpecie, quod pecunia
20 exigenda ex nominibus debitorum dicatur hypotheca a dixit *Rimi. Iun post Alexan. & alios conſ. 577. num. 4. & 5. lib. 5.* & iſto caſu quando agitur propter aliquod factum de præſenti, occaſione
21 ſpei conditionalis, procedit Iudicium, *Marcabr. conſ. 66. numero 289.* vbi *allegat multa iura.* Amplius *dict. l. non quemad-*
21 *modum.* non procedit, ſi eſſet ſpes probabilis, quod aliquid erit de futuro ad effectum, vt iudicium ſubſiſtere poſſit, quia licet reſpectu rei dicatur ius futurum, tamen reſpectu ſpei dicitur præſens, ita poſt alios limitat d. tex. *Ceſa. conſ. 381. numer. 6. & 36. lib. 3.* & ratione huiuſmodi ſpei procedere poterat iudicium, maxime in caſu iſto, in quo nedum ſpes ipſa probabilis erat, ſed etiam lex omnino præſumit faciendum
22 eſſe huiuſmodi depoſitum, quia Comes Sancti Marci vendidit Terram cum pacto de retrouendendo. *Vincent. de Franch. deciſ. 233. nu. 5.* Item tractabatur de Terra cum vaſallis, quæ fuerat ante-
23 ceſſorum dicti Comitis. *Maſcar. poſt ali-*
24 *os conclu. 1250. num. 56.* Item quia vendita viliori pretio, quam valebat, *Maſcard. d. concluſ. num. 58.* Item, quia modernus
25 Comes erat effectus diues, quo caſu præſumitur depoſitum faciendum eſſe; imo Doct. idem dicunt etiam, quod non poſſet redimere ſine aliqua difficultate, vt poſt alios dixit *Mont. deciſ. 1. numer. 45. Marcabru. conſ. 29. numer. 128.* Et contraria videbantur eſſe ſatis diuerſa à caſu propoſito, vt ſupra deductum eſt. Nec obſtabat quod iudicium prædictum fundari videbatur à facto alte-
26 rius, quo caſu omnino incertum dicebatur, quia ad iſtam difficultatem reſpondet Doctrina Bart. ſi recte conſideretur in *d. §. ex empto. num. 5.* Item non
27 procedit, cum aliquid habeatur de præſenti, vt hic ex hypotheca bonorum omnium præſentium, & futurorum. *Bar. in d. l. 1. C. de ſenten. qua ſine cert. quanti.* & demum nulla conſtituitur differentia, vtrum res pendeat à caſu,
28 vel ex facto alterius, niſi quod vna ſpes magis valeat, quam alia. *Gabri. conſil. 168. numero 81. lib. 1.* Nec concluſio illa ex aduerſo tradita de fideicommiſſario, agente viuo, granato ita de facili procedebat, quia multi graues Doct. con-
29 trarium tenuerunt, ſicuti ſcripſit *Roder. Suar. d. allegat. 4. quem ſequitur Co-*

nea-

Digitized by Google

uar. varia. reſol.lib.1.cap.18 Simancas, de primoge.Hiſp.lib. 1. cap.28.vbi quod ita ſæpe fuit iudicatum. Caualc. de vſufr. num. 194. Pedemon.d.deciſ.230. à Petr. de fideicom.quæſt.10. Peregri.art. 4. num. 5. vbi ponet caſus in quibus agi poteſt, *Ceſ.conſ.112. num. 52. lib.1. & 381 .lib. 3. latè Viui. deciſ.403. num. 6.& 7.Meres.de maior.par. 2. num.69.Auendagn.l.40.Tauri glo. 1.num.35.& 39 Didac. Peres lib.1.ordina.tit. 2.lib.1.* quod indubi-
30 tanter admittunt omnes, quando præſens aliqua datur cauſa, vt *Garſ.de Nobilit.gloſ.47. num.16.* & ita in Regno fuit alias iudicatum per tres ſententias conformes pro Gulielmo Pugiades qui fuit declaratus legitimus ſucceſſor in quibuſdam feudis excluſis fœminis; &ideo plura eſſent dicenda ſuper hoc. quæ pro nunc non firmo, & ſufficiebat pro modo oſtendere, quod opinio ſit diſputabilis, & multum ardua *vt dixit Molin.in loco citato in prin.*

Minus obſtabat quod dicta pecunia nunquam fuerat in poſſeſſione ipſius de Cuuello, & ſic non poterat dici hypotheca, nec contra tertiū poſſet
31 agi hypothecaria, nā reſpondebatur, quod cum ille de Cuuello ſoluerit d. vnc.4000. cum quibus, & aliis emerat Terram Mitti ſub pacto de retrouendendo, quia ſperabatur d. pecunias reuerti ad ipſum de Cuuello adueniente depoſito, de dictis pecuniis habetur conſideratio, & augetur eius Patrimonium, & ſit hodie in poſſeſſione Comitis, *vt notab.dixit in ſimili Caſtr. in l.ſtatu.liber.ff.ad l.falcid. & ſequitur Dec. conſ.7. nu.42.& ſeq.lib.2.* faciebat etiam, quod in bonis dicitur ius percipiendi laude-
32 mium, quandocunq; caſus occurrat, non obſtante, quod præſentialiter non debeatur, quia ſpes eſt deberi, quandocumq; contingat alienationem fieri, vt voluit *Oldrad.conſ.24.* Item quia in obligatione bonorum facta in
33 contractu ſubiugatorio, veniunt etiam futura, vt in terminis dixit *Hippol. Rim. in conſ.567.numer. 4. & 5.* optime etiam *Caualcan.deciſ.25.nu.9. lib. 4.* nec aliquod operari videbatur, quod non facta fue-
34 rat diſcuſſio contra alios, quia notorium erat, & per plures teſtes conſtabat in proceſſu, quod tam ille Ioannes Baptiſta Cuuello, qui in carceribus mortuus fuerat, quam alii obligati, nihil reliquerant in mundo. *adnot.per Bar. Iaſ. & alios in l. decem. ff. de verbo. obligat. Ang. in §.ſi quis in fraudem. inſti. de action. Ceſ.conſ.89. Rol.conſ.9. lib.1. Ioſeph. Ludouic. d.deciſ.45.* Nec in caſu iſto in quo agebatur de nomine debitoris obligati requirebatur excuſſio, *vt dixit Bar. in l.*
35 *nomen.C.quæ res pign. oblig.poſſ.* quem ſequutus fuit ibi Ang. quam opinionem eſſe magis communem refert *Angel. Aret.in §.item ſeruiana.inſti.de actio. Neguſ. de pignor.8.memb.1.n.19.*

Accedebat prædictis maxima æquitas pro Don Octauio, quia ſi non fieret præſens iudicium, pecunia depoſitanda per Illuſt. Comitem conſumeretur, atq; extingueretur hypotheca,
36 nec poſſet a ſecundo creditore auocari, & creditor amitteret ius ſuum maxime hic, quod agebatur de ſcutis decē mille, *vt eſt caſus expreſſus in d.l.in lege aquilia:ſi de letuū 40.ff ad l.aquiliā.& l.Imperator.ff.ad Treb.* quod notandū eſſe ait pro limitatione *text. d.l. non quemadmodum.Peregr.de fideicomm.d.art.41.num.5.*

SVMMA-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi competit creditori hypothecario.*
2 *Creditor petens ius offerendi tenetur depoſitare pretium cum intereſſe.*
3 *Creditor ſecundus tenetur offerre primo creditori pecuniam ſolutam, & vſuras medij temporis, intellige num. 10. contra n.20.*
4 *Creditor in remedio iuris offerendi tenetur depoſitare pecunias anteriores.*
5 *Lex velocius operatur, quam homo.*
6 *Venditor poteſt retinere rem venditam pro conſequendo pretio, intellige.nu. 7. contra num.15.*
8 *Tex.in l ſingularia ff.ſi cer.pet.declaratur.*
9 *Proteſtatio contraria facto nihil operatur. intellige n.17.*
11 *Anterior in capitali an ſit anterior in interuſurijs. & num.14.*
12 *Actio vnica oritur, etſi ſolutio in ſingulos annos ſit diſtributa, limita num.13.*
16 *Nouatio vbi facta fuerit, an poſſit agi primaeuis actionibus, & quid ſi vnus contractus ſit diuerſus à primo n.18.*
19 *Proteſtatio quando dicatur incompatibilis.*

ARGVMENTVM.

Creditor prætendens ius offerendi, an teneatur depoſitare pretium cum intereſſe, & an anterior in capitali, ſit anterior & in interuſurijs.

DECISIO CXIX.

1 CReditor hypothecarius ratione hypothecæ, lice habeat ius offerendi: *ad text.in l. cum tibi.vbi Sali. in ſummario.C.qui pot.in pig.hab. Bal. conſ.84. poſt nu.5.verſ.nam iſtud ius,lib 3. Crau. conſ.298. col.2.& conſ.840.nu.1.* tamen quando eo
2 vti prætendit, oportet depoſitare pretium,cm intereſſe.*ad tex.in l.1.& l. prior. ff qui potio.in pign.hab.& tex.in l 1.C.ſi antiq.cred. Bald. in l. acceptam. 6. oppoſit.C.de vſu.Alexand.conſ.88.nu.18.col. 6. Milan.deciſ. 12.num. 129. lib.1.Lanar.conſil.29.ſub num.1. poſt Fan.de pign.3.memb.2.p.num. 17. Beret. conſ.149. num. 3. Moroſ.in tracta.de iur.offer. nu 68.& 69.* ideoque dicebat Ill.Comes Raccudiæ conuentus à domino Don Octauio de Aragonia, via iuris offerendi, quod ſibi depoſitari debebant nedum illæ pecuniæ, pro quibus facta fuerat ſubiugatio in computum pretii Terræ Mitti, ſed etiam omnia interu-
3 ſuria ſibi debita, vigore dicti contractus, alias audiri non poterat in dicto remedio, *d.text.in l.1.in fin.l.potior.in prin. l.qui balneum.§.1.ff. qui potior. in pignor.habean.& text.in l.3.ff.de diſtrac.pign.Lanar.d. conſil.29.Vincent.de Franch. deciſ.12. Caroc. de oblat.par. 2. quæſt.11.num. 12. cum ſequ.* Sed aduerſus prædicta duo principaliter opponebantur pro actore, & primo verum eſſe, quod cred tor in re-
4 medio iuris offerendi non teneatur depoſitare, niſi pretium, in quo conuentus erat anterior creditor, *ad tex.in l. quærebatur.ff. qui potior. in pig. habe Neguſ. de pign.par. 5 memb. 3. num. 11. & 30* at in caſu de quo agebatur, ſi reſpicimus capitale reddituum, vtiq; poſterior videbatur, quia ſatis ante facta fuerat ſubiugatio, per Ioannem Baptiſtam Cuuello Donnæ Margaritæ de Aragonia, à qua ius, & cauſam habebat actor, cum obligatione omnium bonorum præſentium, & futurorum, in tantum quod ſtatim atque quod d. de Cuuello emerat Baroniam Mitti, & pro pretio Comiti aliam fecerat ſubiugationem, lex ipſa in inſtanti operabatur effectum hypothecæ, reſpectu ipſius actoris, non obſtante quod ex pa-

Digitized by Google

cto in contrarium fuerit oppoſita, etenim in concurſu cuiuſuis cauſæ, operantibus circa idem, lege, & homine,
5 velocius lex ipſa, quam homo operari ſolet, *vt poſt Inn. tradit Bald. conſil. 354. numero 3. lib. 1. multos ad hoc refert Monter. deciſ. Arag. 2 numero 19.* & licet in eodem contractu, quo fuit tranſlata Baronia in Cuuellum, fuerit facta ſubiugatio pro ipſius pretio, non ideo tamen hoc præiudicare poterat creditori anteriori ipſius de Cuuello, cui ſtatim, & incontinenti in ictu oculi, mediante operatione legis, fuerat ius hypothecæ acquiſitum, vt notanter determinat. *Neguſ. de pignor. 4. memb. 4. par. num. 35. qui allegat Bald. in l. ſi cum eodem, ff. de actio.* & ibi ſubdit, quod illud, quod di-
6 citur de venditore in re vendita qui habet ius quaſi pignoris, propter quod poteſt retinere rem venditam pro conſequendo pretio, *ad text. in l. licet. C. qui pot. in pignor. habe. Guttier. alleg. 4.* lo-
7 cum habere ait ante traditionem rei venditæ factam emptori, niſi aliter à principio pepigiſſet, & quidem in principio actus, non in fine, *ad tex. in l. prima § fin. ff. de rebus eor. Soc. ſen. conſil 75. & 77. lib. 1.* quam opinionem ſequitur *Hipp. Rim. conſil. 577. numero 11. & per totum. Zuccard. conſil. 72. latiſſime firmat Socin. iun. conſil. 10. num. 20. lib. 3. Milan. deciſ. 2. num. 27. lib. 2.*

Secundo opponebatur, quod fa-
8 cta ſolutione pretii dictæ Terræ, per emptionem reddituum, dicitur facta ſolutio quoad primam cauſam, & remanſerat contractus pro ſecunda cauſa, & breui manu, & tunc videtur facta numeratio *ad tex. in l. ſingularia, ff. ſi cert. petat. vbi gloſſ. in verbo perfecta, & ibi Bart. numero 3. Dec. numero 3. Decian. numero 3. & Alciat. numero 4.* & maxime in contractu particulari, & vbi ſe non compatiuntur, nam tunc prima actio quoad effectum perimitur, *vt dixerunt Decian. ibidem numero 6. Alexand. numero 7. Cagnol. numero 29. Bologn. numero 28. & ſequen.* Nec proteſtatio facta inter contrahentes, quod Comes ſemper ſit anterior, aliquid operari videbatur, quia ſecunda obligatio non ſe compatiebatur cum prima, *vt plene per Riminal. iun. conſ. 669. numero 78. lib. 7. Maſcard. concl. 111. numero 23. Surd. conſil. 385. numero 18.* Et tunc
10 ſecundus creditor tenetur offerre debitum cum vſuris primo creditori, quando contractus à principio fuiſſet talis, quod ex eo deberentur vſuræ, quod non erat in caſu iſto, in quo ex conuentione interuſuria prædicta debebantur, & ſic voluntarie, *vt dixit Socin. conſil. 41. numero 19. & ſequ. lib. 4. Neguſant. 1. membr. 5. par. principal. numero 15. Dyn. conſil. 4. numero 10. Rip. in l. priuilegia, numero 41. de priuile. credit.* Sed dictum fuit quod hic non erat tractandum an Comes ſit anterior in capitali, quia ex petitione actoris apparebat oblatio facta de capitali reddituum, ſeu accollatione ipſorum, ad effectum conſequendi Baroniam iure offerendi, quia
11 oblatione facta, ſi Comes eſt anterior in capitali, & erat ſibi oblatum, perneceſſe erit eſſe etiam anteriorem in interuſuriis decurſis ab eodem capitali dependentibus, vt determinat *text. in l. Lucius. ff. qui pot. in pign. habea. Neguſ. de pig. par. 5. in 2. memb. numero 9. & in 1. memb. eiuſdem partis, numero 14. verſicul. & ſicut*

ſicut

Digitized by Google

ſicut. Socin. in d. conſ. 41. lib. 4. Milan. deciſ. 8. numero 380. & ſequen. vbi ita teſtatur receptum eſſe in Regno, contra Cannet. & deciſ. 13. numero 23. & 24. lib. 1. D. Ioan. Franc. de Pont. conſil. 67. numero 12. Honded. conſil. 14. numero 93. libr. 2. Cæſar de Bart. deciſ. 180. & ipſe poſt alios ſequutus fui in additio. ad Pet. de Gregor. de Cenſib. quaſtio. 6. numero 94. tanto magis in contra-
12 ctibus, vbi licet diſtributa ſit ſolutio in ſingulos annos, attamen vnica eſt actio, & eadem hypotheca, quidquid ſit
13 in legatis annuis. gloß. in l. pluribus. §. de hac ſtipulatione. ff. de verb. obligat. quam ſequitur Iaſon in l. ſi Stichum. §. 1. numero 13. ff. eodem titul. & in terminis dixit Bello. conſilio 27. vbi concludit illam partem eſſe præferendam, quæ hypothecam habe-
14 bat anteriorem, etiam reſpectu fructuum maturandorum, poſt hypothecam alterius, Capic. deciſ. 87. Alciat. conſil. 285. & Fan. de pignor. in dict. memb. 1. part. 5. numero 12. nec eſt vera deciſio Neguſant. in dicto quarto memb. par. 4. de priui-
15 legio venditoris in re vendita, nam contrarium, reprobando Neguſan. dixit Vincent. de Franch. deciſio 369. Peruſ. deciſ. 45. Ceph. conſil. 131. numero 2. & 3. Vrſil. ad Affl. deciſ. 306. par. 1. Soc. conſil. 118. lib. 2.

Minus obſtabat ſecundum obiectum textus in l. ſingularia, quia dato, quod fuiſſet inducta aliqua nouatio,
16 attamen ex prima actione agi poterat, quia ſemper conſideratur actus à quo dependet negotium, ita reſpondendo ad huiuſmodi obiectum dixit Milan. dicta deciſio 13. allegans Curt. dicta l. ſingularia, num. 33. & Corneus ibidem numero 15. & non obſtante dicta obiectione ita fuiſſe deciſum refert. Item adeſt pro-
17 teſtatio facta in contractu ſubiugatorio, quæ in hoc nihil operatur, vt optime tradit Bartol. in dicta l. ſingularia. ſub numer. 21. gloß. in l. ſi quis aliam. in verbo priſtina, ff. de ſolutio. & l. eleganter. ff. de pignor. actio. vbi Caſtrenſ. numero 18. dat pro cautela, Bartol. in l. creditor. in princip. C. etiam ob chirograph. pecun. &c. Grat. conſilio 116. numero 8. lib. 1. Vincent. de Franch. deciſio 50. numero ſeptimo, Surd. conſilio 385. numero 20. lib. tertio. Fab. de Anna. conſilio 90. numero octauo, lib. 1. optime Rip. in l priuilegia. ff. de priuileg. cred. Turret. conſil. 41. numero 12. nec obſtabat, quod erat diuerſus à primo, quia ſtante illa reſeruatione, non erat inducta nouatio,
18 neque receſſum à priuilegio prælationis, ita Grat. d. conſil. 116. numero. 8. Bott. conſil. 21. numero 15. Nec talis proteſtatio
19 incompatibilis dici poterat, vt pro pretio, & capitali ſubiugationis, eius interuſuriorum remaneant iura, & priuilegia antiqua pro cautela ſubiugatarii, vt dixit Milan. d. deciſ. 13. numero 21. lib. 1. Fab. de Anna d. conſ. 90. n. 8. & de hoc in Regno amplius non diſputatur.

Poſtremo reſpondebatur ad id quod dictum fuit, ſecundum credito-
20 rem non teneri offerre vſuras debitas ex conuentione, nam in contrarium eſt veritas ex Fan. de pigno. par. 5. memb. 1. num. 15. verſi. non obſtat, Rip. in d. l. priuilegia, num. 41. ff. de priuileg. cred. vbi reprobant Soc. in d. conſil. 41. quos etiam ſequuti ſunt Aſin. de exequ. ſent. §. 7. capit. 32. circa fin. Vincen. de Franc. deciſ. 374. n. 5. Burſat. conſ. 32. & conſ. 103. n. 10. Dec. conſ. 75. vol. 4. Et propterea Conſiſtoriũ iudicauit admittendum eſſe actorem ad ius offerendi, ſolutis prius interuſuriis,

confirmando ſententiam M.R.C. de anno 1607.

SVMMARIVM.

1 *Actio crediti extinguitur per adiudicationem factam per creditorem de bonis debitoris.*

2 *Creditor quando ex adiudicatione dicatur dominus reuocabilis.*

3 *Actio non dicitur extincta per adiudicationem.*

4 *Tex in l.ſi quis aliam. ff. de ſolutio, declaratur.*

5 *Proteſtatio adiecta in ſecundo decreto, quod creditor non intendit recedere à primæuis actionibus quid operetur.*

6 *Hypotheca extinguitur, ſi non adſit reſeruatio.*

7 *Tex. in l. ex ſextante. ff. de exceptio. rei iudic. declaratur.*

ARGVMENTVM.

An per ſecundum decretum interpoſitum pro parte crediti, extinguatur actio quoad reſiduum.

DECISIO CXX.

CONſiſtorium non ſemel iudicauit, quod ſi creditor immiſſus ſit in poſſeſſionem alicuius rei, ſtante pacto ad diſcurſum pro parte crediti, remanente creditore in reſiduo, vigore ſuorum contractuum, cum proteſta-
1 tione, quod illis ſemper vti poſſit, non extinguatur actio, ſiue hypotheca pro reſiduo debiti, ſuper d. re adiudicata, quia primus creditor dicitur dominus
2 reuocabilis ſtante facultate, quam habet ſecundus creditor offerendi, & recuperandi rem adiudicatam per primum creditorem, *ad text. in l. ſi quis aliam. ff. de ſolut. Neguſan. de pign. 3. memb. 5. par. numero 2. Vincent. de Franch. deciſ. 453.* neque dici poterat extincta per
3 adiudicationem, *ad text. in l. eleganter, ff. de pign. actio.* ſtante proteſtatione apponi ſolita per peritos procuratores Regni in ſecundo decreto, per quam nolunt diſcedere à contractibus, & ideo procedit *glo. in d. l. eleganter, in verbo. fini-*
4 *ta*, vbi conciliando *tex. l. ſi quis aliam*, inquit, quod fuit pignus acceptum, vt non alias diſcederet, niſi eius res fieret, *& Bartol. in dicta l. eleganter.* dicit illam non procedere, ſi perfecte non ſit accipientis, vt ibi notat, & cautelam, &
5 proteſtationem prædictam, ſequitur *Aſin. de exequut. §. 4. capit. 2. Surd. examinando materiam dict. l. eleganter, in deciſ. 266. allegat Bald. in conſil. 123. volum. 1. & Tiraquel. in tract. de retra. conſanguin. §. 1. gloſſ. 7. num. 71.* qui dicunt, quod tunc ex-
6 tinguitur hypotheca, quando pignorum non ſit facta reſeruatio, & idem *Surd. dicta deciſ. 266. num. 6.* reſpondendo
7 ad text. *in l. ex ſextante, in fi. ff. de excep. rei iudic.* dicit, quod ideo hypotheca non extinguitur, quia res pro ſolutione totius debiti non fuit data, & dubium reſidebat, quia videbatur extincta hypotheca per acquiſitionem dominii, quod non eſt, quando adiudicatio facta reperiatur pro parte debiti, quia remanet hypotheca pro reſiduo; & maxime ſtante cautela prædicta, ſecundum *Anto. de Ball. ſuper pragm. de Cenſ. quæſt. 21. Milan. latiſſime deciſ. 9. nu 43. idem Surd. conſ. 145. ſub nu. 20. Fab. de Anna, conſ. 35. nu. 12. & conſ. 97.* vbi multa dicunt in materia. Hæc volui dicere, quia quotidiana, & pluries coram me fuerunt diſcuſſa in ſupremis his Tribunalibus.

SVMMA-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei minoris non vrgente ære alieno, eſt nulla.*
2 *Alienatio rei minoris ſtante vtilitate, an permittatur, & num. 4.*
3 *Minor alienare non poteſt pro faciendo magnum lucrum.*
5 *Emptor res minoris tenetur reſtituere rem cum fructibus.*
6 *Decretum iudicis in alienatione rei minoris nihil operatur.*
7 *Subhaſtationes requiruntur in alienatione rei minoris.*
8 *Prohibitio alienationis facta per teſtatorem, quid operetur.*
9 *Alienatio rei minoris ſtante prohibitione hominis, & legis, non valet, etiam in caſu permiſſo, limita num. 21. contra numero 36.*
10 *Filij poſiti in conditione, quando cenſeantur vocati, & num. 11. & quid concurrentibus coniecturis num. 12. 14. 15. & 16.*
13 *Filij poſiti in conditione, deſcendentes teſtatoris cenſentur vocati.*
17 *Bona minoris, ſtante vtilitate, alienari poſſunt ex conſuetudine Ciuitatis Drepani.*
18 *Conſuetudo poteſt tollere ſolemnitates decreti.*
19 *Annui redditus connumerantur inter immobilia.*
20 *Alienatione prohibita, non cenſetur prohibita permutatio, ſeu ſubrogatio, quando concurrit vtilitas, contra num. 33. 34. & 35.*
22 *Ratificatio facta per minorem ob lapſum quinquennij, habetur pro expreſſa, amplia num. 23. 24. & 25. contra num. 37. 38. & 39.*
26 *Filij poſiti in conditione, ſi ſunt inhabiles ad ſuccedendum, non cenſentur vocati, intellige, num. 42.*
27 *Conſuetudo qualiter probari debeat, & nu. 29 & 30.*
28 *Conſuetudo contra ius commune debet confirmari à Principe.*
31 *Conſuetudo non dicitur probata, quando actus ſunt difformes, amplia num. 32.*
40 *Alimenta debentur ſpurijs, & ad deſcendentes transferuntur, amplia num. 41.*

ARGVMENTVM.

Venditio rei ſtabilis minoris, quando ſit valida, & an filij poſiti in conditione ſint vocati.

DECISIO CXXII.

1 ALienatio de re ſtabili minoris non vrgente ære alieno, nulla eſt ipſo iure, *ad text. in l. & magis, §. ne paßim, & §. æs alienum, ff. de reb. eor. l. ob æs, C. de prædijs. min. D. Camil. Borel. in conſ. 100. nu. 23. Rebuff.*
2 *in tit. de reſtit. gl. 7. art. 2. num. 2.* nec vtilitas iuſta cauſa deueniendi ad huiuſmodi alienationem, cum tantum permittatur id fieri ob æs alienum, & eo vrgente, *ita Capic. deciſ. 113. Surd. dicens de comm. opin. conſ. 115. num. 55. Neuiz. conſ. 83. Natt. conſ. 631. n. 35. & 36. Afflict. deciſ. 87. vbi Vrſil. latè Menoch. de arbitr. iud. qq. caſu 171. Foller. ſuper bullam, verbo, huiuſmodi cenſus,*
3 *num. 40.* vbi dicit, quod minor alienare non poteſt pro habenda pecunia, ex qua multum poſſet lucrari, & hanc eſſe communem opinionem, dixit idem
4 *Surd. deciſ. 278. num. 20. & 23.* poſt alios, quos refert, quia non eſt conſideranda vtilitas in augendo patrimonio, ſed in non diminuendo. & loquitur de fundo, qui nullam aufert vtilitatem, nec damnum, *Maſul. ad Capic. d. deciſ. 113. Rol. conſil. 33. & conſ. 99. lib. 1. de magis communi tradit. Menoch. conſ. 655. num. 9. lib. 7. & conſ. 822. num. 82. cum ſeq. lib. 9. Burſat. conſil. 411. num. 2. lib. 4. latiſsimè Rimin. iun. conſil. 243. num. 33. & conſ. 255. nu. 27. cum ſeq. lib. 3.* vbi
5 ait quod iſto caſu eſt reſtituenda res vnà cum fructibus, *Decian. conſ. 20. num. 51.*

Digitized by Google

& 83.lib.5. Honded.conſil.23.num.46.& ſeq. lib.2. Rauden. de Analog. cap.30.num.118. & conſ.10.lib.1.& in deciſ.30. num.227. Simoncel de decret.inſpect.17.num.124. & ſequent. nec iſto caſu decretum Iudicis aliquid
6 operabatur, ex quo denegatur ei poteſtas in hoc caſu interponendi decretum, *vt latè Capic.vbi ſupr. Surd.d.deciſ. 278. num.20. Rebuff. de reſtit. gloſ. 7. art.2. num.2. Natt. Decia. Raud. & Honded. in locis allegat*. vbi ampliant quando non interuenerunt ſubhaſtationes, vt erat
7 hic. *Dec.conſ.526. Roman.conſil.321. Afflict. deciſ.249 & 393. Decian. d. conſil.20 nu.71. lib.5.* & prædicta tanto fortius procedere videbantur in caſu de quo agebatur, quia concurrebat expreſſa teſtatoris prohibitio, ratione minoris ætatis
8 tis vſque annum vigeſimumquintum, quæ nunquam dicitur præceptum nudum, ſed veſtitur ex cauſa prohibitionis legalis, & quæ tacitè colligitur ratione perſonæ prohibitæ *Bart & Rip. in l. filiusfamilias, §. Diui, numero 36. ff. de leg.1. Bero.conſilio 22. numero 29. lib.2. Mandel. conſilio 57. numero 10. Marzar. de fideicomm.quæſt.44. Becc.conſilio 100 numero 11. à Petr. de fideicomm quæſt.1. num.80. latè Peregr. de fideicomm. articul. 40.* & alij quos refert *Raud. de Analog. d. cap. 30. num.107. & 113.* vbi dicit, quod ſtante concurſu vtriuſque prohibitionis legis, & ho-
9 minis, nec etiam in caſu permiſſo fieri poterat alienatio *ſecundum Doct in d.l filiusfamilias, § Diui Corſett. in ſingul. verbo prohibitio, Bero.d conſilio 22. numero 30. cum ſeq. lib. 2. Raud. poſt multos de Analog. d.c.30. num.108.*

Accedebat prædictis, quod bona alienata erant fideicommiſſo ſubiecta, quia in perpetuum filij poſiti fue-
10 rant in conditione. In qua quæſtione an cenſeantur vocati, licet ſint magis communes opiniones pro, & contra, prout ex parte affirmatiua de magis communi opinione teſtantur *Menoch. conſil.152. num.13. conſil.173 num.49. conſilio 410. & conſil.481. num.1. lib.5. Ceph.conſilio 476. nu.6. lib.4.* de magis communi poſt omnes, *D.Fab. de Ann. conſil.9. num.2. lib.1.* optimè egregius Doct. *Camil. Borel. conſil. 33. num. 32. & ſeq.* vbi pluribus rationibus eam comprobat, *Graſ. §. fideicommiſſum, quæſt.13 Honded. à Petr. & Peregrin. conſilio 65. num.18 lib.1. Paucirol. conſilio 69.*
11 *Laderch. conſilio 150.* Et pro negatiua opinione facit *gloſ. in l. Lucius, ff. de hæred. inſtit.* quæ eſt etiam magis communis, de qua per *Ioſeph. de Ruſtic. in tract. an & quand. liber. in condit. poſit. lib.1. cap.2. par.2. num.80. & ſeq. Capic. deciſ.115. Theſſ. deciſ.96. Peregrin de fideicom. artic.28.* tamen concurrentibus coniecturis, prima opi-
12 nio vnanimiter recepta eſt, vt latè per Doct. omnes in locis præallegatis, & tamen in caſu præſenti concurrebat,
13 quod poſiti in conditione erant deſcendentes teſtatoris, vbi ſufficiunt leues coniecturæ, *Ioſeph. de Ruſtic. ſup. par.2. cap.1. Rimin. iun. conſilio 661. num.24. lib.6. & conſil.739. num.70. lib.7. Rimin. conſil.17. num.16. lib.1. & conſil.149. num 1. & 2. lib.2. Honde. conſil.54. num.8. lib.2. Pute. deciſ.215. Menoch. conſil.394. num.8.* Item quia plures in teſtamento poſiti fuerant in
14 conditione, vt poſt alios affirmauit. *Ruſtic. lib.5. cap.2.* vbi ait, quod ab hac opinione non ſit recedendum. *Honded. d. conſil.54. num 11. Menoch. conſil.549. num.2. lib.6. Bott. conſil.28. num.15.* Item quia teſtator

ſtator progreſſus fuerat ad plures gradus ſubſtitutionis, quo caſu con-
15 cludunt magis communiter Doct. quod tales poſiti in conditione cenſeantur vocati. *Ruſtic. lib. 4. cap. 1. Fab. de Ann. d. conſil 9. num. 7. poſt infinitos. Raud. deciſ. 31. num. 249. Honded. d. conſil. 54. n. 33. Theſſaur. deciſ. 96. D. Borel. d. conſil. 33. num. 39.* Item quia agebatur de particulari. *Ruſtic. d.*
16 *lib. 3. cap. 2. num. 11. Rogg.* (qui loquitur in legato, & fideicommiſſo particulari,) & plures allegat. *conſilio 38. numer. 8. lib. 1. D. Cardin. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. titul. 1. num. 34. Bero. conſilio 110. numero 41. & 42. lib. 2. Decian. conſ. 41. num. 45. & ſeq. lib. 1.*

At ex aduerſo dictum fuit, quod ſtante Conſuetudine Curiarum Ciui-
17 tatis Drepani, bona ſtabilia minorum alienantur, vbi concurreret eorum vtilitas, abſque eo quod vrgeat æs alie-
18 num, & de iure conſuetudo poteſt tollere ſolemnitates decreti. *Simoncell. de decret. lib. 3. titul. 8. inſpe. 5. numero 41. & 43.* & vtilitas erat euidentiſſima, quia agebatur de alienatione cuiuſdam vineæ, quæ valebat vncias decem, & ex pretio fuerant empti redditus vnciarum
19 quindecim, qui inter immobilia connumerantur, *vt dixit ad Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. part. 2. quæſt 6.* & ideo ſucce-
20 debat iuris concluſio, quod prohibita alienatione, non cenſetur prohibita permutatio, vel ſubrogatio; aut conuerſio pretij in alias res vtiliores, & valet ſi non lædatur is, cuius fauore facta ſit prohibitio, poſt multos quos allegat *Honded. d. conſil. 54. lib. 1. Surd. conſ. 462. num. 15. Peregrin. de fideicomm. art. 14. num. 49. & art. 40. num. 32. Rimin. iun. conſ. 147. num. 21. Turret. conſil. 6. num. 6. libro 3. Mandel. conſil 97. num. 13. & ſequent.* & hæc non obſtante duplici prohibitione, ex
21 *Becc. conſil. 110.* quem ſequi ur *Petr. quæſt. 9. de fideicomm. numero 80. Raud. d. conſil 10. numero 16.* Præterea faciebat, quod
22 minor factus maior tacitè ratificauerat alienationem prædictam per lapſum quinquennij, quæ habetur pro expreſſa, *ſecundum Pariſ. conſil. 49 lib. 1. Turret. conſil. 55 numero 20. lib. 2. Menoch. de adipiſcen. poſſ. remed. 15. numero 149. & conſilio 529. & 822. Macabrum. conſilio 51. num. 13. Surd.*
23 *conſilio 28.* maximè ſtante ſcientia plena actus ratificati, quæ tamen in caſu iſto
24 apparebat ex relatione actorum, *Surd.*
25 *conſilio 4.* Item ex receptione cenſuum. *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 21. num. 67. Menoch. d. conſil. 822. num. 73.* & propterea non poterat amplius allegari nullitas contractus.

Poſtremo dictum fuit, quod concluſio illa, quod poſiti in conditione cenſeantur vocati, etſi concurrentibus coniecturis vera ſit, tamen in caſu, de quo agebatur, locum habere
26 minime poterat, vbi filij erant inhabiles ad ſuccedendum abinteſtato, ſaltem in potentia, licet non in actu, *ita latiſſimè Ruſtic. dict. libro 3. capit. 4. numero quinto, & per totum. Rimin. iun. conſilio 42. volum. 1.*

His diſcuſſis, Conſiſtorium declarauit nullam alienationem, confirmando ſententiam M. C. de menſe Maij 1608. pro Laurentio Stalti, contra Franciſcum de Aleonora. & ad contraria dicebatur, quod conſuetudo
27 allegata erat probata per teſtes non ſpecificantes actus, in quibus fuerat id

id ſeruatum, prout de iure requirebatur, *Hoſt. in Summa, de conſuetudine, verſic. quid & per quot teſtes, Cyn. & Bartol. in l. 2. C. quæ ſit lon. conſuet. quæſt. 26. Alex. conſil. 7. num. 1. lib. 1. Corn. conſ. 221. volum. 1. Oldrad. conſ. 254. Crauett. conſil. 134. Moroſ. conſil. 90. num. 6. & 7.* vbi ait, quod non ſufficit probare, & deponere ita eſſe conſuetudinem; Item cum ſit contra ius
28 commune, debebat induci à populo habente poteſtatem legis condendæ, aliàs opus eſſet quòd à Principe confirmaretur, *vt voluit Pern. in 4. notab. in fin. & conſil. 150. Bartol. in l. omnes populi, col. 2. ff. de iuſt. & iur. Bero. conſil 28. num 31. & 50.*
29 *lib. 3.* Item quando eſt contra ius debet ſaltem probari per annos 40. *vt per Alexand. conſil 68 num. 12. & 13. lib. 2. Peregr. conſil. 102. num. 13. Moroſ. latè d. conſ. 90. n. 12.*
30 & iſto caſu requiritur ſcientia Principis, eaq; debet probari. *Tob. Non. conſ 11. Oldrad. conſil 172. Crauett. conſil. 96 num. 6. D. Borell. conſ. 65. nu. 40.* quibus non probatis nullius erat valoris. Præterea in proceſſu ex parte actoris fuerat probatum totum contrarium, in tantũ quod non poterat dici inducta conſuetudo,
31 quando actus ſunt difformes. *Rot. Rom. deciſ. 19. num. 46. lib 2. Surd. conſil. 449. nu 7.*
32 etiam quando probaretur de vno actu contrario, *Surd. conſ. 393. nu. 24. lib 3.* Mi-
33 nus obſtabat vtilitas allegata ob permutationem, ex Mandel. & alijs relatis, quia vltra tradita in principio, *contra Mandel. & alios, tenet validiſſimis rationib. à Petr. de fideicomm. quæſt. 8. num. 528. & ſequent. maximè in verſ ſextus eſt caſus. & ibi dicit*, quod eſt neceſſe, quod Princeps diſpenſet ſuper ſubrogatione, & vtili permutatione, quando res, quæ ſubrogatur, ſit adeo conueniens, & neceſſaria, vt veriſimile ſit, id ipſum teſtatorem voluiſſe, & ita etiã concludit *Molin. de primog. Hiſp. cap. 4. lib. 4. Burg. de Pax, in proœm. leg. Taur. num. 351. Bero. conſil. 124. num. 16. lib. 1. Raud. de Analog. d. cap. 30. n. 117. Vincent. de Franch. deciſ. 355. num. 6.* Inſu-
34 per contraria opinio non procedit, quando conſtat de ſpecifica voluntate teſtatoris prohibentis bona ſua quoquomodo alienari (vt erat hic,) eius enim voluntati inſeruiendum erit iſto caſu, vt limitando dixit *à Petr. d. quæſt. 8. num. 528.* quem ſequutus fuit *Peregr. d.*
35 *artic. 40. num. 33.* Item limitatur prædicta opinio in re certa prohibita alienari, vt erat caſus iſte, *idem Peregr. d. art. 40. num. 34. à Petr. d. quæſt. 8. nu. 528.* & deniq; ſtante duplici prohibitione hominis,
36 & legis, alienatio rei ſtabilis minoris fieri non poterat, etiam in caſu permiſſo, vt ſupra dictum fuit, *ſecundum Doct. communiter in d. §. diui. Salic. in l. ea quidem, C de condict. ob cauſ. Crauett. conſ. 739. nu. 12. lib 4. Rimin. iun. conſil 529 num. 33. lib. 5. & 724. num. 54. lib. 6. Odd. Sfor. conſ. 95. nu 63.* qui loquitur de prohibitione facta vſque ad annum trigeſimum, & alios ſupra allegatos, quidquid dixerit *Becc. in d. conſ. 10.*

37 Nec ratificatio illa ex aduerſo deducta alicuius erat conſiderationis, non data vera ſcientia contractus ratificati cum omnibus ſuis qualitatibus. *Menoch. conſil. 439. num. 56. & 47. lib. 5. & conſil. 561. num. 19. lib. 6.* in tantum quod ex receptione facta per minorem, non inducitur ratificatio, non conſtito de prædicta ſcientia cum omnibus eius qualitatibus, vt in terminis dixit *Crauet.*

conſil.

Digitized by Google

conſil.197.Nat.conſil.162.lib.1.Bal.conſ.329. colum.vlt.lib.3. Ruin. conſil.48.num.12.lib.1. Pariſ conſ.47.n.97.lib.1.Menoch.d. conſ.439. n.41.& ſequen.lib.5.& d.conſ.n.822 75.lib.9. vbi plures alios adducunt,nec ſufficiebat ſcientia illa per relationem ad ali-
38 um actum enunciatiuum, *Menoch. d. conſ.439.n.43. Rebuff.in proh. conſt.gloſ.vlt. nu.73.* vbi refert ita iudicatum. *Vrſil.ad Affl.deciſ.299.* niſi fieret mentio de die, menſe,&anno. *Mandel.conſ.239.n.4.lib.2.* Item quando actus eſt nullus, vt erat in caſu iſto, ex prædictis oportebat,
39 quod ratificans eſſet certio ratus de nullitate,capite,& cauſa nullitatis. *Bellame.deciſ.748.Corne conſ.207.prope fi.lib.3.*

Vltimo non obſtabat, quod poſiti in conditione non erant vocati ſtante inhabilitate ad ſuccedendum. Nam etſi filii Laurentii ſint ſpurii, tamen dicuntur habiles ad ſuccedendum ab inteſtato, quia relicta pro alimentis
40 ſpurio,non finiuntur pro eius vita, ſed ad deſcendentes debentur,& relictum ad hanc cauſam eis defertur, vt poſt alios voluit *Vincent. de Franch. deciſ. 283. numer.25.Ruin. conſil. 124.numer. 12. lib. 3.*
41 maxime quando id quod relinquitur, non ſufficeret,vt hic, quia relictum dicitur in proprietatem, *Roder. Suar. in l. fori 1.tit.6.lib.3.Couar. lib. 8. de ſponſ.§.6.nu. 15.D. Vincent. de Franch. vbi ſup.per totum,* vbi multa dicit; Item dictũ fuit quod vtiq; verum erat, quod quando poſiti
42 in conditione non ſuccederent ab inteſtato hæredi inſtituto ſtante aliquo impedimento, vel ſtatuto, tunc cenſentur vocati, vt habeat locum teſtatoris voluntas, & ne eluſoria reddatur, vel ſuccedat caſus,quod ſubſtituti præferantur, etiam poſitis in conditione vt optime dixerunt *Card. Alba. conſ.9.per totum, & poſt Ceph. Decian. Cor. Crauet. latiſſime Menoch. conſil. 173. numero 53. lib. 2. & conſil. 393. numero 70. lib. 4.* qui reſpondet contrariis, & hanc opinionem tanquam veriſſimam tuetur *Ruſtic.d.lib.3.c. 4. num. 1.& 2.* vbi de magis communi, *& lib.5.cap.7.n.3.Pute deciſ. 215..nu 3.lib 3.Rim.iun.ſibi contrarius conſil. 21.nu 48.lib.1.conſil. 476.n.36. & ſeq. lib. 4. & conſ.502.n.24.lib.5.Raud.deciſ.31.n.252.*

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſarius non comprehenditur appellatione hæredis,& num 3.*
2 *Ritus 103.eſt correctorius iuris communis.*
4 *Obligatio facta poſt mortem quando operetur.*
5 *Fideicommiſſarius dicitur verus hæres, intellige,nu.6.*
7 *Actiones actiua, & paſſiua transferuntur in fideicommiſſarium.*
8 *Statutum de continuanda poſſeſſione in hæredem eſt correctorium iuris communis.*
9 *Poſſeſſio continuatur in fideicommiſſarium ſtante ſtatuto, continuante in hæredem,amplia nu 10.*
11 *Hæredis appellatione venit fideicommiſſarius vocatus per verba directa.*
12 *Fideicommiſſarius poteſt propria authoritate apprehendere poſſeſſionem bonorum.*
13 *Succeſſor in feudo tenetur via executiua pro dotibus vxoris prædeceſſoris.*
14 *Text in l. in conuentionibus ,ff.de verb. ſignifi declaratur.*
15 *Argumentum valet de feudo ad fideicommiſſum.*

ARGVMENTVM.

Exequutio an poſſit fieri contra fideicommiſſarium ſtante Ritu Regni.

DECISIO CXXII.

RItus Regni 103. dat viam exequutiuam inſtrumentis publicis contra perſonas obligatas, & eorum hære-
1 des, in tantum quod comprehendi non poterat fideicommiſſarius, qui improprius, & fictus hæres dicitur, *ad text. in l. ſi filius, §. 1. ff. quod cum eo, &c. text. in §. inordinatum. auth. de hæred. & Falcid. vbi Bart. & in §. reſtituta, ff. de fideicommiſſ. hæred. Bal. in l. 1. colum. 3. in 8. oppoſitio. C. qui admitt. Alexand. & Socin. in l. 1. §. de illo. ff. ad Sen. Conſ. Trebell. Ceph. conſ. 377. nu. 35. vol. 3. & conſ. 393. num. 153. eod. volum. Corn. conſ. 3. num. 11. vol. 1. Menoch. conſ. 115. num. 7. vol. 2. Bellon. conſ. 42. num. 1. & 7. Grat.* qui dicit ita per omnes teneri, *conſ. 19. nu. 6. vol. 2.*
2 maximè quod Ritus eſt correctorius iuris communis, *vt notant Bar. Sal. Caſtr. & alij, in l. 1. ff. de execut. rei iudic. Alex. in l. ait Prætor, §. ſi iudex in 2. notab. ff. de re iud. vbi etiam Ang. Socin. iun. conſ. 181. num. 77. &*
3 *ſeq. vol. 2.* & dixit expreſsè Ritus ipſe, unde & appellatione hæredis, non venit fideicommiſſarius, *Bald. in rubric. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. in fin. & in conſ. 141. nu. 3. & conſil. 130. num. 4. volum. 1. refert, & ſequitur. Menoch. de adipiſ. poſſ. memb. 4. num. 871. Contard. in l. vnica, C. ſi de moment. poſſeſſ. limit. 2. §. 2. num. 11. Alexand. in l. 1. §. de illo, ff. ad Trebell. & conſil. 82. num. 6. vol. 2. optimè Bello. conſil. 42. ſub num. 15. Roland. conſil. 110. num. 44. vol. 1. & in puncto dixit Graſ. in §. hæreditas, quæſt. 9.* vbi ſubdit ita omnes tenere, *Cumi. ſuper Rit. 137. ordine ſuo 40. num. 97.*

Prædictis accedebat quod Ritus prædictus, per quem datur via exequutiua contra ius commune, loquitur de debitore, contra quem eſt obligatio præſens & expreſſa, & eo mortuo contra eius hæredes, ſed in caſu de quo agebatur, conuenta non erat principaliter obligata, nec debitori ſucceſſerat. nam per fideicommiſſum ſucceſſerat teſtatori fideicommittenti, qui non erat obligatus, cum poſt eius mortem
4 fuerit contracta obligatio, *Menoch. poſt alios, conſ. 124. nu. 22. & ſeq. vol. 2. Ceph. conſ. 245. nu. 53. vol. 2.* eo magis quòd aderant hæredes illius grauati, qui apprehenderant eius hæreditatem.

Sed in contrarium dicebatur, quod
5 vtique fideicommiſſarius erat vere, & cum effectu hæres, *ſecundum Bald. in l. dictantibus, C. de teſtam.* qui extendo materiam illius legis odioſæ, & pœnalis, loquentis in hærede, habere inquit locum in fideicommiſſario, quod etiam poſt alios comprobat *Magon. deciſ. Floren. 37.* & probant infinita iura, quæ nouiſſime allegat *D. Cardin. Tuſchus concluſ. 269. tom. 3.* & licet multi contrarium tenuerint, vt ſupra dictum eſt, tamen
6 procedebant in fideicommiſſario, cui adhuc reſtitutio facta non fuerat, quo caſu nullum ius reale habere dicitur in bonis fideicommiſſo ſubiectis, *ad text. in l. 1. §. reſtituta, ff. ad SC. Treb. & tenet gloſſ. in l. pen. § fin. C. eod.* quam Doct. communiter ſecuti ſunt, prout teſtatur *Socin. iun. conſil. 273. lib. 1.* ſecus erit vbi reſtitutio facta fuerit, vt erat caſus de quo agebatur, tunc enim dicitur verus hæres, & in eum transfertur dominium,
7 & omnia iura, omneſq; actiones tam actiuæ, quàm paſſiuæ. *d. l. 1. & ibi Bart. & communiter ſcribentes Peregr. de fideicomm. art. 53. num. 11.* & ita diſtinguendo tradit *Graſſ. de ſucceſſ. in §. fideicommiſſum, q. 41.*

Digitized by Google

in princ. Peregr. vbi ſup. artic. 47. num. 2. in tantum quod etiam in ſtatutis correctorijs, & pœnalibus procedere videbatur, prout in ſtatuto de continuanda
8 poſſeſſione in hæredem, quod correctorium eſt, *ſecundum Imol. conſil. 16. Alex. conſil. 37. colum 3. lib. 1. poſt multos Tiraquell. in tract. le mort. ſaiſit, in præfat. declarat. 3. num. 3.* & tamen procedit in fideicommiſſario, & in eum tamquam verum hæredem continuatur poſſeſſio de-
9 functi, *Paul. Caſtr. conſ. 152. viſo puncto, vol. 2. Pic. in repet. l. fin. ſuper gloſ. in verbo ex parte. C. de edic. Diu. Adrian. tollen. Caſſan. conſ. 62. Guliel. Benedict. in cap. Rainutius. in verb. mortuo itaq; teſtatore. ill. 2. nu. 74 de teſtam.* vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum Tholoſæ, *Rebuff. in conſtit. Regni, In magni, in materia poſſeſſoria. artic. 9. gloſ. vnica. nu. 31. & ſequent. Ioan. Corraſ. in tit. de impub. & aliis ſubſtit. num. 26. poſt alios. Rimin iun. qui reprobat Tiraquell. & cæteros contrarium tenentes in conſ. 677. num. 13. lib. 6. idemq; confirmarunt multi Siculi in materia cap. 43. Regis Ferdinandi,* maxime in fideicom-
10 miſſario, cui reſtitutio facta fuerat. *Menoch. de adipiſcen. poſſeſſio. remed. 4. num. 181. & ſequent. Honded conſil. 26. num. 7. & ſequ. lib. 1. Paſcett conſ. 67 Zuccar. in repet. l. final. num. 228. & ſequent. C. de edict. Diu. Adrian. Tiraq. qui & ſupra in declarat. 11. n. 18. & 19.*

Præterea dictum fuit, quod fidei-
11 commiſſarius (de quo in propoſito caſu) vocatus fuerat per verba directa, & ideo appellatione veri hæredis veniebat etiam in ſtatuto correctorio, vt in ſpecie dixit *Bello. poſt alios ibi per eum re-*
12 *latos, lib. 4. ſupport. iur. cap. 19. num. 13.* & poterat propria authoritate bona recipere ſine verbali etiam reſtitutione. *Curt. in l. fin. colum. 8. C. de edict. diu. Grat. conſ. 140. numero 50. & ſequent. lib. 1. Paſcet. conſil. 140. numero 10. Beto. conſil 16 & Moroſ. conſil. 50. num. 11. & dixi in deciſ. 72. nu. 4.* & in puncto vltra Bello. quod poterat contra eum procedi via executiua dixerunt, *Suarez. in l. poſt rem iudicatam, limit. 2. & Bartol. in l. ex contractu, per illum text. de re*
13 *iudica. Pute deciſ. 146. ſub num 5. lib. 1.* prout etiam dicitur in ſucceſſore in bonis feudalibus, qui tenetur via executiua pro dotibus vxoris prædeceſſoris, quando proceditur ſuper bonis obligatis per Baronem defunctum, *vt dixit Pern. conſil. 80. num. 44.* quia feudatarius quando contrahit pro reafficiente bona feudalia, & ſe obligat pro ſe, & hæredibus, intelligitur de hærede, ſucceſſore in feudo, & non de hærede natu-
14 rali *ad text. in l. in conuentionibus, ff. de verb. ſignific.* quæ lex procedit tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, *vt dixit ibi Alber. Bart. & omnes, in l. Gallus. §. etiam. ff.*
15 *de liber. & poſth.* & valet argumentum de feudo & fideicommiſſum. *Andr. in cap. 1. §. hæc quoq; in fin. de ſucceſſ. feud. Soc. in conſil. 116. lib. 1. Roger. conſil. 8. num. 12* & ſecundum prædicta iudicauit Conſiſtorium de anno 1607. pro Ioan. Baptiſta de Vrſo contra Ioannem Campana, & fuit bis iudicatum in M. R. C. pro Lelio Scaialeone cõtra illos de Sanſone.

SVMMARIVM.

1 *Bona ſeipſum occidentis quando auferantur hæredibus.*
2 *Fiſcus ſuccedit in bonis ſeipſum occidentis.*
3 *Fiſcus ſuccedit in bonis vacantibus.*
4 *Vxor ſuccedit viro decedenti ſine agnatis, excluſo fiſco, amplia num. 5. 6. & 7.*

Digitized by Google

8 *Fiſcus debet probare mortuum ſe occidiſſe conſcientia proprij ſceleris, limita n.9.*
10 *Mortuum non præſumitur ſe occidiſſe conſcientia perpetrati criminis.*
11 *Occidens ſe præſumitur occidiſſe ex dolore, non conſtito de crimine.*
12 *Vxor ſuccedit viro excluſo fiſco.*
13 *Conſtit. Regni Doana, declaratur.*

ARGVMENTVM.

Vxor in bonis Mariti ſeipſum ſuffocantis, an excludat fiſcum.

DECISIO CXXIII.

1 BOna ſeipſum occidentis non metu criminis, ſed ex inſania, vel dolore, non auferuntur hæredibus, *ita dixit tex. ad literam. in l. 1. C. de bon. eor. qui mor. ſibi conſci. vbi optime Salyc. l. 1. cum gloſ. & l. in fraudem. §. eius bona. ff. de iure fiſ. l. 2. C. qui teſtam. fac. poſ. & l. 3. ff. de bon. eor. & vbiq; Doct. Peregrin. iur. fiſc. lib. 4. titul. 4. numer. 1. & ſeq. Guttier. lib. 2. quæſt. Cano. cap. 3. numer. 3. cum ſequen. & latiſſime D. Amaſcus. in ſuo eleganti tracta. de Poteſta. in ſeipſum. lib. 1. c. 23. vbi ponit ampliationes, & limitationes.* Euenit quod miſerrimus
2 quidam laqueo ſe ſuffocauit, & facto inuentario, fiſcus intendebat bona ad ſe ſpectare per iura prædicta, tum eti-
3 am quia deceſſerat abſq; deſcendentibus, & agnatis, *ad tex. in l. 1. ff. de iur. fiſ. & l. per totum. C. de bon. vacant. lib. 10.* maxime in Regno *per Conſti. Doanæ de off. ſecret.*
4 Comparuit vxor, & dicebat, quod vtique mortuo viro ſine deſcendentibus, & aliis agnatis, ſibi delata erat hæreditas excluſo fiſco, *per tex. in l. a. ff. & C. vnd.*
5 *vir. & vxor.* quinimo eam tranſmittere poterat ad hæredes ſuos per ius accreſcendi, vel attrahendi, *vt conſuluit Corn. in conſil. 324. volum. 4. Peregrin. de iur. fiſc. d. lib. 4. titul. 3. num. 4. Conſtant. Capriol. in tracta. de ſucceſſio. ab inteſt. lib. 4. num. 1.* vbi
6 ampliat etiam in vxore clerici Græci.
7 *ad tex. in l. ſi quis presbyter. C. de Epiſ. & cler.* & in ſponſa per verba de præſenti, quæ ſit nubilis ætatis. *ſecundum Bart. in l. nihil, ff. rer. amota. Bald. Roma. Alexand. Iaſ. & Dec. in d. l. 1. C. vnd. vir. Phanucc. in tract. de lucro dot. gloſ. 2. numer. 58.* & ſecundum prædicta iudicauimus de menſe Nouembris 1608. pro Antonia la Vigna; Nec obſtabant obiecta fiſci, quia vt dictum eſt confiſcatio in eius fauorem procederet, quando conſcientia proprii ſceleris ſe ſuffocaſſet, ſecundum iura allegata, quod quidem in caſu
8 propoſito non fuerat aliter per fiſcum probatum, tanquam fundamentum eius intentionis, ſecundum *Alber. in rub. ff. de bon. eor. Decian. conſil. 438. & optime reſpondet Pariſ. in conſil. 155. volum. 4. Peregrin. de iur. fiſc. dicto titul. 4. numero 2.* vbi
9 limitat quando de crimine notorie conſtaret, aut deprehenſus fuiſſet, vel de eo in iudicio poſtulatus, nam fiſci intentio reperiretur fundata, niſi hæres ſcriptus, vel veniens ab inteſtato probaret contrarium, *Bartol. in l. 3. §. de illo, ff. de bon. eo.* & eſt communis diſtinctio tradita per *Doct. in l. 2. C. qui teſtamen. face. poſſ. Plaz. Epit. delic. cap. 23. nu. 10. & 17. Ant. Gomez. to. 3. varia. cap. 3. numer. 13.*
10 & in dubio non præſumitur conſcientia criminis ſe occidiſſe, *ſecundum gloſ. fin. in d. l. 3. & gloſ. in verb. probationib. vbi omnes Doct. communiter in d. l. 2. Bald. in l. ſi quis in filio, §. eius qui deportatur. num. 3. ff. de iniuſt. rupt. Ign. in l. 1. §. ſi ſibi manus, n. 28. ff. ad Syllanian. Benedict. in cap. Raynutius, verb. Mortuo itaq; teſtatore. ill. 1. n. 86. Rolan. conſ.*

Digitized by Google

conſ 20.nu.2. lib.3. Plaz. Epitom.delict.c.25. num.9.Peregr.vbi ſup.& in fin. Decian.lib.9. tract. crimin. cap.3. num.11. Mantic. de Coniectu.vlt.volunta.lib.12.tit.17.num.21. quos refert, & ſequitur *D.Ameſc.in loco prꝗallegat. num.45.* & ita ex Conſuetudine totius Ital ç ſeruatum fuiſſe teſtatur *Clar. in §.fin. quaſt.68.num.38.* Imò potius contrarium, quia in proceſſu conſtabat, quod erat vir bonus, & bonæ conſcientię, vnde ex impatientia alicuius do-
11 loris, furoris, ſeu morbi melancholici præſumi debebat ſe laqueo ſuffocaſſe, *ad text.in d.l.3.ff.de bon.eor.cum alijs latè deductu per D.de Ameſcua d.c.23.nu.43.& 46. Gregor.Lopez gloſ.2. in l.24.tit.1.pract.37. Didac.Perez.in l.19 titul.final.lib.8. ordinat.* idq; neq; apparebat in caſu de quo agebatur, vbi fuerat repertus ſuſpenſus in quadam aula clauſa, & neſciebatur quomodo factum ſucceſſerit, & hac ex cauſa habuerat ſepulturam eccleſiaſticam de mandato D.Archiepiſcopi.

12 Minus obſtat, quod bona prædicta, vel vacantia, ſpectabant ad fiſcum, nam pro vxore fuit allegatus tex. expreſſus, qui inficiari aliquo modo non pote-
13 rat, nec Conſtitutio Regni eam excludebat *ſecundum gloſ.ibi*, etenim etſi text. Conſtitut. nihil dixerit de vxore, tamen illud proceſſerat, quia iam prouiſum erat per Ius commune, quod vxor ſuccederet viro, excluſo fiſco, *vt expreſſè declarat And.ibi. & in cap.1. in verb.bona vacantia: quæ ſint regal.quem ſequitur Afflict.in d.conſtit.num.7.* & ita fuit executum.

SVMMARIVM.

1 *Tutor tenetur conuertere pecuniam pupilli ad honeſtum lucrum.*

2 *Liberatio facta tutori ad quæ extendatur.*

3 *Dolus futurus non poteſt remitti.*

4 *Tutor pecunias pupillares detinens ad ſui nomen, non emendo redditus, dicitur in dolo, amplia num.5.*

6 *Liberatio non ſe extendit ad dolum præſumptum.*

7 *Verba generalia ſubſequentia declarantur ſecundum præcedentia.*

8 *Verba reſtringuntur ſecundum naturam actus ſuper quo interponuntur.*

9 *Liberatio non comprehendit dolum præſumptum futurum, amplia vt num.11. & 12. intellige num.17.*

10 *Lata culpa æquiparatur dolo.*

13 *Dolus in committendo an dicatur tutoris non ementis redditus de pecunia pupilli.*

14 *Tutor non emendo redditus de pecunia pupilli, tenetur ad intereſſe, & ad vſuras vſurarum, intellige num.28.& 29.*

15 *Doli quæſtio remitti poteſt per teſtatorem.*

16 *Teſtator poteſt tutori legare totum id in quo eſſet condemnatus.*

18 *Dolus præſumptus poteſt per teſtatorem remitti.num.20.amplia num.21.*

19 *Liberatio extenditur ad dolum præſumptum etiam in tutoribus ſanguine non coniunctis.*

22 *Tutor non emens redditus de pecunia pupilli, an teneatur, ſi fuerit à teſtatore liberatus.*

23 *Actus continens vnicum factum, diuidi non poteſt per partes.*

24 *Confeſſio qualificata diuidi non poteſt.*

25 *Confeſſio tutoris dicentis ſe recepiſſe, ſed ſolniſſe, an diuidatur.*

26 *Mala fides excluditur vbi actus fiat palam.*

27 *Palam fieri quando dicatur.*

30 *Intereſſe de intereſſe quando debeatur.*

ARGVMENTVM.

Liberatio facta tutori per teſtatorem, an extendatur ad dolum? & quid ſi ſit præſumptus, & an tutor teneatur ad vſuras vſurarum?

DECISIO CXXIV.

1 TVtor debet pecuniam pupillarem conuertere ad honeſtum lucrum, aliàs

Digitized by Google

alias tenetur ad intereſſe, *ad tex.in l.tu-*
tor qui repertorium,§.ſi poſt,& §.pecunia,&
*ibi Bar. & cæteri, ff.de admi. tuto.*D.Camill.
Borell.conſ.31. Centu. 1. *Decian.conſ.30.nu.11.*
lib.4.Conar.varia.reſol.lib.3.cap.2.in princi.
Hond.conſ.82.num.r 21.lib.2. ex qua con-
cluſione vti veriſſima, inferebant pu-
pilli, quod debebat omnino condem-
nari hæres tutoris ad reſtitutionem,
vnciarum 1489. vna cum fructibus,
damnis,& intereſſe, prout per M.R C.
fuerat iudicatum.

2 Nec obſtabat liberatio facta tutori
a teſtatore in eodem teſtamento, quia
non liberabat tutores à reliquorum
adminiſtratione, & dolo, *ad tex.in l.ſi*
ſeruus, ff.de legat.1.& tex.in l.quidam dece-
*dens.ff.de adminiſt.tuto.*ſed tantum de eo,
in quo notoriæ negilgentiæ condem-
nati potuiſſet, *Salyc.in l.cum neceſſitatem,*
C.de fideicom.Dd. Moder. in tit.de liber, tut.
vel curat.num.40.& 46.Piag.de tutor.& cu-
rat.cap.tertio,numer.28.& 36.Montan.de
tutel.capit.38.nu.26.cum ſequen.Pariſ.con-
ſil.84.num.20 & 21.lib.1.Dec.conſil.177.&
191.& poſt multos Menoch.conſil.731.num.6.
3 *lib 8* &ratio eſt: quia dolus futurus non
poteſt remitti, *Maſcard.concluſ.1252 nu.8.*
& 13.cum multis ſequen.Cioff.conſil.72.nu-
mer.6.lib.2.D.Borell.d.conſil.31.cum cæte-
ris ſupra relatis,& in dolo vero eſſe vide-
batur tutor iſte, imponendo pecuni-
as prædictas ad nomen, & vſum pro-
prium in banco, & non ad nomen
contutorum,& hæreditatis, nec emen-
do redditus cum damno, & intereſſe
4 pupillorum, ex quo pecuniæ ſemper
remanſerant, & ad hoc remanebant
otioſæ, *vt tradit Menoch.conſil.439.numer.*
51.lib.5.Marcabrun.conſil.51.numero 93.
5 maxime cum habuerit notitiam teſta-
menti, *Crauet.conſ.193.nu.2.& 5.Magon.*
deciſ.Flor.1.n.40.Maluaſ.conſ.113.Burgall.de
dolo,lib.2.c.2.n.5.latiſſime,Euge.conſ.56.li.1.
Farinac.in conſ.96.n.17.& 35.Surd.deciſ.216.
nu.1.cum ſeq.& conſil.545.numer.10.lib.4.
Honded.d.conſil.82.numer.13.& ſequ.lib.2.
Caual.de tuto.& cur.numer.190. Et præ-
dicta procedere videbantur etiam in
dolo præſumpto, quia ad illum libe-
6 ratio non ſe extenderet, ſed tantum
ad ſimplices negligentias, vt ex verbis
expreſſis teſtamenti eliciebatur, & li-
7 cet inde reperiantur illa verba genera-
lia, prægnantia, & vniuerſalia, tamen
iſta omnia ſubſequebantur circa ne-
gligentias, *vt tradit Bar.in l.quod dicitur,*
*ff.de tutel.Gozadi.conſil.94.ſub num.6.*quia
8 ſemper reſtringuntur ad naturam a-
ctus ſuper quo interponuntur, & ne
quis damnum indebite patiatur, *Ceph.*
conſil.170.numer.100.& ſequen.& 371.num.
35.volum.3.Caual.de vſufr.mulie.numer.105.
optime Pariſ.conſi.88 colu.fin.lib.1 Soc.conſil.
201.in fin.lib.2.Maſcard.de probat.d.conclu.
1252.num.27.& num.45.latiſſime Surd.de-
9 *ciſ.217 per totum,*& in terminis quod li-
beratio non comprehendat dolum
præſumptum futurum, *Sal.in d.l.cum*
neceſſitatem,Iaſon.in l.actionem, in fin.C.de
tranſact.& de cōmuni teſtatur, Bero.conſ.37.
ſub n.10.vol 2.Ioan.de Ann.conſ 80.Ruin.conſ.
54.n.13.& ſeq.vol.1.& conſ.69.ſub n.61.lib.2.
& conſ.97.numer.8.lib.5.Farin.d.conſil.96.
10 *num.25.* imo nec remiſſa dicebantur la-
ta culpa, quæ in hoc caſu æquiparatur
dolo, *ad tradita per D.Marchionem de Pont.*
conſil 37.numero 12.& 19. qui loquitur de
negligentia in non emendo redditus,
Didac.Aſſegura, in repet.l.ſi ex legati cauſa,
num.

Digitized by Google

num. 27. vbi Didac. Perez. in addit. ad eundem, ſub numer. 30. C. de fideicom. per tex. in l. ſi vnus, §. illud, ff. de pact. & allegat Bart. in l. nemo poteſt, de leg. 1. Bero. quaſt. 21. num. 4. & tanto fortius, quando eſſemus in
11 dolo præſumpto in committendo, *Paul. de Caſtr. in l. ſi vnus, §. illud, ff. de pact. Dec. in l. contractus, num. 44. ff. de regul. iur. Pariſ. dicto conſil. 94. num. 31. & ſequent. lib. 1. poſt omnes. Euerard. conſil. 24. n. 39. Sola. in conſt. Ducali, lib. 1. tit. de Minor. gloſſ. 3. n. 15. Viui. opi. 106. lib. 3.* Item quando nō con-
12 curreret coniunctio ſanguinis, & quod eſſet tutor factus locupletior, *vt ex De-*
13 *cian. Ceph. & alijs dixit Farinac. d. conſ. 96. n. nu. 24.* & quod dolus erat in committendo præſuppoſito facto prædicto allegabatur, *Thob. Non. conſ. 63. n. 31. Pariſ. conſ. 89. n. 23. lib. 1. Farin. d. conſi. 96. n. 5. & 10. Honde. conſil. 82. num. 23. lib. 2.* Data igitur reſtitutione dictarum pecuniarum ex cauſa prædicta, in conſequentiam ve-
14 niebat condemnatio fructuum vna cum damnis, intereſſe, & expenſis; imo ad vſuras vſurarum fauore pupillorum, vt tradit *Caualca. de tut. & cur. num. 116. Franciſ. Hotoma. de vſur. lib. 1. cap. 3. fol. mihi. 24.* vbi dicit eſſe æquam, & legitimam hanc interpretationē à iure toleratam, *idem tradit quidam Author. in tract. de vſur. q. 76. numer 598 & quæſtio. 77. num. 599. idem Caual. deciſ. 21. num. 30. lib. 1. & deciſ. 37. num. 10. quem refert, & ſequitur Honde. in dicto conſ. 82. num. 22. volu. 2. Iodop. in tracta. de pupil. & minor. intereſ. cap. vnico, nu. 42. Cagnol. in l. vnica, num. 46. C. de ſent. ex. quæ pro eo. quod inte. Decia. in conſil. 36. nu. 6. lib. 4. Menoch. conſil. 863. nu. 18. cum ſeq. Surd. conſil. 302. num. 19. & 26. vbi loquitur de centeſimis. Magon. d. deciſio. Floren. 1. numer. 53. 54. & 55. Montan. de tutel. cap. 32. reg. 9. numer. 207.*

In contrarium autem dictum fuit obſtare prædictis actoribus liberationem factam tutoribus à teſtatore in ampliſſima forma, nedum à reddendis rationibus, & à neglectis culpis, & defectibus, vt ex aduerſo dicebatur, verum teſtator ipſe (vt eius vtar verbis) voluit, quod tutores nunquam in perpetuum, & infinitum poſſint, nec debeant moleſtari ab eius hæredibus quauis cauſa, & occaſione, prætextu quarumuis prætenſionum, ſeu prætendorum, neglectorum, lucrorum, damnorum, expenſarum, & intereſſe; Imo caſu quo dicti eius hæredes peterent, ſeu quouis modo agerent, ſeu moleſtarent dictos tutores, ſeu ipſorum aliquem tam cauſa, & occaſione prædictæ adminiſtrationis, quam cauſa dictorum, lucrorum, damnorum, expenſarum, & intereſſe, & quorumuis forte male adminiſtratorum per ipſos tutores, tali caſu ex nunc pro tunc, & è contra, ipſe teſtator omne illud quidquid, & quantum forte dictis eius filiis competeret cauſa prædictæ tutelæ adminiſtrationis, & aliorum, vt ſupra, & totum illud quod d. tutores apparerent debitores, & reliquatores, dimiſit, & dimittit, reliquit, & legauit, & legat ipſis tutoribus, qua ſtante liberatione nulli dubium erat, quod etſi dolus futurus remitti non poſſit, tamen quæſtio doli remitti poterat, *ad text. in l. Lu-*
15 *cius, §. tres hæredes, ff. ad SC. Treb. Bal. in rub. de arb. col. 2. in decre. refert Rebuf. in l. ſi vnus, §. illud, ff. de pact. & alios cumulat. D. Card.*

Tuſchus

Digitized by Google

Tuſchus concluſ 588.Tom.2. & præcipuè ſi
16 per indirectum remitteretur legando totum illud, quo quis veniret conde-mnandus, *vt notanter limitant Feder. de Sen.conſ.125.verſ.non obſtant iura.Fulg.conſ. 25.Card.Tuſc.d.conclu.588.n.19. & poſt alios. Oſaſc.Pedem.deciſ 75.num.8 Menoch.de præ-*
17 *ſumpt.67.num.10* & contraria procederent, quando teſtator non proceſſiſſet vltra legando, vt erat hic, *& poſt Dec.conſil.192.n.4. determinat Gaſp.Baez.de decim. tut.præſtat.cap.2.num.160. Piag.de tut. & curat.q.59 num.5.Caroc.ſing.136.per conſil. Ang 313.in fin.Maſcard.& alij præall.*

Item dicebatur, quod in caſu propoſito tutor ipſe nihil commiſerat in faciendo, in quibus terminis loquuti fuerant Doct.ex aduer.relati, quia non conſtabat pecunias pupillares ad ſui vſum conuertiſſe, vt ex aduerſo dictum fuerat, ſed tantum apparebat illas depoſuiſſe apud Bancũ ſubnomine proprio, præcedente actu publico, & omiſerat emere redditus iuxta diſpoſitionem teſtatoris, & prout ad eius officium pertinebat, quapropter erat tantum delictum in omittendo, non au-
18 tem in committendo, & ſic dolus præſumptus, qui poterat per teſtatorem remitti, vt ex verìori, & magis communi opinione tradiderunt, *Fulgoſ.d. conſil.25.num.3. Dec.conſil.25.num.3. & conſ.177. Roland.conſ.49.num.58.lib.1.Butr. in cap fraternitati de teſtib.vbi diffuſè Felin. Couarru.lib.2.variar.reſolut.cap.14.verſic.5. Sola in conſue. Pedem.ſub tit.de minor.inuen. & quieta.gloſ.1.num.13.14.15.& ſequent.*
19 *fol.96.*vbi non recipit reſtrictionem, *Farinat.ind.conſ.96 poſt Dec.in d.conſ.178.& alios,* qui prædicta reſtringere voluerunt ad tutores ſanguine coniunctos, quem ſequitur *Vrſill.ad Affl.deciſ.220.n.7. Pariſ.conſil.49.num.35.lib.1. Maſcard.d.concluſ.1252.num.19.& 20.*qui ita limitat regulam ex aduerſo traditam, quam limitationem ſequuntur *Iaſon. in d.§.illud, Purpur. in l.fin. num. 48.C.de pact. Crauet.d.conſ.193.num 9.Menoch.conſil.22 nu.5. lib.1.& lib.4 præſumpt.564 num.9.Padil.in d.l.cum neceßitatem,num.4. Rebuff.in d.l.vnius,§.illud,verſ.hac regula, Ceph.conſil.192. num.49. lib.2. & conſil 575. lib 4. Port.conſ. 147. Plot.de in lit.iura.ſub num.813. Guttier. de tutel.lib 3.c.1.num.45.& in c.14.num.15.* qui circa finem dixit, quod in hoc omnes adſentiuntur, *idem Dec.in l.contractus, ſub num.44.ff.de reg.iur.& in l.actionem,colum fin. verſ.concordando tamen,C.de tranſact. Caualca.in d.tract.de tut.& curat. num 207.* & eſt veriſſima, & communis opinio, vt poſt multos dixit *Bertaz.conſ. 441.lib.2.*vbi ſubdit cum Dec. Pariſ.& Fulgoſ. quod cum non conficere librum, vel inuentarium conſiſtat in committendo, & præſumptus ſit dolus, quod cenſeatur de his facta liberatio, & concludit Sola in loco præal-
20 leg. dicens, quod ſi liberatio plenioribus verbis facta ſit, & vltra fiat legatum de eo, quod tutor contingeret condemnari, quod extenditur talis liberatio ad dolum futurum, maximè
21 quando tutor non eſt factus locupletior, vt euidentiſſime cõſtiterat in proceſſu, *Rimin.iun.conſil.613.num.34.& 35. Bimi.conſil.164.* & in puncto, quid tutor
22 omittens emere redditus, vt per teſtatorem diſpoſitum fuerat, quod non teneatur ex prædicta liberatione, ex quo non dicitur in vero dolo, tradiderunt

Rimin.

Digitized by Google

Rimin.iun.d.conſ.576.maxime n.14. & in §. 1.num.645. & ſequen. Inſti.de donat.Rimin. ſen.d.conſ.319. Plot.in l.ſi quando, num. 117. cum ſequen.C. vnd.vi, Caualc.de tut. nu.115. Guttier.de tutel.par.2.cap.9.num.7.Port.dicto conſ.147.num. 16.vbi allegat Pariſ.in pluribus conſ. & fortius ceſſante dolo; *Mandel.conſ.97.num.35. idem Port.conſ.38.num. 36.Ruin.conſ.58.num.35. & 36.lib.1.& conſ. 109.num.12.lib.2.& conſ.163.lib.3.*

His accedebat in facto probatum eſſe, quod tutor iſte habebat pecunias proprias in d. Banco,& cum exinde ſibi perueniſſet dicta partita, licet non appareret de ſolutione ſibi facta per cautelam aliquam,ſiue inſtrumentum, & potuiſſet ſilere, & pecunias prædictas retinere, eo mag.s,quia erat procurator aliorum, attamen agnoſcens bonam fidem,ſtatim declarauerat per actum publicum ad ſe perueniſſe ſummam prædictam ex quadam venditione facta per teſtatorem, & eam tenuiſſe, & tenere in Banco de voluntate contutorum ad effectum, vt de eis ſatisfieri poſſit Banco, ſoldatis computis,& pro extinguendo intereſſe, quod prætendere poterat ab hæreditate, cuius erat creditor Bancus nomine proprio teſtatoris, & potuiſſet procedere via exequutiua contra hæreditatem iuxta formam Ritus.& ſic nedum non oſtendebatur dolus, ſed de bona fide tutoris,qui alias ponendo pecunias ad nomen hæreditatis, Bancus ſibi illas

23 retinuiſſet; Nec actus iſte ſuper quo fundabatur prætenſio actoris, diuidi poterat negando voluntatem contutorum, & cauſam, pro qua nomine proprio appoſitæ fuerant pecuniæ in Banco, cum contineat vnicum factũ, vt eſt doctrina *Bartol.in l.Aurelius,§.idem quæſiuit, ff. de liber.legat. Riminal. iunior. conſ.127. lib. 2.* vbi ait: ita fuiſſe bis pronunciatum, & caſus erat ibi de confitente habuiſſe rem, ſed illam alteri reſtituiſſe de eius ordine; & concludit, quod iſta confeſſio diuidi non poteſt

24 *ad idem Surd. conſ. 258. Marc. Ant. de Amat.*

25 *deciſio.82.* & in tutore confitente ſe recepiſſe, ſed expendiſſe, *& allegatus fuit text.in l.cum quæritur, ff.de adminiſtrat.tut. Ioan.de Plat. in l. 1. C. de apoch.public.lib.10. num.9. Magon.deciſ.Lucen.59.num. 18. Maſcard. concluſ. 915. num. 20.* vltra quod in proceſſu ex pluribus conſtabat de veritate dd. qualitatum, & maxime quia actus prædictus palam factus fuerat,

26 ex quo argui videbatur bona fides, & excludebatur dolus; *Barto. in l. tacitis,ff. de lega.1.Ioa.Baptiſt.Coſt.de ſcien.fact.diſtin. 11.num.17. cent. 2.per text.in l.non exiſtimo, ff.de adminiſt. tuto.Gl. vlt. ff.de ritu Nuptia. Menoch.conſil. 214. num. 30.lib 3.Surd.deciſ. 216 ſub nu.. 38. Mandel. conſ. 196. numer.5. Burſat. conſil. 152. num. 28. Decian. conſil.2. numer. 92. lib. 1.* & palam fieri dicitur,

27 quod coram notario fit, & per inſtrumentum, *Decian conſ.69.Crauet.conſ.544. numer.5.* & ſic ceſſabat præſumptio doli,ex traditis *per Farin.quæſt 88.n.63* Et ex prædictis non erat aliter tractandum,

28 an tutor teneatur ad fructus fructuum omnino de iure prohibitos, *ad tex. in l. fi.C. de vſu.* & licet quando eſt in dolo, & pecunias pupillares aliis vſibus deſtinatas in propriam vtilitatem fraudulentur converteret,teneatur ad vſuras vſurarum,tamen hoc non concurrente,prout erat caſus propoſitus, tenebant

nebatur tantum ad legitimas vſuras, *vt dixit quidam Author. in tract. de vſur. d. q 76. num. 519.* nec aliter pupillo huiuſmodi vſuras deberi, quam ſi pro vero inter-
29 eſſe, ac eo, quod in ſortem conuerſum eſt, ſoluatur, *ſecundum Bart. in l. tutor qui-* 30 *repertorium. nu. 1. de admin. tutor. Caſtr. conſ. 301. num. 6. lib. 1.* & ita declarando materiam dixit *Weſenb. conſil. 72. num 10. cum ſequent. lib. 2.* vbi quod vno tantum caſu poteſt prætendi, quoties vſura verè in ſortem eſt conuerſa, tunc enim ſi tutor vſuras ab alio ſolutas accipit, fiunt illæ vſuræ aliunde receptæ, ſors apud tutorem, & ideo eorum nomine ad vſuras tenetur, & ita procedit *text. in d. l. tutor qui repertorium, & l. qui negotiatione, ff. eod & tradit etiam Roder. de Annu. reddit. lib. 3. quæſt. 10. num. 14.* qui dicit, quod tutor tenetur ſi fructus ipſos exactos in ſui vtilitatem conſumpſit, quia tunc non reputatur acceſſio, ſed ſors, & propterea reprobat *Caualc. in d. tract. de tutor. n. 116. & d. deciſ. 21 nu. 30.* & refert ita fuiſſe ſeruatum in Senatu illo Gallico, *Aior. de penſ part. 1. c. 4. n. 22. & eſt tex.* ſi bene aduertatur, *in d. l. tut. qui repertoriũ. §. qui tut. ceſſauerit, & in §. poſt depoſitionem, in fi. verſ. ſi quas exactas,* vbi requiritur ad hoc, ut tutor ad vſuras fructuum, & vſurarum teneatur, quod vſuræ debitæ ſint exactæ, & conuerſæ in patrimonium tutoris, vt poſt *Aior. vbi ſupra, dixit Guttier. de tutel. part. 2. c. 9. num. 33. cum ſeq. & num. 36.* qui diſtinguendo tradit tutorem doloſum, vel negligentem, qui non conuertit pecunias ad emptionem redditum, teneri ad illas, vt ſolitum eſt in Regione, reſpectu vero redituum non exactorum, non teneri ad eorum fructus, & ſic ad id quod iure communi dicitur ad vſuras vſurarum non exactorum, eandem opinionem tenet. *Rot. Auen. Hiero. Luoren. deciſio. 156. vbi refert ita deciſum. Fab. de Anna. conſ. 48. num. 23 & ſequen* & de intereſſe dixit *text. in l. fin. C. de vſur. rei iudic. Ruin. conſ. 55. num. 18. vol. 2. Ioan. Lup. in tract. de vſur. §. 6. num 20.* & ſecundum eam fuiſſe iudicatum refert. *Vincent. de Franch. deciſ. 21. & deciſ. 254. n. 14.* ſubdens ita ſemper Neapoli fuiſſe determinatum *Doctor Marta. deciſ. 165. num. 16. Moroſ. conſ. 65. num. 6. Ioa. de Coſta. de portio. rat. q. 142.*

His pluries diſcuſſis, Conſiſtorium condemnauit hæredes tutoris ad ſoluendum pupillis dictas vncias 1489. & habuit pro vero, quod in caſu iſto non competebant vſuræ vſurarum ex doctrina Roder. & propterea eos condemnauit tantum ad intereſſe ratione de ſeptem pro centenario, iuxta morem regionis, de menſe Decemb. 1608.

Nec oportebat reſpondere ex aduerſo deductis, quia ex prædictis euidẽter eliciebatur, quod liberatio comprehendebat in ſe omnem negligentiam; Item & dolum præſumptum, ſi talis dici poterat caſus iſte ex veriori, & magis communi opinione, non obſtantibus limitationibus traditis, *per Farin. in d. conſil. 96* quæ ſententia fuit ex tranſactione per partes approbata.

SVMMARIVM.

1 *Nullitatis cauſa eſt ordinaria, limita numero 2.*

3 *Sententia lata pendente articulo diſſenſus, eſt nulla, amplia num. 4.*

5 *Pronunciari an debeat de neceſſitate ſuper incidenti,*

Digitized by Google

incidenti, vel emergenti, limita ſi petatur expreſſe per partes num.6.

7 *Actor debet clarè concipere petitionem ſuã.*

8 *Hæres tenetur exprimere clarè in libello ſi vult eſſe hæres.*

9 *Iudex poteſt cogere partes, vt declarent libellum obſcurum, amplia num.10.*

11 *Nullitatis in cauſa concernente plura capita, qualiter procedendum.*

12 *Cauſa ordinaria non poteſt de conſenſu partium fieri ſummaria, è conuerſo vero ſummaria conſenſu partium fit ordinaria, num.13.*

14 *Sententia parit exceptionem rei iudicatæ in capitibus deductis.*

15 *Articulus quando expediatur per tranſitum ad vlteriora, contra in Regno, n.16.*

ARGVMENTVM.

Sententia quando ſit nulla, pendente articulo diſſenſus, ſi petitio erat obſcura.

DECISIO CXXV.

DOnna Porſia Barbareſio, & Curreſto, quæ pro ſatisfactione ſuarum dotium, ſibi adiudicauerat nonnulla bona allodialia, & feudalia à poſſeſs. hæredum, olim Don Gaſparis viri ſui, conuenta ſuper nullitate dictæ adiudicationis per Don Blaſcum Corbino, ſtantibus ſcripturis ad effectum miſſis, ex pluribus capitibus diſſenſit
1 in modo procedendi, ex quo cauſa nullitatis erat de ſui natura ordinaria, *ſecundum Rot. Roman. deciſ.350. & Bellamer. deciſ.317.* & licet aliter ſit receptum in
2 Regno, quando nullitas conſtat ex actis, & eſt notoria, nec requirat facti diſcuſſionem. *ex conſil. Ferret.45 lib.1. Aemilia. conſil.44. Blanc. de compromiſſ. quæſt. 12. num.48 de appellat. Milan deciſ.5. num.9. libr. 2. Petr. de Gregor. de iudic. cauſ. feudal. quæſt.51. num.1. verſic. proceditur autem. D. de Pont. conſ.59.* attamen, quia hoc in facto deficiebat, fuit per actorem ſupplicatum, quod pro modo prætendebat agere circa nullitates promptuarias, & euidentes, & ſic procedi debere per viam effectus, prout ſe direxerat, vel ſaltem dato termino extraordinario; à qua petitione vti generica, & obſcura, per quam cognoſci minimè poterat, quænam capita eſſent talia, fuit iterum diſſentitum, & per aliam ſupplicationem facta petitio per conuentam, quod deberet actor declarare diſtinctè, quænam capita intendebat proſequi, etſi in hoc inſtaret, quod decideretur per interloquutoriam in ſcriptis, & ſeparatim cum proteſtationibus nullitatum, & clauſulis comminatorijs in forma, & tandem non deciſo hoc articulo, fuerat per interloquutoriam determinatum, procedi debere dato termino extraordinario, quę per Conſiſtorium fuit nulla declarata, confirmando interloquutoriam M. R. C. de menſe Iunij 1607. quia lata, pendente illo articulo, quod declarentur capita nullitatis clare, quo caſu non poterat
3 Iudex neq; per tranſitum ad vlteriora, neq; virtualiter reijcere dictam exceptionem, ſed ſuper ea tenebatur decidere in ſcriptis, *vt poſt Innocent. dixit, Bal. in cap. ex parte, ill. ſecunda; & ibi etiam Præpoſit. num.6. de appellat. Abb. conſil.14. vol.1. Iaffred. deciſ.67. Cardin. Alexand. in d. capit. ex parte*, vbi quod proceſſus eſt nullus,
4 & non eſt neceſſaria appellatio *Bott. conſilio quarto, numer.14. Maſuer. ad Papienſ. titul. de declinat. gloſſ.1. in verb. exceptiones, verſic. niſi citatus comparens. folio (mihi) 72. Cumi. de ſindica. cap.25. num.6. & 7.* vbi dicit, quod licet ſuper incidenti non

Digitized by Google

5 ſit de neceſſitate pronunciandum, *l. 1. C. de ordi. iudic*. nec etiam ſuper emergenti, ſecundum communem opinionem, *quam teſtatur Corn. conſ. 15. n. 12. volu. 4. Fel. in cap. ſuborta, col. 4. verſ. limita tamen prædicta: de re iudic*. vbi volunt ſufficere tacitam pronunciationem per proceſſum ad vlteriora; tamen ſi ponitur,
6 quod articulus decidatur in ſcriptis, tali caſu in ſcriptis de neceſſitate pronunciari debet, alias proceſſus eſt nullus, *& vltra, Bald. & Prapo. allegat Franch. in dicto cap. ex parte, Bart. in l. cum quærebatur, in fin. ff. de re iudic. & in l. ſi vt proponis, in fi. C. quomodo & quan. iud. Milan. deciſ 13. n. 113. lib. 2. vbi allegat Rimin. in l. certi condictio, §. quoniam, nu. 4. ff. ſi certum petat. & voluit Ioan. Aloyſ. de Sept. ſuper Rit. 139. col. 2.* eo magis, quia articulus erat iuridicus,
7 & neceſſarius, cum actor debeat ita clare concipere petitionem ſuam, vt reus poſſit deliberare, ſi velit cedere, vel cõtendere, *ad text. in l. edita, C. de eden. vbi*
8 *Cagnol.* prout in ſimili dicitur de hærede, qui tenetur declarare, & exprimere in libello, an ſit hæres ex teſtamento, vel ab inteſtato; ad hoc, vt reus poſſit deliberare & reſpondere, an cedere, vel contendere velit, vt late tradit *Achil. Perſon. in tract. de petitio. hæred. numer. 550.*
9 *verſic. alij autem,* & quod plus eſt, Iudex poſſet cogere, vt actor declaret, quando libellus eſt obſcurus, *ad not. per Iaſon. in l. age, num. 15. C. de tranſact.* quod proce-
10 dit etiam in cauſis ſummariis *ex verbis Regiæ prag. ibi. con que proceda tal petition. mediante la qual el reo ſe pueda determinar ſi ſe quiere allanar, ò pleitar.*

Item & ex alio iuridicus dicebatur, quia etſi in effectu p̃dicto adducta fuerint aliqua capita & nullitatum promptuaria, (quod re vera non apparebat,)
11 tamen ex quo aderant multa alia, quæ requirebant altiorem indaginem, ratione huius cumulationis in totum procedendum erat ordinarie, *vt latiſſime deduxit D. Octaui. Corſett. quæſt. Forenſ.*
12 *14. par. 2.* & ratio eſt quia in caſu vbi procedendum eſſet ordinarie, partes ex eorum conſenſu, vel diſſenſu non poſſent immutare ordinem iudiciarium, & facere, vt procedatur ſummarie. *cap. de cauſis, & ibi gloſ. in verb. partium, & Abb. & Dec. nu. 8. verſ. & ideo pro nunc, de offic. delega. Brun. in tractatu de form. col. 12. verſ. & in iudicis. fol. 18. Tiraquel. de primoge.*
13 *q. 24. num. 8. Cumi. ſuper Rit. in prælu. nu. 34.* & è conuerſo cauſa ſummaria, & ex abrupto, vel non ſeruato ordine iudiciario, poteſt per partes fieri ordinaria, quia reducitur ad naturam ſuam, *ad tex. & ibi Doc. in Clem. ſæpe, de verb. ſign. Doc. in d. c. de cauſis,* & deniq; iuridicus articulus videbatur: Nam cum nullitas decreti ex multis cauſis euenire potuiſſet, ſi ſint tentandæ plures cauſæ, & eſſet lata ſententia ſuper validitate, poſſet poſtea deueniri ad nullitatem decreti ex
14 aliis capitibus, quia ſententia pariebat exceptionem rei iudicatæ in capitibus deductis, & non excludebat, quin de nouo, & ex aliis capitibus non deductis, de nullitate dici potuiſſet, *ſecundum Bart. & alios, in l. ſi expreſſis, ff. de appellatio. Prapoſi. & Franch. plene in cap. dilecto, de appellation.*

Nec obſtabat dicere, quod prædicta concluſio procederet, quando de iure, vel ex diſpoſitione ſtatuti diſpoſi-
15 tum fuiſſet, quod ille articulus expediri

diri non potuiſſet per tranſitum ad vlteriora, aliàs ſecus, vt eſſe dicatur caſus iſte *ad not. per Caſtr. in conſ 232. colum. 2. ſub num. 2. verſ item non obſtat, quod ſuper emergentibus lib. 1. Cor. conſ. 85. num 12. circa medium, col. 4. Sigiſmund. Scacc. de iudic. c. 102. ſub num. 1. verſ quod ego non firmo, & num. 3.* vbi numerat exceptiones ſuper quibus pronunciari debeat ſub pœna nullitatis, in quibus non erat exceptio dilatoria ſuper emergenti, *ad text. in d. cap. ex parte, in verb. neglecta. de appell. Cor. conſ. 86. num. 10. cum ſequent. cum aliis traditis per Menoch. præſumpt. 64 num. 10. & ſequ. lib. 2.*
16 nam dictum fuit contrarium ſemper fuiſſe ſeruatum in Regno, quod etiam in caſibus prædictis, ſi fiat articulus, quod non decidatur per tranſitum ad vlteriora, ſed per interlocutoriam in ſcriptis, proteſtando de nullitate, quod omnino debebat decidi per interlocutoriam formalem, aliàs ſententia nulla eſſet, niſi articulus euidenter eſſet calumnioſus, *ex traditis per Doct. præallegatos.*

SVMMARIVM.

1 *Clauſula vt bancus &c. appoſita in fideiuſſione quid operetur.*
2 *Obligatio de reſtituendo facta penes acta Curiæ, habet executionem paratam.*
3 *Fideiuſſio de detinendo loco depoſiti habet executionem paratam.*
4 *Depoſitarius non poteſt aliquid excipere.*
5 *Fideiuſſio tollit omne ſequeſtrum.*
6 *Fideiuſſio præſtita pro certa cauſa non poteſt operari pro alia. & num 7.*
8 *Fideiuſſio ſtrictè interpretatur.*
9 *Fideiuſſor præſentando reum, qui in carceribus detinetur pro vulnere, non tenetur, ſi ille moriatur.*
10 *Fideiuſſor de ſoluendo iudicatum in vno Tribunali, non tenetur ſi cauſa fuerit auocata ab alio Magiſtratu.*
11 *Fideiuſſio præſtita pro vno creditore, non prodeſt alijs non immiſſis, ratio num. 12. intellige num 17.*
13 *Text. in l. ſi vnus, ff. de bon. author. iud. poſſid. declaratur, num 19.*
14 *Immiſſio vnius, cæteris prodeſt, amplia n. 15.*
16 *Fideiuſſio de detinendo pecunias loco depoſiti facit ipſas extare, intellige nu. 21. 22. & 24.*
18 *Fideiuſſio reſtringitur ad caſum ibi expreſſum.*
20 *Cautio non petita non præſtatur.*
23 *Fideiuſſio præſtita in caſu quo alius veniret, quid operetur.*
25 *Text. in l procuratores, §. plane, ff. de tribut. act. declaratur.*
26 *Bal. in l. fin. C. de bon. auth. ind. poſſid. declaratur.*

ARGVMENTVM.

Fideiuſſor detinendo pecuniam loco depoſiti & reſtituendo ad omne Curiæ mandatum, ad inſtantiam vnius, an teneatur redepoſitare ad inſtantiam alterius?

DECISIO CXXVI.

AD inſtantiam Nicolai Palauicino creditoris, de mandato Magnæ R. Curiæ, facta erat iniunctio Nicolai Maglilo fideiuſſori Henrici de Franchis, quod infra certum terminum depoſuiſſet pecunias ſibi traditas, ſtante obligatione illas detinendi loco depoſiti, & reſtituendi ad omne mandatum
1 Curiæ, cum clauſula, vt bancus, &c. & pacto de nó opponendo, quo caſu promittens non poteſt aliquid excipere, ſed ſemper, & perpetuo remanet obligatus, & ad ſimplex nutum Curię debet omnia adimplere *iuxta Regni c. ſub Alfonſo Rege, & poſt Boër. & alios tradit D. Muta ſuper Conſuetud. Pan. cap. 22 num. 39.*

Digitized by Google

& in terminis iuris communis, quod
2 obligatio, & promiſſio de reſtituendo
facta penes acta Curiæ, habeat execu-
tionem paratam, & operetur, ac ſi pro-
miſſor fuiſſet per ſententiam cōdem-
natus, *dixit Affl. in Conſtit. Baiulus ſi furem, q.2.n.3. Carau. Rit. 128. n.1. & 2. Muſca. in ſua praxi fideiuſſ. part.1. mod.16. nu.7. & Vinc. de*
3 *Fran. deciſ. 299. nu. 22.* maxime detinendo
pecunias loco depoſiti, quia tanquam
4 depoſitarius, non poterat os aperire,
ad tex. in l. ſi quis, vbi Dd. depoſ. cum alijs apud. Iaſ. conſ. 26. n.14. & 15. vol.3. Rauen. ſing. 128. Cū. ſup. Rit. c.19. n.18. & 25. Caro. de depoſ. par. 1. ti. de remed. d. l. ſi quis, n.32. & 35. Dec. reſp. 61. n.2. in 4 vol. Surd. cōſ. 322. n.8. & ſeq. vol.3.

Sed ex aduerſo d. ctum, quod pecu-
niæ prædictæ traditæ fuerant ſub d. fi-
5 deiuſſione, ſtantibus ſequeſtris factis
per nonnullos creditores Ill. Comitis
Mo .e. *ſecundum Bar. in l. litib. n.5. de agri. & cenſit. lib.11. Bal. in l.1. nu.5. C. de prob. ſequeſt. pecu. & in l fin. n.2. C. de ordi. cognit. tex. in l. fideiuſſor. § fi. ff. q ſatiſd. cogan. gl. in l.1. §. ſint. vero, in verb. iuratorie, C. de caduc. tolle,* inter
q̄s ſequeſtrantes non aderat iſte de Pa-
lauicino, ideoq; cū fideiuſſio præſtita
fuerit reſpectu certarum perſonarum,
6 & certæ cauſæ, fideiuſſor non teneba-
tur ad alium actū, & pro alia cauſa, nec
perſona, *Bar. in l. qui in aliena, de acq. hæred. arg. gl. in l. quod Seruiꝰ, in verb poteſt, ibi, Reb. ſic ſtant ib. ff. de condi. ob cauſ. Berta. in verb. fi-*
7 *deiuſſ. nu 33. Rom. conſ. 210. nu 2.* Hinc eſt, ꝙ
fideiuſſor de præſentando reum pro v-
na cauſa, & delicto, nō tenetur pro alia,
ſed tantum pro illa, pro qua fuit præ-
ſtita fideiuſſio, *Cumi. ſup. Rit. c.65. nu.18. & poſt innumeros dixit Farin. in tit. de carcer. &*
8 *carcer. q.34. n.31. vbi circa fi.* dat rationem;
quia fideiuſſio eſt ſtricti iuris, & nō ex-
tenditur, nec ad perſonas, nec ad cauſas
extraneas, & ne actus agentiū operetur
vltra eorum intentionem, *contra text.*
9 *in l. non omnis. ff. ſi cert. petat. cum ſimili.* In
tantum, quod fideiuſſor de præſentan-
do reum, qui in carceribus detinetur
pro vulnere, non tenetur illum præ-
ſentare, ſi vulneratus moriatur, *vt dixit Hieron. Gabr. in conſil. 181. numero 5. libr. 1.*
quem ſequitur, dicens eſſe communē,
10 *Farin. d. quæſtio. 34. numero 89.* & ſimiliter
fideiuſſio præſtita de ſoluendo totum
id, quod in vno Tribunali fuerit iudi-
catum, non operatur, ſi cauſa ad aliud
Tribunal fuerit auocata, vt fuiſſe iudi-
catum teſtatur *D. Vinc. de Franc. deciſ. 601. par. 4. poſt hæc ſcripta viſus,* qui multa con-
gerit ad propoſitum huius deciſionis.
Ad idem adducebatur *doctri a Bald. & poſt eum ibi Salic. ſub nu.8. in l. fin. nu.3. verſ. quæro debitor, C. de bon. author. indic. poſſid.*
11 vbi ait, quod cautio præſtita pro debi-
tore de iudicio ſiſti, pro recuperanda
tenuta *iuxta terminos Authen. & qui iurat, C. eod.* non prodeſt aliis creditoribus
12 non immiſſis, quia non tenetur ille,
qui purgat contumaciam, ſatiſdare de
iudicio ſiſti, niſi cum eo, qui vocauit
eum in iudicium, & ad cauſam, quæ
deciſio, licet loquatur in fideiuſſione
de iudicio ſiſti, & videbatur punctualis
in caſu, de quo agebatur ex ratione per
eum adducta: nam debitor, cui pecu-
niæ fuerant ſequeſtratæ pro illis ſibi
accipiendis, & reuocatione ſequeſtro-
rum prædictorum, non tenebatur ſa-
tiſdare, niſi pro eorum ſublatione, &
qui comparuerant, & dicta ſequeſtra
fecerant, *ſecundum doctrinam Bar. in d. l. li-*

tibus

Digitized by Google

tibus, cum ſimil ſup. allegatis, vnde aliis creditoribus prodeſſe non poterat. Sed prædictis obeſſe videbatur *tex. in l. ſi vnus ff de bon. auth. iudic. poſſi.* vbi ſi vnus
13 ex creditoribus poſtulet in bona debitoris ſe mitti, & immittatur, non ipſe ſolus qui petit, ſed alii creditores non petentes, immiſſi dicuntur, & ideo im-
14 miſſio vnius cæteris prodeſt, *& ad idem fuit allegatus tex. in l. fin. C. eod. & Hiero. Papon. conſil. 75. n. 19.* quæ iura procedere etiam immiſſione vigore pignoris iu-
15 dicialis *dixit poſt glo. & alios, Fan. de pignor. par. 4 memb 2. ſub n. 10. col 2. in princ.* Item faciebat, quia ſtante fideiuſſione, pe-
16 cuniæ ſic traditæ dicebantur extare, ac ſi eſſent penes depoſitarium, & ſic ad fauorem aliorum creditorum intereſſe habentium ſuper ipſis pecuniis, *ad tex. in l. procuratores. § plane, ff. de tribu. actio. & ex multis affirmarunt Vincent. de Franch. deciſ 75. n. 9 & deciſ. 200. ſub n 4 & num. 22. Lanar. conſ. 56. num 4. Aloyſ de Leo. in l. pecunia, nu. 3. C. de priuileg. fiſc. Vrſil. ad Affl. deciſ. 190. circa medium, Strach. de decoct. par. vlt. numer. 37. Vincent. de Ann. ſingul. 337. bene Maſcul. ad Capic. deciſ. 78 ſub nu. 1. & ibidem Proper. Petr. in 1. addit. & vltra prædictos Muſcatel. in praxi. fideiuſ. part. 1. modo 16. num. 3.* Nec Bald. ſupra allegatus indu-
17 ci poterat in caſu prędicto, quandoquidem in caſu ſuo ſatiſdatio prodeſſet aliis non immiſſis, unde ſequeretur quod fideiuſſor, qui ſatiſdederat in centum, quæ debebantur creditori immiſſo, obligatus eſſet in mille, vel alia maiori quantitate creditoribus non immiſſis in debita, quod non poterat cadere in caſu de quo agebatur, in quo nihil vltra id, quod præſtiterat petebatur.

Cauſa pluries diſcuſſa in Conſiſtorio, abſolutus fuit fideiuſſor, confirmando ſententiam M R. C. de menſe Ianuarii 1608. & ad contraria dicebatur, quod exequutio parata competens ex vi fideiuſſionis, procedebat reſpectu illorũ creditorum, ad quorum inſtantiã pecuniæ fuerant ſequeſtratæ, & pro quorum ſublatione, præſtita fuerat fideiuſſio, & nõ quoad alias perſonas ibi non nominatas, clauſula illa generalis de reſtituẽdo ad omne mandatum aliquid operari videbatur, quia erat reſtricta ad dictam cauſam ſequeſtrorum, cum niſi illa adfuiſſent, non fuiſſet opus aliquo iudicis mãdato pro conſequutione ipſarum pecuniarũ, &
18 fideiuſſio habebat relationẽ ad mandatum expeditum per Iudicem, & ſic ad cauſam ibi expreſſam ſtipulata dicebatur, *vt tradit Eugen. in d. conſ num. 47. & ſequen. Hieron. Gabriel. conſ. 181. nu. 4 lib. 1.*
19 *vbi latè*, nec obſtabant iura illa, *in l. ſi vnus. & l. fi. C. de bon. auth. iud. poſ.* quod vno ex creditoribus immiſſo in bonis debitoris, cæteri cenſentur immiſſi. nam diuerſa ratio militabat in fideiuſſione, quæ eſt ſtricti iuris, & non extenditur de perſona ad perſonã, nec de caſu ad caſum, idque magis, vt poſſit procedi via exequutiua ad inſtantiam non no-
20 minati in fideiuſſione; rurſus cautio peti debebat, & non petita, non præſtatur. *Gail pract. obſerua. 46. num. 9.* vnde non poterat prodeſſe creditoribus, ad quorum inſtantiam non fuerat inſtatum vt præſtaretur. Præterea nõ obſtabat, quod ſtante fideiuſſione, prædictæ
21 pecuniæ dicebãtur extare *ex Franc. Ann. Lunar. & cæteris*, etenĩ doctrinæ præallegatæ

gatæ procedebant in concurſu creditorum, vbi pecuniæ ſoluuntur vni ex creditoribus, & fideiuſſio præſtatur generaliter cui, quando, & quibus, & ſic reſpectu omnium creditorum, & ita ſequuntur *Maſ. Franch. præcipuè deciſ.*
22 *272.num.9.in fin. Anna, & alij d.l.* vel in debitore decocto, nam ſi veniant aliqui creditores petentes ſibi ſolui, non debent eis tradi, niſi præſtita cautione, ſi apparebunt alij creditores, *vt dixi Paul. Caſtrenſ. in d.l.2.§.ſi plures, quæſt.6. ff. de tributa. actio. & Strach. allegatum*, & eſt videndus *Salicet. in l.pecuniam quam, C. de*
23 *priuil. fiſc.* vbi agitur ex cautione, quando illa fuit præſtita in caſu, quo aliquis priuilegiatus veniret. Dicebatur etiam, quod prædictæ deciſiones proce-
24 derent, quando pecuniæ eſſent ſolutæ creditori, tunc quia fideiuſſio eſt præſtita, dicuntur extare, & poterit fideiuſſor cogi ac redepoſitandum ad inſtantiam anterioris creditoris, ſecus quando ſoluerentur debitori ſtantibus ſequeſtris, tunc fideiuſſio præſtita pro tollendis ſequeſtris non prodeſſet aliis creditoribus, ad quorum inſtantiam non fuerunt facta ſequeſtra, & in pri-
25 mo caſu loquebantur *Franc. Lanar. & alij*, *Nec text. in d l.procuratores, §.planè*, allegari merebatur in caſu propoſito, nam ibi ex illa actione omnes creditores debebant concurrere ſuper illis rebus, nec illi creditores (eſto, quod eorum pecunijs emptæ fuiſſent) habebant aliquod particulare priuilegium ſuper eis, cum ſibi non præcauiſſent cum expreſſa, & ſpeciali hypotheca, *iuxta terminos l.licet, C. qui potio. in pignor. habeant. Farinat. de pignor. 4 part. num 36.*
& demum non obſtabat intellectus
26 datus, *ad not. per Bald. in d.l. final.* quia licet ipſe loquatur in illis terminis, ratio tamen erat, quod ille debitor, qui voluerat purgare contumaciam, non tenebatur ſatiſdare, niſi pro eo; qui eum vocauerat ad iudicem, & ſic ratio reſpiciebat ipſum debitorem, non autem fideiuſſorem, & conſequenter idem dicendum erat in caſu de quo agebatur, vbi debitor non tenebatur præſtare, niſi pro creditoribus, qui pecunias ſequeſtrarunt, quibus ſublatis, vtiq; pro alijs cogi non poterat ad præſtandum, niſi illi tunc comparuiſſent.

SVMMARIVM.

1 *Vidua poteſt declinare forum Principis.*
2 *Sententia lata per Iudicem ordinarium poſt declinatam cauſam, eſt nulla.*
3 *Manus Iudicis ordinarij ſunt ligatæ poſt declinatoriam.*
4 *Declinatio Iudicis æquiparatur recuſationi.*
5 *Sententia lata pendente recuſatione eſt nulla.*
6 *Acta facta pendente aduocatione ſunt nulla, amplia num.7.*
8 *Virgo poteſt declinare forum Principis, amplia num 9. & 10.*
11 *Iuramentum præſtari debet per Viduam declinantem forum Principis, quod perhorreſcat potentiam aduerſarij.*
Et præſtatur à tutore pro pupillo, num.12.
Vel à procuratore generali, ibidem.
Limita in Regno, num.13.
14 *Vidua non poteſt declinare forum Principis, Vbi Curia ordinarij haberet priuilegium in contrarium.*
15 *Princeps poteſt derogare priuilegio de iure communi conceſſo.*

ARGVMENTVM.

Sententia lata, pendente declinatoria fori, an ſit nulla?

DECISIO CXXVII.

1 VIdua poteſt declinare forum Principis, ad *tex. in l. vnica, C. quando Imperat. inter pupil. & extat. Conſt. Regni, Statuimus de offic. Magiſ. Iuſtit.* in tantum
2 quod ſententia inde ſecuta per iudicem ordinarium redditur ipſo iure nulla, *vt determinat And. in conſtit. ſi quis noſtrorum, verb. recepto termino, Vincen. de Franch. deciſ. 294.* ſubdens, quod acta facta per Iudicem declinatum fuerunt nulla declarata, manus enim Iudicis
3 ordinarii dicuntur ligatæ, & proinde quidquid agit, nulliter agit, idem dixit *Coſin. Nep ſuper Conſuetud. Catin. tit. 2. notab. 3. n. 26. &* ita obtinuiſſe teſtatur *Do. Maur. Burg. de Laudem. par. 3 inſpe. 4. num. 21.* & facit *ſecundum Gloſ. & Bart. in dicta*
4 *l. vnica*, quod declinare Iudicem ordinarium, idem eſt ac eum recuſare, at tamen communis eſt concluſio, quod Iudex propoſita recuſatione dicitur ligatus, & ſententia per eum lata eſt i-
5 pſo iure nulla *Lancell. tit. de attenta. recuſat. penden. per totum, Caualc. deciſ. 28. nu. 12. par. 3. Burſat. conſ. 21. nu. 21. cum ſequ. & bene, Marcheſ. in praxi. tit. de aduocat. cauſa. par. 2. c. 4. fol. 474.* vbi ponit declinatoriam inter auocationes cauſarum, & poteſt dici, quod ſit auocatio legalis facta per Principes vigore dictæ legis, eoq;
6 admiſſo inferebatur, quod acta facta ea pendente, erant nulla, *Lancellot. de attenta. tit. 10. per totum, vbi num 27.* ampliat
7 ſufficere, quod Iudex de auocatione notitiam habeat, & fuit pluries iudica-
8 tum in noſtris Tribunalibus, idq; paſſim admiſimus etiam in Virgine, *ſecundum And. in d. conſt ſtatuimus, de off. Magiſt. Iuſtitia. vbi etiam Afflict. quæſtio. 8.* dum ait quod de hoc amplius in Regno non dubitatur, & de communi teſtatur *Vincent. de Franc. deciſ. 100.* qui refert ita fuiſſe pluries iudicatum in Sacro Conſilio, *Viui. deciſ. 65. num. 5. Cumi. ſuper Rit. 38. num 40. Muſcatel. in ſua prax. verb. & com-*
9 *petentem, num. 71.* & procedit nulla habita diſtinctione, an habeat animum perpetuo in virginitate permanendi, prout ſunt ſanctimoniales, an vero nubendi. *ſecundum D. Carol. Tap. in d. conſtitu. ſtatuimus, n. 27.* vbi ampliat, etiamſi eſſet
10 deſponſata per verba de futuro, *vt dixit And. in præallegato loco, verſ. item quid ſi vidua*, qui licet videatur in contrariam partem inclinare, quando eſſet deſpõſata per verba de præſenti, etſi concluſionem non diſputet, ſed diſputabilem dicat, *quem ibi ſequitur Afflict. n. 30.* tamen expreſſe tenuit *D. Tap. vbi ſupra*; cũ vel per obitum viri, vel ob alias cauſas poſſit matrimonium diſſolui, ſicuti per ingreſſum religionis, vt ibi per eum, qui multas congerit ampliationes, & limitationes: Eſt tamen aduertendum, quod ex diſpoſitione d. conſtit. beneficium prædictum non com-
11 petit, niſi iurauerit perhorreſcere potentiam aduerſarii: ibi (corporali præſtito ſacramento, &c.) *& dixit Theſſaur. deciſ. 177. n. 13. poſt Carauit. ſuper Rit. 219. &* limitando tradit *D. Tapp. n 32.* ſubdens,
12 quod tale iuramentum præſtatur à tutore pro pupillo, vel per procuratorem generalem cum libera, *ſecundum Afflict. ibi, num. 37.* & practicari in S. Conſi. teſtatur *Franch. deciſ. 257.* licet in Re-
13 gno noſtro hoc non ſeruetur, ſed indiſtincte emanent literæ declinatoriæ fori à M. C. & ſecundum prædicta

M fuit

uit iudicatum in Conſiſtorio, decla-
14 rando ſententiam nullam: licet quando Curia inferior haberet ſuper hoc priuilegium particulare, prout in Regno quamplures habent, tunc declinatoria non admitteretur, vt tradit *Afflict. in d. conſti. ſtatuimus, num. 15. Rebuff. in conſti. Galli. tit. de ſent. proui. art. 3. gloſſ. vlt. Vincen. de Franch. deciſ. 187. & 192.* po-
15 teſt enim Princeps derogare priuilegio per ipſum, vel per legem communem conceſſo, vt late oſtendit *D. Carol. Tapp. in l. fina. ff. de conſtit. Princ. in 2 pat. ca. 9* & ita pluries fuit iudicatum, & ego iudicaui pro Curia Straticotiali Ciuitatis Meſſanæ.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteutica res non poteſt alienari in eccleſiam, & num. 2. & 3 amplia ſtante pacto num 4.*
5 *Pactum, quod res emphiteutica non poſſit alienari in eccleſiam, & alias perſonas potentiores, validum eſt.*
6 *Pactum quod res emphiteutica non alienetur in eccleſiam, non eſt contra libertatem eccleſiaſticam.*
7 *Dominus in conceſſione rei ſua poteſt quacunque pacta apponere.*
8 *Emphiteuſis incidit in commiſſum ob pacta non ſeruata.*
9 *Caducitas non dicitur pœna.*
10 *Alienatio in eccleſiam de iure communi non eſt prohibita.*
11 *Alienatio in eccleſiam eſt prohibita per pactum, intellige num. 13.*
12 *Legatum rei emphiteutica factum eccleſia valet, non obſtante prohibitione.*
14 *Eccleſia quando dicatur laico potentior ad acquirendam emphiteuſin.*
15 *Eccleſia nunquam moritur.*
16 *Extranei comprehenduntur in conceſſione facta pro ſe, & hæredibus,*
17 *Emphiteuſis per viam inſtitutionis transfertur in eccleſiam.*
18 *Emphiteuſis cum legatur eccleſia ei debetur æſtimatio.*

ARGVMENTVM.

Emphyteuſis donata Eccleſiæ, an incidat in commiſſum, & quando debeatur extimatio.

DECISIO CXXVIII.

1 EMphyteutica res non poteſt alienari in Eccleſiam, tum quia poten-
2 tior perſona dicitur, *ſecundum Menoch. conſil. 216. ſub numer. 34. volum 3. Clar. in §.*
3 *emphiteuſis. quæſtio. 22.* tum etiam quia conditio domini efficeretur deterior, nulla enim ſpes rel&a foret dominis directis re emphiteutica ad eccleſiam deuoluta circa laudemia, ex quo Eccleſia nunquam moritur, *adnot. per Doct. in l. fin. C. de iur. emphiteu. & in l. ſi ita quis premiſerit. vbi Iaſon. expreſſe num. 11 & §. ea lege. de verbo. obligatio Bald. in cap. primo n. 3. de alien. feud Alexand. conſ 9. num. 5. lib. 3.* de communi teſtatur *Alexand. in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus poſt numer. 36. verſicul. non obſtat quod emphiteuſis, ff de damn. infect Iaſon. in d. l. fin. numer. 90. & 97. vbi di-cit* quod ita concludunt communiter Doct. *Grat. conſ. 80. num. 2. lib. 1. Rimin. iun. conſ 368 per totum. volum. 4. Cannet. in c. volentes. verb. reſtringitur etiam. num. 20. fol. (mihi) 182 Clar. in § emphiteuſis. quæſtio. 15. & 22.* de magis communi teſtatur *Rui. conſ. 143. num. 10. cum ſequen. volum. 1. Cerbol. de iur. emphiteu. tit. de cau. priuat. ob alien. amplia. 12. num. 2 & melius amplia 10. per totum. Burſat. conſ. 199. num. 12. volum. 2. Anguiſciol. conſ. 6. in princip. Guliem. Benedict. in capit. Raynutius. verb. & vxorem. num. 8. fol. 91. Anto. de Butr. conſil. 23. numer. 3.*
4 *vbi etiam in addit.* & maxime ſtante pacto

Digitized by Google

4 pacto expreſſe adiici ſolito in inſtrumentis emphiteuticis, vt nō poſſit res in Eccleſiam, fiſcum, & ſimiles aliena-
5 ri, quod quidem validum eſſe tradiderunt *Doc. omnes præallega. & præcipue Hippo. Rimin. d. conſ. 366. num. 52. Mandel. conſil. 194. num. 3. vol 2 Cannet. vbi ſupra* ſubdens
6 quod per tale pactum aliquid non eſt ſtatutum contra eccleſiaſticam libertatem, nam reſpicit dominum, & emphyteutam prohibendo, & præcipiendo, ne in Eccleſiam alienet, quod principale intentum domini eſt attendendum, ideoq; nil fit principaliter contra Eccleſiam, ſed eſt quædam cautela domini ſibi proſpicientis, ibiq; adducit ad hoc *Afflict. & alios, imo ſecundum Iaſ. in dicta l. ſi quis, §. ea lege, colum. 4.* cenſetur rationabilis prohibitio propter infinita priuilegia Eccleſiæ competentia, quem ſequitur *Mandel. dicto conſil. 194. ſub num. 3.* vnicuique enim licitum
7 eſt in conceſſione rei ſuæ ad emphyteuſin apponere illam legem, illaſque conditiones, & pacta ſibi bene uiſa, §. *adeo, inſtitu. locat. vbi omnes, l. fin. C. de pact. inter empt. & vend. Mart. de iuriſd. part. 4. cap. 6 num. 14 & 35. Velaſc. de iur. emphyt. q. 4. num. 3. Vegg. conſ. 7. numero 4.* In tantum quod propter inobſeruantiam pacto-
8 rum prædictorum, res emphyteutica cadit in commiſſum, & ad dominum directum deuoluitur *Doct. omnes, vbi expreſſe Iaſon. qui dicit notandum, & vtile in l. prima. num. 11. C. de iur. emphyteu. latiſsime, Surd. deciſ. 180. num. 1. poſt Bal in l. fin. in vlt. notab. in ſecunda lectu. C. eod. Ruin. conſil. 110. num. primo, & conſil 167. numer. 18 volum. 1. Milan. deciſ 17. num. 68. lib. 2 Roſ. conſil. 253. n. 11. & 12. lib. 3.* qui poſt eundem Bal. ibi allegatum, ſubdit ius emphyteuticum
9 fragile reputari, & amitti, & quod caducitas ex pactorum inobſeruantia incurſa non dicitur pœna, ſed delictum iuxta naturam contractus, *ad idem Hippol. Rim. conſ. 827. num. 1. vol. 7. Magon. deciſ. Florenti. 145. nu. 12.*

At in contrariū dictum fuit, quod de Iure communi non videtur expreſ-
10 ſe prohibita alienatio rei emphyteuticæ in Eccleſiam *Imol. in l. ſi finita, §. de vectigalibus. nu. 54. verſ. ſed poſſ. ff. de dam. inf.* & licet ſit hoc diſpoſitum in perſonas prohibitas, *ad text. in l. fin. C. de iur.*
11 *emphyte. & capit. poſuit, extra de loc.* hoc tamen procedit, *ſecundum Ioann. And. in d. cap. poſuit,* in prohibitione facta per pactum appoſitum in contractu emphyteutico, vel per conſuetudinem, prout etiam ibi intelligit Imol. & ſic vbi non adeſſet expreſſe pactitatū, vtiq; eccle-
12 ſia ſemper admitteretur, eoque magis, vbi fieret per viam legati, ſiue donationis pro Deo, & anima, & ſic fauore piæ cauſæ, quia non obſtante prohibitione valeret, *ſecundum Bald. in authen. res quæ, C. commu. de lega. vbi Iaſ. & Corn. Rom. conſ 297. n. 443. item Bal in l. fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. Iaſ. & Bald. in l. ſi maritus, §. conceſſa, ff. de donat. int. vir. Tiraqu. de priuileg. piæ cauſæ, priuileg. 102.* & licet ſint aliqui Doct. tenentes contrariū etiam in cauſa pia, de quibus per Doct. præalleg. nihilominus multi ſunt Docto. in cōtrarium p Eccleſia *vt eſt Bal in d. l. ſi maritus, §. conceſſa, Iaſ. & Tiraq. in præalleg. loco, Rom. conſ 267.* maxime attenta æquitate canonica, vt in feudis dixerūt, *Mozz. in rubr. de nat. feu. n. 84 in fi. Mandoſ. ad Rom. conſ. 199.* q teſtatur hanc eſſe cōmunem opi-

 nio-

nionem,& pariter de communi refert, *Burſat.conſil.127 num.44.Pern.in primo notat.feud.n.53.* & in terminis,quod etiam ſtante prędicto pacto alienatio rei emphyteuticæ in Eccleſiam ſit valida tenuit, *Menoch.in d.conſ.216.num.38.* vbi inquit,Doct.relatos procedere, quando alienatio fieret in Eccleſiam, quæ ha-
13 beret poteſtatem contra eum, cuius res alienantur,ſecus ſi non eſſet illi Eccleſiæ ſuppoſitus,vt declarat *Roman.in*
14 *conſ.518.nu.5.* dum reſpondet Eccleſiam particularem non cenſeri laico potentiorem, niſi habeat poteſtatem ſuper eum, contra quem fit ceſſio, & ad hoc allegat,*Innoc.Hoſtien.& Specul.& ſequitur Ioan.Iacob.de Leonard.inter conſil. Brun.114. num.349. Grat.d.conſ.80.num.9.lib.1. Rot.in deci.1.n.1.verſ.præterea,tit.de alien.iud.mut. cau.fact.in nouis, Iaſ in l.1.C. de his, quæ poß. nomi.Gomez.in comment.ad regul.cancell.de ſubrog.collat.quæſt.1.*

Hinc ceſſare dicebatur, *ſecundum Menoch.in d.conſ.216.* quod Eccleſia eſſet difficilis conuentionis, & quod nun-
15 quam moritur, quia procederet in Eccleſia non habente vaſallos,& quando conceſſio eſſet facta pro ſe, & hæredi-
16 bus, in qua comprehenduntur etiam extranei vſq; in infinitum,vnde ſequeretur, quod nullo vnquam tempore, etiam in iſto caſu poſſent reuerti ad proprietarium, quia nemo decedit ſine hærede,& ſic ceſſaret obiectum etiamſi non eſſet Eccleſia. *Alex. in d. conſil. 120. num.4.* & in eiſdem terminis addit *Anchoran.in conſil.166. incip. in nomine Saluatoris*, Nec obſtabat *conſil.Burſat.* quia procedebat in emphyteuſi Eccleſiæ, item in emphyteuſi finitura, & in Eccleſia potentiſſima, prout etiam erat
17 caſus, *Anguiſc. in d. conſ.6.* & in inſtitutione vniuerſali videbatur hoc magis clarum, *ex Iaſon. in l ſi quis ita promiſerit, num.14.cum ſequent.& n 18.ff.de verb. oblig. vbi alij ſcribentes.Peregr.de fideicom. art.28. num.69.*

His diſcuſſis, vt verum fatear,prima opinio de iure erat verior, per rationes,& authoritates prædictas, ſed de æquitate quando emphyteuſis non eſſet eccleſiaſtica,ſemper tenerem deberi ſaltem extimationem, ſecundum
18 quam iudicaſſem, niſi cauſa fuiſſet per partes concordata, quia etſi Eccleſia non poſſit acquirere retinendo pro ſe, tamen quantum ad hoc, vt in Eccleſiam transferatur, & ipſa alteri idoneo vendat, hoc non eſt prohibitum, *ſecundum Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua. verſ.117.nu.143.* dum ait conſuetudinem eſſe, vt Eccleſia vendat infra annum *Ioan.And.Imol.Butrig. Barba.Abb. & Cardinal.in d.cap.poſuit,extra de loca. Alex. optim. in d.conſ.120 num.4. vol.1.* ſubdens ita ſeruari *Afflict.in c.1.§ præterea ducatus: nu.90. de prohib.feu.alien.per Feder.Menoch.de præſumpt. lib.4.præſumpt.119. numer.8.& 9 & d conſ 216.ſub num.420. & Anch. in conſ.ult. num.9.verſ. item non obſtat. Iaſ.in l.3. nu 96. C.de iur.emphyt.Minad.in conſt.in aliquibus, rub.de ſucceß.feud.num 33.Petr.de Gregor.in Syntagm. iur. part.1.lib.6. cap.18. ſub num.1. Burſat. conſil. 199.ſub num. 37. & melius ſub num.47* vbi hoc intrepidè tenet, quando emphyteuſis non eſt eccleſiaſtica, ſed laici, & multos allegat dicentes eſſe communem, idem determinat *Clar.in §.emphyteuſis. quæſt.33. in fin. D. Mantic. de coniect.vlt.volunt.lib.9.tit.11. latè in materia*

feudorum

Digitized by Google

feudorum. D. de Pont. in conſ. 86. & 88. vbi refert ita paſſim iudicatum fuiſſet. *Ioan. Vince. de Ann. alleg. 125. vbi add. & Dominic. de Anna in ſuo reſponſ. ſing. impreſſo poſt d. allegat.* & hoc idem arbitror, quod ſequi deberet quilibet bonus iudex, ſic enim agendo, eſſet omnibus conſultum, nempè proprietario, qui nihil perderet de iuribus ſuis, & reſpectu ipſius ceſſabant penitus omnes rationes, quæ pro eo adducebantur, & remanebat ipſe incolumis; Item erat conſultum Eccleſiæ, quæ ſaltem recipiebat extimationem, & demum erat conſultum donanti, quia eius pia diſpoſitio ſortiretur effectum, & ita audio fuiſſe determinatum per M. C. pro congregatione Beati Ioannis de Dios contra d. Franciſcum Vaſallo per tres doctiſſimos viros, qui eo tempore ibi reſidebant; licet in Conſiſtorio maior pars dominorum votaſſet contrarium: volui hæc apponere, vt æquiorem opinionem poſſit Iudex amplecti.

SVMMARIVM.

1 *Iudex eſt ſuſpectus ſi iudicauit in cauſa connexa, & num. 2.*
3 *Iudex qui iudicauit in cauſa ſimili eſt ſuſpectus, ratio num. 6.*
4 *Cauſa ſimilis, quando dicatur, & num 5.*
7 *Iudex præparantis eſt iudex cauſæ præparatæ, & num. 14.*
8 *Iudex qui iudicauit in præparatorijs, iudicat in meritorijs.*
9 *Iudex poſſeſſorij eſt iudex in cauſa petitorij.*
10 *Epiſcopus abſoluens à iuramento, cognoſcit ſuper reſciſſione contractus.*
11 *Pecuniola conceditur tribus requiſitis interuenientibus.*
12 *Iudex qui iudicauit ſuper pecuniola, non eſt ſuſpectus in cauſa meritorum.*
13 *Iudex pronuncians ſuper alimentis debitis filio, iudicat etiam ſuper filiatione.*
15 *Praxis Regni Siciliæ circa conceſſionem litterarum ſuper ſeſſorialium.*

ARGVMENTVM.

Iudex in articulo tangente aliquo modo merita cauſæ, an poſſit eſſe Iudex in ipſa cauſa deciſo articulo.

DECISIO CXXIX.

PEtita nullitate ſententiæ latæ per M. C. & obtentis literis ſuperſeſſorialibus à Tribunali Conſiſtorij, fuit dubitatum, ſi literæ prædictæ ſigillari debuiſſent, ſtante quod nullitas non videbatur bene fundata, & tandem diſcuſſo negotio fuit iudicatum, quod ſigillentur, pars ſuccumbens recuſauit
1 Iudices, vti ſuſpectos in articulo nullitatis, de cuius meritis cognouerant, tanquam in cauſa connexa, *ad not. per Abb. in c. poſtremo, de appellat. vbi addit. Ant. Franc. Peruſ. optimè ibi, in 2. colum. Aufrer. in tract. de recuſ. num. 14. Capic. deciſ. 140. nu. 2. Iaſon. in cap. irrefragabili, in penult. addit. de offic. ordin. quos refert & ſequitur Bertazol. conſil. 550. num. 3. in 2. vol. crim.* & cum eadem ratione moti fuerint ad decidendum in articulo, ita & pariter determinaſſent in cauſa nullitatis, prout in caſu propoſito euenerat, quia nullam ſententiam declarauerant, vnde eadem iuris ratio militabat in vtroque conne-
2 xorum, *gl. fin. in cap. præterea. de offic. deleg. Paul. de Caſtr. conſ. 259. in cauſa quæ vertitur. 1. colum. in ant. quis. Bal. in l. apertiſſimi, n. 6. C. de iudic. Iaſ. in l. ſed & ſi plures, §. filio, 1. colum. ff. de vulg. & pupill. Lanfran. de recuſat. num. 4. Menoch. conſ. 94. nu. 13. lib. 1. & conſ. 865. num. 17. lib 9.* prout dicitur in Iudice,
3 qui iudicauit in cauſa ſimili. *Aret. cō. 29.*

Digitized by Google

num.25. Capic.deciſ.146. Rebuff.de reuiſ.art.
4 9.num.42. Ceph.conſil.28. num.35. & 36. &
tamen ſimilis dici poterat cauſa prædicta, cum in vtraque eadem merita
diſputari debuerant, *ad text.in l.ſi quis*
cum totum, verſic. & quidem ita diffiniri poteſt, ff. de except.rei iudicat. & in his terminis tradit *ad Bertaz.d.conſil.550 verſic.*
accedit fortius. qui allegat Corn. conſil.126.
num.5. & per totum lib.4. Magon. deciſ. Flo-
5 *ren.3.num.19.cum ſequen.* & bene quando
ſunt præſentatæ eædem ſcripturæ, *Dec.*
6 *conſil.96. num.2.* & ſufficiebat, quod Iudex quoquomodo animi ſui opinionem aperiret, vt poſt alios dixit *Menoch.*
in conſ.94. num.13. quia præſumitur non aliter ſententiare debere, quam ſicut
aperuit animi ſui opinionem, vt dicunt relati Doct.

Conſiſtorium iudicauit cõtrarium, declarando Iudices non ſuſpectos ex
7 communi Theorica, quod Iudex præparantis eſt Iudex cauſæ præparatæ, *l.*
ordinarij, vbi gloſſ. & Doct. C. de rei vendi-
8 *cat.* & ſic Iudex, qui iudicat in præparatoriis, nempe in ſuperſedendo executioni, debet iudicare in cauſa principali meritorum nullitatis, & non alius. *ad tex.in l.minor 25.annorum.ff.de euictio.*ibi minor 25.annis vendit fundum Titio, & Titius Seio, minor dicit ſe circumſcriptum ex illa venditione, & agit contra Titium, & Seium, & obtinuit, Seius poſtulabat apud eundem prætorem virilem ſibi dari de euictione ſtipulationem, dubitatum, an poſſit agi coram eodem iudice, fuit deciſum, quod æquum erit per eundem Iudicem euictionem reſtitui, *& tex. in cap.1. de cauſ.poſſ. & propriet. Bald.in d.l.ordina-*
rij. Dec.in rubric.de iudic. extra num.8. in
1.lect. Maran.de ordin.iudic.part.4.diſtin.11.
num.14. Caſtr.in l.2.num.3.C. quomod. & apud quem. Alexand. & Iaſon in l.quoties, C. de iudic. Menoch. de Arbitr.caſu 321.numer 6. poſt alios Schrad.de feud part.20 ſect.4.num. 86.& 87. lib.2. Hinc infertur, quod Iu-
9 dices poſſeſſorij ſunt Iudices petitorij, *l.1.ff de quibus rebus ad eundem.gloſſ.Bar.Bal. & alij in l.nulli, C.de iudic. & l.ordinarij, vbi omnes, de rei vend. Alexand.conſil.58.num.7. lib.1. & conſil.63. lib 3. Curt. iun. conſil.152. num 8. & 9. Felin.in cap.ſuper litteris, num.19. de reſcript. Contard.in l.vnica, limita.2.n.10. C.de momen.poſſeſſ. Eugen.conſil.72.num 20. & 21. Amat.deciſ.15.num 24. & 25. Menoch. de arbitr.caſ 371.* vbi dicunt, quod in poſſeſſorio etiam fiunt probationes circa petitorium, vel ad confortandum poſſeſſorium, vel ad determinandum petitorium, & determinando prius poſſeſſorium, deinde eſt determinandum petitorium; Ad idem faciebat, quod ab
10 Epiſcopo, à quo petitur abſolutio à iuramento, ad declarandum vſurarium, vel ſimulatum contractum, cauſa cognita factis probationibus, ab eodem poterit determinari nullitas, & reſciſſio eiuſdem actus, *ſecundum Bald.in l.ordinarij, in 2.membr.C.de rei vendicat. Alexand. d.conſ 58.num 7 lib.1. & d.conſ.63 nu.1.lib.5. Marant.in Specul.par 4.diſt.11 num 14 Dec. in 1.rubr.in 5.lect.num.8. & ſequent. de iudic. Gerard.de Petraſan.ſing 78. Marſil.ſing.654. Caccialup.in l.omnes, ff.de iuſt.& iur.*

Confirmantur prædicta de eo, qui petit pecuniolam, quia ad eam obti-
11 nendam neceſſaria ſunt illa tria, diuitię conuenti, paupertas actoris, & aliquale ius, *ad text.in l.Imperatores ff.de tutel. &*
ratio

ratio.diſtrah. Milan. deciſ.17. libr.1. Petr. de Gregor. de iudic. cauſ. feudal. quæſt.22. cum reliquis per me ibi additis, & tamen
12 non eſt ſuſpectus Iudex in cauſa meritorum, ſi iudicauit ſuper pecuniola,& ſic cognouit de iuſtitia meritorum,
13 prout etiam dicitur, quod pronuncians in fauorem illius, qui ſe filium dicebat ſuper alimentis, non prohibetur inde pronunciare in meritis etiam ſuper filiatione, *ad text. in l. ſi quis à liberis, § ſi parentes, ff. de liber. agnoſcend. l penul. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.* & prædictorum ratio erat. quia vnumquodq; tendit ad ſuum finem, & principium vnius non eſt principium alterius,& finis vnius non eſt finis alterius, ſed vnumquodque tendit ad diuerſum finem; & ad diuerſam determinationem,
14 vt de præparatorio ad præparatum dixit optimè *Paul. de Caſtr. conſil. 43. num.4. lib.1.* qui omnino videndus erit, ſi caſus euenerit.

15 His omnibus accedebat praxis inueterata, quam ſemper vidi ſeruatam in ſupremis noſtris Tribunalibus, & maximè in Conſiſtorio, vbi frequentiſſime emanant literæ ſuperſeſſoriales ſtantibus ſcripturis, ad effectum ſuper nullitate ſententiæ latæ, quia iidem Iudices, nedum ſuper ſigillatione literarum, ſed etiam ſuper meritis cognouerunt, per prædicta, ſufficit enim ad eas concedendas, quod prima facie, & in tantum conſtet de fumo nullitatis, *ad not. per Surd. conſ.324. num.8. vol.4.*

SVMMARIVM.

1 *Prioritas temporis ſeruatur in præcedentijs.*
2 *Epiſcopus vt Canonicus, non præcedit alios Canonicos antiquiores, & idem ſi ſit conſiliarius, num.3.*
4 *Conſiliarius in collegio non procedit alios collegiatos.*
5 *Princeps vt Senator non præcedit alios Senatores.*
6 *Canonicus antiquior præfertur Canonico Doctori.*
7 *Doctor non Sacerdos, non præfertur Sacerdoti non Doctori.*
8 *Dignitas ſacerdotalis maxima eſt, & nu.9.*
10 *Sacerdotes antiquiores præferuntur Doctoribus iunioribus ex conſuetudine.*
11 *Eccleſia Panormitana eſt Metropolis in Regno.*
12 *Ciuitates Regni regulantur ſecundum Metropolim.*
13 *Prioritas temporis non attenditur, vbi adeſt maioritas dignitatis.*
14 *Doctoratus eſt dignitas.*
15 *Doctor præcedit alios non Doctores.*
16 *Conſuetudo ſeruatur in materia præcedentia, & quanto tempore inducatur, n.17.*
18 *Dignior præfertur, data paritate temporis, & quis dicatur, num.19.*
20 *Canonicus ratione ſcientiæ vel nobilitatis dicitur maior altero*
21 *Canonicus Doctor præcedit alium non Doctorem. Amplia ex diſpoſit. Concil. Trid. num.22.*
23 *Officialium eadem die creatorum ille præfertur, qui prius erat doctoratus.*
Idem inter duos Duces, quia præfertur ille, qui fuerat prius Comes, ibidem.
24 *Canonicus ad honorem non dicitur verus canonicus.*
25 *Epiſcopus eſt miniſter canonum.*
26 *Epiſcopus non poteſt inſtituere, & creare canonicos, & num 32.*
27 *Canonici in herba qui ſint, nu. 28.29 & 30.*
31 *Canonici in herba non comprehenduntur ſub diſpoſitione loquente de canonicis.*
33 *Epiſcopus in capitulo, ſeu collegio debet ſedere poſt vltimam dignitatem.*
34 *Vicarius canonicus præcedit alios canonicos non exiſtentes in dignitate.*

ARGVMENTVM.

Canonicus Doctor an præferatur alteri Canonico non Doctori, & prius Sacerdoti?

DECI-

DECISIO CXXX.

FActa nominatione, decem, & octo Canonicorum per Illuſtriſſimum Archiepiſcopum Panormitanum in Eccleſi. Ciuitatis Termarum eiuſdem Diœceſis: orta fuit controuerſia, an vnus ex ipſis, qui erat Doctor, & Sacerdos præcedere deberet cæteros Canonicos non Doctores, antiquiores tamen in dignitate Sacerdotali? Et pro parte negatiua faciebat communis illa concluſio, quod in Capitulo, ſeu Collegio, vbi quis ſedet aliqua præditus dignitate, ſi illa aliunde competeret, nec ad capitulum, ſeu collegium conferret, tunc talis dignitas non attenditur, nec eſt in aliqua conſideratione, ſed inter collegiatos & de capitulo in ſedendo ſeruatur temporis prioritas,
1 quam firmauit *Decian. in conſil.* vbi dicit, quod quidam Prior, & Præpoſitus in quandam congregationem receptus, non præfertur aliis primo receptis, quia non ſtat ibi tanquam Prior, & Præpoſitus, ſed vti congregatus, ſicut
2 dicitur in Epiſcopo, qui ſi congregatur in Capitulo vt Canonicus, debet ſedere poſt Canonicos antea receptos, *cap. à collatione, de appellat. in 6. vbi Gemmi. & cæteri. Rebuff. de beneſi. titu. de vicar. Epiſc. num 28. Bolognet. in auth habita. C. ne fil pro patr. Purpu. in l. 1. nu. 190 & ſequen ff. de offic. e'us. &c. l. ſi prætor. num. 5 eod. titu. Menoch. conſ. 51. n. 43. Boer. in tracta. de author. Magni Conſ. num. 65 Ceph. conſ. 615. Cancer. va-*
3 *ria. reſol. lib. 3. c. 10. num. 117. &* idem ſi ſit Conſiliarius Principis, quia in conſilio tenebit locum, vt ſimplex conſiliarius; & non præcede antiquiores de conſilio. *Vinc. de Franch. deciſ. 138. & deciſ. 144. Frec. de ſub. ſeud. nu. 58. fol. mihi 95. Fab. de Anna conſ. 40. num. 36. & conſ. 122. num. 16.*
4 *cum ſeq. Io. And. de Georg. alleg. 35.* Eodem modo Conſiliarius in Collegio Doctorum nõ præcedet antiquiores collegiatos. *Purpura. d. num. 190. Fab. de Anna. d. conſ 122. n. 20. Menoch. conſ. 68. nu. 23. & ſeq.*
5 vbi etiam ponit de Principe Senatore, qui conſideratur vt ſenator, non autem vti Princeps, quia attenditur prioritas temporis, & non conſideratur dignitas Tituli. *Loffred. in cap. omnes fil j. tit. ſi de ſeud. de ſun milit. Io. And de Georg d. alleg. 35. nu. 10. Fab. de Anna d. conſ. 122. n. 17. & 32.* licet ſubdant hoc de cõſuetudine fuiſſe introductum, & in ſpecie, quod Ca-
6 nonicus antiquior perferatur Canonico Doctori dixit *Petr. Leander. de priuileg Doct. 3. par. quæſt. 4.* qui refert opinionem Card. pro Doctore, & ſubdit eam non ſeruari, nec ſeruatam vidiſſe, prout de tali obſeruantia teſtatur etiam *Boer. de author. Mag. Conſ. num. 63. Rebuff. in tracta. de nominat. quæſt. 21. nu. 6.* & magis in propoſito *Nauar. in conſ. 4. de maior. & obed. lib. 1. tom. 1.*

Secundo dicebatur pro Canonicis, quod tempore creationis canonico-
7 rum, ille Doctor non erat Sacerdos, & ſic non poterat præcedere alios Sacerdotes, qui maiorem dignitatem habebant, *ad tex. in cap. deniq; in verſ. dignitas, diſtin. 4. vbi Gemin. & in cap. 1 verſ. dignitas, de vit. & hone. cler. in 6. cap. ſedes, verſ. maiores, de reſcri. Lap. allega. 101. poſt n. 17.* in tan-
8 tum, quod ſacerdotalis dignitas maior eſt quacunq; ſæculari, *Bar. conſ. 180. quem ſequitur Iaſ. in l. generaliter, num. 6. de in ius voc. Tiraq de nobilit. capit. 9. n. 4. & Bart. de praſta. Card. par. 1. quæſt. 1.* & quod dignitati ſa-

Digitized by Google

ei ſacerdotali nulla alia dignitas ſit
comparanda, dixit *Ioann. de Vgo, de offic.*
quatu. prælat. verſ. quod Imperator, num. 1. &
Marquat. de Suſa, de celebr. Sacer. non abrog.
c. 5 num. 2. & multa de eius dignitate, &
præeminentia, ſcripſit *Reſtaur. Caſtal. de*
Imp. quæſt. 1. nu. 18. Alber. Rom. de Syndic. c. 6.
num. 19 Ioa. Caſſal. quæſt. 50. num. 18. Ludouic.
Bologn. de indulg. num. 31.

Et demum fuit pro hac parte alle-
10 gata conſuetudo illius ciuitatis, quod
Sacerdotes antiquiores præferuntur
Doctoribus iunioribus & paſſim ſer-
uari in pluribus locis Regni, & præci-
11 pue in hac cathedrali Eccleſia Panor.
quæ eſt Metropolis, à qua membra,
12 normam, regulamque accipere debe-
bant, *gloſs. in l. ex eo. ff. de poſtul Goz. ad. conſ.*
37. num. 2. Soc. ſen. conſ. 74. nu. 1. lib. 1. Menoch.
conſ. 122. num. 21. & 22.

Dicebatur ex parte Doctoris, quòd
13 in materia præcedentiæ prioritas tem-
poris attenditur, data paritate in reli-
quis, ſecus tamen vbi adeſſet maioritas
honoris, & dignitatis, quia illa reſpi-
cienda erat, *cap. Iſidorus diſt. 16. vbi Gemin.*
Card. in cap. quoniam, eadem diſtinct. Marſil.
conſ. 26 num. 55. & conſ. 27. num. 5. qui plures
allegat, Fab. de Anna. conſ. 40. num. 14. & ſeq.
& conſil. 122. nu. 4. & optimè Conſanguineus
meus Cyrus Maſtrillus, inter conſ. Fab. de An-
na. conſ. 136. num. 12. Doct. Marta, vot. 101. Ioa.
And. de Georg allegat. 35. in prin. qui oſten-
dit hanc concluſionem procedere de
iure canonico, & ciuili, & in praxi re-
14 fert multos caſus indeciſos, ideoque
cum doctoratus dignitas ſit, *ſecundum*
Abb. & alios. in c. propoſuiſti, nu. 20. de probat.
Viui latiſsimè, qui de communi teſtatur, tom.
4. commun. opin. lib. 10. tit. 9. c. 1. Menoch. conſ.
126. n. 7. lib. 2. D. Marchio de Pont. in conſil.
14. n. 42. Cyrus Maſtrill. vbi ſupra, & fecerit
ſuper hoc tractatum eruditiſsimus Muſcatell.
15 vbi ad ſaturitatem, vtique præferri de-
bebat ratione talis dignitatis alijs non
doctoribus, licet primo ordinatis.

Secundo faciebat quædam Conſti-
tutio *ex Synodo Diœceſana, in tit. de cantore,*
verſic. vt clericis quidem. Authore Don Cæſare
Marullo Archiepiſcopo Panormitano, de mã-
dato D.N. Sixti Quinti, à D. Cardinali
Carrafa reuiſa, & approbata de anno
1578. *ibi poſtremum ſacerdotes locum teneãt,*
& in hoc ſacræ Theologiæ Doctores, Decreto-
rumq; profeſſores iuxta ſuũ antiquitatis gra-
dum reliquis uti inferioribus ſint proponendi
in quibus clericorum gradibus ille Ec-
cleſiæ ordo hactenus religioſus ſerua-
tus, neutiquam erit violandus; & pau-
lo infra hoc idem ſeruandum mandat,
ſub ſuſpenſionis pœna, & quod talis
erat Conſuetudo Ciuitatis Termarum,
16 depoſuerunt decem & ſex teſtes iuran-
tes pro Doctoribus, quæ attendi debe-
bat in materia præcedentiæ, *Bald. in cap.*
cum olim, de Conſuet. Felin. in cap. cum liceat,
num. 2. de reſcript. Gramm. deciſ. 1. n. 49. Ang.
conſil. 111. Menoch. conſ. 51. num. 50. & conſ. 52.
lib. 1. Burſat. conſ. 343. num. 4. lib. 4. Anna d.
conſ. 49. num. 1. & ſeq. & conſ. 112. n. 2. Natt.
conſ. 367. & hæc conſuetudo inducitur
17 ſpatio decem annorum, etiamſi præ-
ter ius, ad ſummum quadraginta an-
norum, quando eſt contra ius, *Marſil.*
conſ. 26. num. 34. vbi de communi teſta-
tur cum cæteris relatis *per Ann. dicto conſ.*
40. nu 5. 6. & 7. & tamen in caſu, de quo
agebatur, probata fuerat à tempore,
cuius memoria non extabat.

Tertio confirmari videbantur præ-

prædicta: quia iſte Doctor fuerat connumeratus eodem die, & tempore de numero eorundem Canonicorum,
18 quo caſu ipſe præcedere debebat, *vt communiter Doct. omnes conueniunt, Boer. de auth. Mag. Conſ. n. 62. Nauar. dict. conſ. 4. de maior. & obed. lib. 1.* quia data paritate tẽ-
19 poris, ille dicitur dignior, qui plures habet, & maiores qualitates præcedendi, *Menoch. conſ 51. n. 31. lib. 1. & conſ. 126. lib. 2. D. de Pont. conſ. 14. n. 43. & ſeq. Vincent. de Franch. deciſ. 145. & 365. Burſat. conſ. 443. n. 16. lib. 4. Decia. conſ 84. n. 14. lib. 5 Anna d. conſ. 40. n. 14. & ſeq. & conſ. 122. n. 3. & conſ. 135. D. Cir. Maſtrill. d. conſil. 136. libr. 2. Ioan. And. de Georg. d. alleg. 35. n 16. & 20.* qui non ſolum admittunt, quando ex electis vltimus eodem die habet dignitatẽ doctoratus, ſed etiam attenta qualitate nobilitatis, ſenectutis, diuitiarum, vel quando eſſet creatus à digniori, quia data paritate temporis ratione ſcien-
20 tiæ, vel nobilitatis, canonicus dicitur maior altero, *Abb. in ca. quæſiuit, n. 2. de his quæ fiunt à maior. par. Capi. Dec. in l. cũ quid, nu 17. & 18. ff. ſi certum petat. Natt. d. conſil. 367. n. 39. lib 3 Anna d. conſ 122. n. 22.*

Quarto & fortius adducebatur,
21 quod Doctor Canonicus præcedit Canonicum non Doctorem etiam prius promotum, prout dicitur in Epiſcopo doctore, quia præcedit Epiſcopum nõ doctorem, vt in puncto, *poſt gloſ. in cap. placuit, alias Iſidorus diſtinct. 16. tradunt Gemin. & Card. ibi, & in cap. Epiſcopus, eadem diſtinctio. Petr. Leonard. de priuil. Doc. par. 3. quæſt. 4. Feli. in rub. de maio. & obedien. num. 2. vbi citat conſ. Bononien. poſt conſ. Zabarel. n. 26. Turrecrema. in cap. Epiſcopos, n. 2. & 6. & in capit. placuit, diſtinct. 17. qui reſpondet Nauarr. contrarium tenenti, Dec. d. l. cũ quid, numer. 28. à Pont. conſ. 14. num. 47. Anna d. conſ. 40. nu. 14. & ſeq & conſ. 123. nu. 5. & 6. Cirus Maſtrill. d. conſ. 136. nu. 55. lib. 2. D. Ioan.*
22 *And. de Georg. alleg. 35. num. 3. 9. & 12. quibus accedit ſeſſ. 24. in cap. 12. in verſ. hortatur, per Concil. Triden.* vbi præcipiendo hortatur in erigendis nouis Canonicis eſſe primo loco Doct. erigendos, & faciebant ad propoſitum dicta *per Vincent. de Franch. deciſ. 144.* qui concludit, quod ex
23 duobus officialibus eadem die creatis, ille præfertur, qui prius fuerat doctoratus & ſequitur *Doctor Marta d. voto 101. n. 6. & Fab. de Anna d. conſ. 40. num. 33.* qui omnes idem pariter admittunt inter duos Duces eadem die creatos, qui prius erat Comes, *ad text in l. prima, & ſecunda, ff. de albo ſcriben. & l. 1. C. de conſul. libro 12.*

Poſtrema dictũ fuit, quod aduerſarii non erant veri canonici, ſed tantum Sacerdotes, & non niſi merum nomen
24 Canonici habebant ex quo nominati fuerant in canonicos à D. Archiepiſco ad honorem ſine præbenda, ſine ſpe, ſine diſtributione, & ſine exercitio canonicatus, *vt per Extrauagantem Ioan. V. allegatam per Card. conſ. 126. incip. vacarat Canonicatus. Ioan. de Lignan. in proœ. clement. Abb. in ca. 1. de iudic. in fi. & tex. in cap. caute, 22. quæſt. 6.* imo ex defectu pote-
25 ſtatis, quia D. Archiepiſcopus tantum miniſter erat canonum, & non poterat in præiudicium alterius, alteri prodeſſe, *capit. 1. de ope. nou. nun. clem. 2. de elect. c. 1. 22. q. 2. Ioã. And. in c. 2 de loc. & cond. in 6. Iun. in c. ſuper his, de maior. & obed.* maxi me ſtante prohibitione D. N. Pauli V.
26 *ex motu proprio emanato in Ann. 1606. incip.*

ad

Digitized by Google

ad futuram rei memoriam conuenientia, & honeſtatis ad remouendos Canonicos Terra Caſtri, ibi: quia creatio, & inſtitutio hæc eſt per conſtitutiones, & iura prohibita, neq; de conſuetudine concedi ſolita ſine permiſſu facta, tum ratione fundationis, cum Archiepiſcopus in his, & ſimilibus ſine clerici aſſenſu nullam habeat creationis authoritatem, idque procedebat, etiam quod eſſent ca-
27 nonici cum ſpe ad præbendam, quia dicuntur in herbis, & ad rem, & non ſunt veri canonici, quia ſine præbenda eſſe non poſſunt, *gloſ. magiſtralis in c.1. de cleri. non reſid. in 6. in verb. receperit, verſ. credo. Hoſtien. in ca. ſuper ordinata, ſub num. 9. de præb. & dignit. & in c. conſtitutus, n. 10. de reſcr. Guliel. de Monte Laudun. in clemen. gratioſe, de reſcrip. n. 5. Abb. & additio ad eum, in c. in nostra, n. 2. de reſcr. Ant. Marſ. de reddit. eccleſ. c. 54. num. 13. Bellon. late, tom. 1. commun.*
28 *opin. 1. tit. 10. c. 1. n. 1. cum addit.* vbi quod eſt contrarietas dari canonicum ſine præbenda, *Rip. in c. cum M. Ferrarienſis, nu. 26. de conſtit. Alphonſ. Hoed. de incomp. beneſ. c. 12.*
29 *n. 5.* qui concludunt nec nomẽ habere poſſe ſine re, *ad tex. & gl. in c. ſi quis obiecerit, 1. q. 3. & tex. & gloſ. in c. relatum, de præben. in 6. ſin. Colleg. Bonon. poſt conſ. Zab. n. 61.*
30 *& 62.* ſubdens, quod priuilegium Canonicatus, vel alterius nihil aliud operatur, niſi nominari poſſe tales, ſed nõ vti tales releuari poſſe, etiamſi à Sũmo Pontifice, ita ad honorem nominati fuiſſent, exemplo clericorum primitiuæ Eccleſiæ ad honorem nomiuatorũ ex priuilegio, & concludit ex tali priuilegio non poſſe præcedere clericos S. Auguſtini, & affert exemplũ Clericorum Rauen. qui ad honorem vocantur Cardinales, & alii vocantur ordinarii, non tamen ſunt tales, nec vti tales releuare, niſi tantum in nomine, ſicut & Rex ſcachorum reſpectu Regũ, in tantum quod quando in Iure ſit mentio
31 de Canonicis, loquitur, vel de Cathedralibus, vel de collegiatis, cum præbenda, & ſic de propriis, & veris canonicis, non autem de canonicis honorariis ſine effectu, & exercitio canonicatus, *Patia. de probat. li. 2. c. 26. n. 13. & 17.*

Conſiſtorium ex prædictis declarauit Doctorem Canonicum præcedere, confirmando ſententiam Regiæ Monarchiæ. fuit enim habitum pro vero,
32 quod iſti non erant veri canonici, prout ita fuit poſt hæc ſcripta declaratum per Sanctiſſimum Pontificem, & conſuetudinem Ciuitatis Termarum eſſe pro Doctore, per depoſitiones plurium teſtium, & præcipue ex octo Sacerdotibus de eodem Clero, qui liti ceſſerant in hoc iudicio, aſſerentes doctores ſemper præceſſiſſe, quinimo nedum Doctores habuiſſe prærogatiuam præcedentiæ, verum etiam vltra æqualem portionem, etiam & aliam dari de præſenti pro dignitate Doctoratus. Et ad contraria dictũ fuit, quod præſuppoſito facto prædicto, ſatis liquerat Doctorem præferendum eſſe non doctori, tam de iure communi, quam ex conſuetudine, ex latè ſupra diſcuſſis: & conſuetudo ex aduerſo allegata, licet vera fuerit Eccleſia Metropolitana, tamen eandem ſeruari in Ciuitate Termarum in facto non apparebat, ſed contrariam, vt ſupra latiſ-
33 ſime oſtenſum fuit. Non tamen omittam dicere, quod Epiſcopus ſedens in capitulo, ſeu collegio non debet

Digitized by Google

ſedere poſt Canicos, ſed poſt vltimam dignitatem, *per glo. in d. cap. à collatione, in verb. prælatus, Panormit. in cap. poſtulaſti, n. 8. de conceſſ. præbend. & ita ſeruatum fuiſſe refert Vincent. de Fran. deciſ. 138. num. 4. Fab. de Anna. d. conſ. 122. num. 19 21. & 30. D. de Pont. conſ. 14. num. 50. & 65. Ioan. And. de Georg. d.*
34 *alleg. 35. num. 9. & in Vicario Canonico concludit Doct. Marta. vot. 101. vbi ſubdit ita ſe ſubſcripſiſſe maiorem partem de collegio.*

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ omnes in Regno ſunt ſummariæ.*
2 *Litis conteſtatio requiritur in cauſis feudalibus.*
3 *Litis conteſtatio in cauſa Vxoris, an fieri poſſit per maritum.*
4 *Maritus poteſt citari pro Vxore, lite conteſtata, & num. 5.*
6 *Litis conteſtatio fieri poteſt per procuratorem.*
7 *Proceſſus abſq; litis conteſtatione eſt nullus.*
8 *Sententia non poteſt fieri, Vbi lis non fuerit conteſtata.*
9 *Malæfidei poſſeſſor fit à die litis conteſtationis.*
10 *Iudex in executione ſententiæ latæ coram laico, in cauſa Monaſterij, an ſit eccleſiaſticus.*
11 *Repertus in Vrbe, conuenitur coram Iudice Vrbis, limita ibidem, & num. 12. & 13. contra num. 23.*
14 *Maritus poteſt comparere pro cauſa Vxoris, & litem conteſtare, nu. 15. amplia n. 16.*
17 *Maritus eſt legitimus procurator Vxoris, non è contra.*
18 *Vxor quando cenſeatur ratificare iudicium factum per maritum.*
19 *Dominus quando cenſeatur ratificare iudicium factum per procuratorem.*
20 *Ratificatio tacita retrotrahitur.*
21 *Clericus ſuccedens laico cepto iudicio, non declinat forum, amplia in cauſa feudali, num. 22.*

ARGVMENTVM.

Litis conteſtatio an requiratur in cauſis ſummarijs, & quid in feudalibus; & an fieri poſſit per maritum in cauſa vxoris.

DECISIO CXXXI.

OEconomus, & Procurator Monaſterij Sancti Benedicti Ciuitat. Montis Regalis, conuentus per viam ſchedulæ condemnatoriæ ſuper reſtitutione fructuum perceptorum à die litis conteſtatæ, in quibus fuerat condemnatus per ſententiam reintegrationis aquarum, latam in fauorem Baronis, & Baroniſſæ Raxali, dicebat minimè ad eos teneri poſſe, quia lis nunquam fuerat conteſtata, vt in proceſſu apparebat, & licet per pragmaticam
1 Regni, cauſę omnes ſint ſummariæ, ſola facti veritate inſpecta, in quibus lis non cōteſtatur, tamen, quia cauſa erat feudalis, & expreſsè reſeruata per aliā pragmaticam cauſam, editam de anno
2 1579. litis conteſtatio omnino neceſſaria erat, quia remanſerat iuxta formam Ritus, *ad not. per Petr. de Gregor. in tract. de iudic. cauſ. feud. queſt. 43. num. 4. ſequitur D. Corſett. in queſt. forenſ. 11. lib. 2. vbi allegat Bart. Bal. Corn. & Maran. communem dixit Muta. poſt Prouinz. Cumian. & alios in conſuet. 2. Panorm. n. 5. Troiſ. ſuper Rit. Neap. cap. 50. Capic. deciſ. 180. n. 4. Odoffred. in ſumma, in titul. vtrum in cauſis feudalibus debeat dari libellus,* nec obſtabat conteſtatio fa-
3 cta per maritum, quia Molendinum cum aquis, de quarum fructibus agebatur, erat vxoris, *ad text. in l. 1. C. de litis conteſtat. & ibi Bart. nu. 3. Specul. in §. 2. verſ. quid ſi in libello, in tit. de lit. conteſtat. & ibi etiam in addit. verſic. licet perſona. Maran. de ordi.*

Digitized by Google

ordin.iud.par.6.in tit.de lit.conteſta.num.5. *& 8.Aſin.in tit.de lit.conteſt.§.17.c.2.n.1.& optime Guid.Pap.deciſ.445.poſt Iacob.Aret. quem ipſe allegat*; *Mat.in conſuet.Panor.So. n.3.* vbi dicit, quod maritus poſſet citari pro vxore, & comparere in iudicio, lite
4 tamen conteſtata cum vxore, quia agi-
5 tur de magno præiudicio vxoris, & nõ ſufficit citatio facta viro, *Bart. in §. aut ſi forte. infra allegandus*, niſi per procura-
6 torem fuerit lis conteſtata, *ad text. in l. procurator, C. de procur. & ibi Bart. Paul. de Caſtr. Alex. & communiter DD. d. de Pont. conſ.31.ſub num.11. verſ. quoad Duciſſam ſpinellam*, vbi ait nihil intereſſe, ſi mandatum ſit hominis, vel legis. In tantum quod deficiente litis conteſtatione,
7 proceſſus eſt ipſo iure nullus, & vitiatur, *gloſ. in cap. dudum. ill. ſecunda. de elect. Bart. & alij Scribentes, in l.prolatam, C. de ſenten. Cardi. in clemen. ſæpe, in 4. oppoſit. de uerbo ſign. Bal. in c.1.col.1. extra, de lit.conteſt. Cancer.lib.3.varia.reſol.cap.16.n.1. Maran. de lit.cont. num.1. & communem refert Aſin. in tit. de litis conteſt.§.17.cap.4.num.1.2.& 3.* adeo quod non poterat deueniri ad
8 ſententiam diffinitiuam, *ad tex. in l.fi.§. illud, ff. de tempo. appel. Iaſ. in l. admonendi, ff. de iureiur. in 2. lectu. n.76.& 77. & ibi Paul. de Caſtr. Maran. in loco allega. num. 15. verſ. quia operatur*, & conſequenter, nec eti-
9 am cogi ad fructus; cum in mala fide conſtitutus non fuerit, *vt notanter tradit, Maran. in loco relato, nu. 15. verſ. tertio quia conſtituit.*

Item & ex alio monaſterium non poterat moleſtari, quia etſi iudicium principale reſtitutionis aquarum factum fuerit coram M. R. C. & Tribunali Conſiſtorii, tamen cum adpræſens agatur de reſtitutione fructuum
10 actione in factum lapſo anno, deberet agi coram Iudice ordinario ipſius rei, qui hodie erat eccleſiaſticus; *ſecundum Specul. in tit. de exequutio. ſenten. §. nunc dicendum eſt à quib. mandatur exequutioni, verſ. ſed pone Iudex Peruſinus, quem ſequitur Ang. in l.4.§. ſi ex conuentione, ff. de re iudic. Pract. Papien. in for. exequu. ſenten. diffinitiua in gloſ.1.nu.13. Iaſ. & cæteri in l. cum quædam puella, ff. de iuriſd. omn. ind. & faciebat dictum*
11 *Bongior. ſuper Rit.132.* vbi refert, quod repertus ex priuilegio Vrbis, poteſt conueniri ad inſtantiam ciuis, & lata ſententia contra eum, exequi poteſt per eoſdem iudices infra annum, hoc tamen poſt annum agendum erit actione in factum, & ſi non fuerit in Vrbe repertus, non poterit per eos exequi, ſed per ordinarium ipſius rei, & idem de
12 Ciue Panormitano M. C. exiſtente in Vrbe, quæ concurrit cum ordinario, nihilominus exiſtente M. C. extra Vrbem, non poterit ciuis coram ea conueniri, vigore ſententiæ latæ poſt an-
13 num, quia dicitur nouum iudicium, & incipit noua inſtantia. *Caſtrenſ. in l. à diuo Pio, §. etſi poſt aditum ff. de re iudic.*

Conſiſtorium determinauit contrarium, condemnando monaſterium ad fructuum reſtitutionem à die litis
14 conteſtationis factæ per virum, qui tanquam legitimus procurator vxoris, etiam ſine mandato, poterat pro ea comparere in iudicio prædicto, *ad tex. in l. maritus, C. de procurat. vbi Bar. & cæteri Scribentes, & in l. fin. C. de pact. conuent.* vbi pariter omnes notant, & de communi teſtatur *D. Io. Franc. de Pont. d. conſil. 31. n.12.& 13. Ioan. Lopez. in tract. de lucr. marit.*

N 3 *& vxor.*

& vxor. cap. 12. aliàs §. 68. ſub num. 15. & 16. & optimè Andr. Gail. obſeruat. 133. num 1. & ſeq. & ſub. nu. 4. & ſub. num. 7. in 1. libro. vbi de communi, & præter eum Alexand. in conſil. 83. ſub nu. 4. vbi hoc expreſſè decidit etiam in
15 *litis conteſtatione, ſi benè aduertetur, in 6. vol. Caſſan. in conſuet. Burg. rub. 4. §. 5. gloſ. 2. n. 11. & ſequ.* quod procedit, tam in actiuis,
16 quàm in paſſiuis ex generalitate, *d. l. maritus, vbi omnes, & gl. ibi, in verb. intercedendi, & text. in l. exigendi, in princ. eod. tit. & text. in l. aut qui aliter, §. etſi forte, ff. quod vi aut clam. quidquid dixerit, Iacob. de Aret. allegatus per Guid. Pap. in deciſ. 445.* qui loquitur in caſu contrario, quando vxor fuit citata pro marito, vbi militat di-
17 uerſa ratio, quia maritus eſt legitimus vxoris procurator, ex ſupra deductis, quod non eſt in vxore, *adnot. per Tiraqu. de retraict. lignag. §. 9. gloſ. 1. à num. 3. vſque ad num. 7. qui Iacob. de Aret. & Guid. Pap. in locis præalleg. refert.*

Accedebat prædictis, quòd ex comparitione in illo iudicio reintegratorio; Item ex propoſitione articulorum,
18 præſentatione exceptionum, & ſcripturarum, factis per vxorem, ſatis ratificatum dicebatur iudicium prædictum, & præſertim dicta litis conteſtatio facta per eius virum, *Vant. de nullit. tit. fin. num. 94. & nu. 99. vbi loquitur de marito legitimo vxoris procuratore, & nu. 103.* dicens
19 quod tacita domini ratificatio inducitur, ſi ex aliqua parte proceſſus apparuerit, quod ipſe principalis cauſam etiam à falſo procuratore inchoatam ſimpliciter proſecutus fuiſſet, *& nu. 101.*
20 *ſubdit*, quod dicta ratihabitio etiam tacita de ſui natura retrotrahitur, & mãdato comparatur, ac confirmat ea, quæ ab initio inualidè facta fuerant, *& latè comprobat Theſ. poſt alios deciſ. 7 per totam,* eò magis, quia prima ſententia fuerat lata in fauorem mariti, & in iudicio reuiſionis, monaſterium, ita quod fuerat transfuſum iudicium, comparuerat, & fecerat ſuas defenſiones petẽdo, quod ſententia M. C. confirmaretur, quæ poſtea fuit correcta, & monaſterium & conſortes condemnati ad reſtituendum aquam vnà cum fructibus à die litis conteſtatæ, vnde modo agebatur de executione iſtius ſententiæ; in tantum, quod per dictam comparitionem monaſterij videbantur omnia acta ratificata, & ſic purgata nullitas, quæ prætendi poterat.

Nec obſtabat fundamentum adductum ratione incompetentiæ iudicis, nam dictum fuit, quod monaſterium
21 ſucceſſerat laico, & hæres clericus cepta inſtantia cum laico debebat ſequi iudicum ceptum coram eodem iudice laico, *ſecundum DD in l. cum quadam puella, ff. de iuriſd. omn. iud. vbi Cagnol. & alij,* maxi-
22 mè quia erat feudalis, & de eius executione agebatur, quo in caſu clericus non declinat forum, *ad tex. in cap. verum, de for. compet. ca. 1. §. fin. de cap. Corrad. Aluar. in cap. 1. col. 3. apud quem, vel quos content. de feud. eſſe deb.* qui loquitur in executione ſententiæ cauſæ feudalis, vt exequatur contra clericum. *Curt. iun. de feud. part. 2. nu. 15. vbi teſtatur de communi opinione, Iul. Clar. de feud. q. 90. n. 8. Schrader. de feud. par. 1. q. 2. de quo nunquam in Regno fuit dubitatũ.*

Item caſus iſte erat clarus, quia monaſterium durante primo iudicio ſucceſſerat vxori per intermediam perſonã filij monachi, & ſuas præſentauerat exce-

Digitized by Google

exceptiones, & compilato proceſſu obtinuerat in M. C. licet in Conſiſtorio ſuccubuerit, & hodie agebatur de de eodem iudicio facto cum conſenſu monaſterii, nec dicta de Ciue Panormitano ſeruantur in practica.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum linis fractum, & apertum valet inter liberos.*

2 *Teſtamentum inter liberos qualiter reuocetur, ratio nu 5.*

3 *Teſtamentum paternum per inciſionem linorum eſt validum.*

4 *Secundum teſtamentum facit ceſſare primum etiam inter liberos.*

6 *Teſtamentum per inciſionem linorum reuocatur ope exceptionis.*

7 *Text. in l. noſtram, C. de teſtam. limitatur.*

8 *Aſſertio patris volentis reuocare teſtamentum non ſufficit.*

9 *Reuocatio teſtamenti facta coram ſeptem teſtibus valet.*

10 *Teſtator per lapſum decennij præſumitur inteſtatus decedere.*

11 *Decennium in caſu reuocationis teſtamenti, à quo die currat, & nu. 12. & 14.*

13 *Tex. in l. ſancimus, C. de teſta. non procedit inter liberos.*

15 *Solemnitates iuris ciuilis non requiruntur in teſtamẽtis inter liberos contra n. 49.*

16 *Schedula manu patris valet in vim teſtamenti inter liberos.*

17 *Teſtamentum patris non reuocatur per inciſionem linorum, amplia ſtante ſtatuto, n 18.*

19 *Teſtamentum per inciſionem linorum non reuocatur in cauſa pia.*

20 *Cauſa pia, & inter liberos æquiparantur, contra nu. 50.*

21 *Teſtamentum inter liberos ſufficit, quod ex coniecturis appareat.*

22 *Teſtamentum per inciſionem linorum irritatur, ratio nu. 23. amplia nu. 24. idem amplia inter liberos nu. 32.*

25 *Voluntatis mutatio procedit etiam in teſtamento inter liberos, & probatur coniecturis n. 26.*

27 *Voluntas teſtatoris mutatur ex repetitione teſtamenti à manu notarij, item & per inciſionem linorum n. 40.*

28 *Coniectura ex quibus mutatio voluntatis teſtatoris oriatur, quæ ſint, & nu. 20. 29. & 31.*

33 *Conſt. Leon. Imper. vim legis non obtinet.*

34 *Scientia legalis conſiſtit in libris enumeratis per Hoſtien.*

35 *Tex. in Auth. hoc inter liberos, C. de teſta. declaratur.*

36 *Reuocatio teſtamenti per inciſionem linorum differt ab alijs, & nu. 37. & potentior eſt alijs, n. 38. ratio n. 39.*

42 *Solemnitates non requiruntur in reuocatione teſtamenti per inciſionem linorum, limita, n. 42 & quæ requirantur ibidẽ.*

43 *Ang. in l. noſtram, C. de teſtamen. declaratur, & nu. 46.*

44 *Clauſula derogatoria in ſecundo teſtamento quid operetur, & nu 45.*

47 *Tex. in l. ſancimus, C. de teſta. declaratur.*

48 *Obliuio ex lapſu decennij præſumitur.*

49 *Solemnitates iuris ciuilis requiruntur in teſtamento inter liberos.*

ARGVMENTVM.

Teſtamentum patris ſolemniter confectum, & notario traditum, ſi ab eo recuperetur, & apertum, diſſitumq; reperiatur penes patrem, an inter liberos valeat?

DECISIO CXXXII.

CArolus de Siracuſis inter primarios ſui temporis aduocatus, ſuũ condidit teſtamentum in ſcriptis, quod primo loco notario detinendum tradidit, & illinc ad annos fere nouem ab eodem recuperatum, & receptum fuerat, quod apertum, & diſſitum, ſigillisque linoque fractis annis decem, & ſeptem poſt eius mortem per filios fuerat præſentatum in M. C. ibique facta petitio, quod habitis pro reſciſſis actis factis per

Digitized by Google

Per eos vti hæredes ab inteſtato dicti
quondam eorum patris, etiam via re-
ſtitutionis integrum; declarari deberet
ſucceſſiſſe, & ſuccedere debuiſſe hære-
ditati, & portioni hæreditariæ quon-
dam Antonutii de Siràcuſis eorum
fratris mortui in pupillari ætate ex
ſubſtitutione pupillari, adiecta in | te-
ſtamento paterno, non obſtante i-
pſiuſmet teſtamenti repetitione ab i-
pſo teſtatore facta dicto Notario, cum
1 inter liberos validum, & firmum re-
manſerit, *ad tex in l. vnica, de teſtamen. re-
ſign. quæ eſt conſtitu. 82. Leonis*, vbi ſtatuit
Imperator, quod ſi teſtamentum po-
ſtulante neceſſitate apertum fuerit, il-
ludque reſeratum relinqui contingat,
modo ſubſcriptiones teſtium ſuper-
ſint, ratum manet, maxime inter libe-
ros, prout erat caſus iſte vbi ad reuo-
2 cationem teſtamenti paterni duo ne-
ceſſaria concurrere debebant, expreſſa
ſcilicet derogatio primi, & noua di-
ſpoſitio ſolemnis, *per Auth. hoc inter libe-
ros, C. de teſtamen. & ibi gloſ. & melius in
Authen. de teſtamen. imperfect. vnde ſumitur
iuncta gloſ. in verbo, expreſſim; quem decla-
rant communiter Docto. vt poſt gloſ. Fulgo-
ſius, & Franch. de Aret. idem voluit Dec. in l.
poſtquam liti. in fi. C. de pact. Aquilin. in repe-
titio. l. Centurio, num. 42. & ibidem Iaſon. n.
12. ff. de vulg. & pup. ſubſti. Io. Annibal. in re-
pet. l. nemo poteſt, n. 487. cum ſeq. de leg. 1. Io.
Donat. à Fin. in Syntag. comm. opin. par. 2 lib.
6 tit. 13. de teſta. num. 103. & melius Gregor.
Lopez in l. Hiſp. partid. 6. tit. de los teſtamen
tos. tit. 1. l. 8. quæ eſt ſimilis, Authen. hoc inter,
& alios cumulant Menoch. de præſump. lib. 4.
præſump. 165. n 62. Craſ. in §. teſtamentum. q.
16. n. 5, Cla. ib. d. q. 98. Simon. de Pret. de inter-
pret. vltim volunt. lib. 4. interpret. 3. dubit 2.
num. 4. Surd. conſ. 350. lib. 3. late Perſonalis, de
adipiſcen. poſſeſſio. n. 578. & 615.* quæ noua
diſpoſitio, in caſu de quo agebatur, de-
ficiebat; In tantum quod ſola inciſio
3 ſigillorum, & lini, non ſufficiebat,
quin teſtamentum paternum inter li-
beros firmum remaneat, vt notabili-
ter dixit *Ange. in l. noſtram, C. de teſta. motus
per Auth. hoc inter, C. eo. Alex. ibidem, vbi di-
cit, quod Paul. de Caſt. qui contrarium tenet,
fragili ratione mouetur, & Iaſ. ibidem, & in
auth. hoc inter, C. eo. Guliel. Bened. in c. Ray-
nutius extra, de teſt. in verbo, teſtamentum,
n. 14. par. 1. eundem Guliel. Benedic. referunt,
& ſequuntur Petr. Gregor. Toloſ. in Syntag.
iur. par. 3. lib. 44. quib. mod. cauſ. inteſt. ex
cauſ. teſta. oriri poteſt, c. 1. n. 20. in fin. allegan-
do Ang. & Alex. Mangrel. in addit. ad Bart. in
Auth. hoc inter. Marius Mut. in ca. 114. Regis
Alfonſ. extenſ. 8. n. 20. verſ. & ſic videmus, vſq.
ad fin. illius nu. vbi vltra conſiderata per Doc.
addit nouas ponderationes, declarando d. Au-
thentic. hoc inter, & limitando text. in d.
l. noſtram, And. Gail. practic. obſeruat. lib. 2.
obſeruat. 112. ſub num. 13. verſ. 7. amplio, Areſ-
mi Tepat. lib. 2. var. reſol. iuris ſentent. titul.
quib. mo. teſta. infir. verſ. teſtamentum patris
inter liberos, fol. mihi 337. colu. 1. circa fin. Si
chard. in repetit. eiuſdem auth. hoc inter*, vbi
4 ait, quod nunquam dicitur reuocatum
teſtamentum paternum, niſi ſuccedat
noua diſpoſitio, *Bott. in add. ad l. ſancimus,
C. de teſta.* qui allegat Prouinciale omni-
um prouinciarum in diſtincte hoc
5 tenere *Cla. in addi. manu ſcriptis ad d. l. ſan-
cimus*, & ratio eſt *ſecundum Alexand. in d. l.
noſtram.* nam regulariter plus operatur
confectio ſecundi teſtamenti ad reuo-
candum primum, quam ſola inciſio

pel-

Digitized by Google

primi, per ſecundum enim teſtamen-
tum regulariter tollitur primum ipſo
iure *ad tex. & vbi Docto. in l. alios ſancimus,*
C. de teſta. & nouiſſime poſt alios firmat Me-
noch. de præſum. lib. 4. præſum. 165. nu. 28. &
per inciſionem, ſeu per cancellatio-
6 nem teſtamentum non reuocatur, nec
tollitur ipſo iure, ſed ope exceptionis,
ad tex. in l. 1. ff. de his quæ in teſtamen. delent.
& in l. noſtram, iuncta glo. C de teſtamen. &
Docto. vtrobiq; communiter, præſertim glo. &
Barto. in d. l. 2. cum quibus ſtat communis Do-
cto. ſententia, de qua teſtatur Vaſq; de ſucceſ-
ſio. reſolu. §. 8. nu. 35 Craſ. in §. teſtamentum,
quæſtio. 85. ſub num. 3. verſ. intellige tamen
hoc, vnde neceſſario dicendum erat,
7 *quod text. in l. noſtrām, limitetur per authen.*
hoc inter. poſteriori loco compilatam
fauore liberorum, & eorum gratia, *vt*
ſentit Iaſ. n. 1. circa fin. & ita omnes tenere fa-
tetur Natt. in d. authen. licet ipſe teneat
contrarium, & propterea non ſuffice-
ret reuocatio facta per partem aſſe-
rentem ſe nolle illud valere, imo reuo-
care, & annullare, niſi fiat aliud teſta-
mentum ſolemne, *vt notabiliter dixit*
Bar. in l ſi iure, n 3. de legat. 3. cuius opiulo
8 communiter approbatur, vt teſtantur
Nat. in d. authen. inter, nu. 10. Alex. conſ. 159.
ſub num. 8. lib. 7. Achil. Pedroc. conſ. 8. numer.
167. cum ſequen Clar. in d. §. teſtamentum, q.
91. nu. 2. vbi plures de communi refert,
vel niſi facta eſſet talis reuocatio co-
9 ram ſeptem teſtibus cum expreſſis
verbis teſtatoris dicentis, quia volebat
decedere inteſtatus, *& latiſſime probat*
Clar. ibidem quæſt. 92 Craſſ. quæſt. 84. Pedroc.
d. conſ. 8. n. 119. cum ſequen Molin. de iuſti. &
iur. diſpu. 152. verſ. illud vero. Couar. par. 2. Syl-
ueſt. Aldobran. conſ. 2. nu. 1. cum ſequen. & li-
cet lapſu decennii tacite præſumatu
10 voluiſſe inteſtatum decedere, *per text.*
& ibi Docto. in d. l. ſancimus, C. de teſtam. ta-
men in caſu de quo agebatur non erat
11 elapſum à die conditi teſtamenti, ante
reuocationem ipſius, vt de communi
teſtatur, *Clar. in d. quæſtio. 91. nu. 4. Pedroc.*
ibid. ſub nu. 107. qui etiam ponit, ſi enu-
12 meretur decennium à die reuocatio-
nis vſque ad mortem, *de quo per Iaſon. &*
Aloyſ. de Leo. in d. l. ſancimus, Mant. d. conſ. 211.
Molin. de iuſti. & iur. diſpu. 152. verſ. illud ve-
ro; Item nec d. l. ſancimus locum habet inter
13 *liberos, vt ſingulariter limitant Corn. in d. Au-*
then. hoc inter, nu. 5. & ibidem Sichard. n 4.
& iterum in d. l. ſancimus, in fin. vbi indi-
ſtincte tenet hoc in quouis teſtamen-
14 to habente clauſulam derogatoriam
ad ſequentia, quia per eam deficit con-
ſenſus in ſecunda voluntate.

Item faciebat quia inter liberos
non requiruntur ſolemnitates iuris ci-
15 uilis, in tantum quod ſola ſchedula ma
16 nu patris ſcripta, & domi reperta, vim
obtinet teſtamenti inter liberos, *Bart.*
in l. ſi is qui. ff. de teſta. poſt alios Menoch. præ-
ſump. 7. lib. 4. nu. 5. & 6. & Cepha. conſ. 99. n.
2. cũ ſeq. & fuit latiſſime diſcuſſum, & de-
ciſum per tres ſententias conformes
pro V. I. D. Io. Vincentio lo Burgio,
contra Don Marcum Antonium de
Grimaldis. Si igitur ſolemnitas ſigillo-
rum, & lini neceſſaria non erat, ſed ad
cautelā, verum erat dicere, quod ex e-
ius apertione, & inciſione linorũ, non
17 dicatur reuocatum teſtamentum pa-
ternum *ſecundum Clar. in loco præalleg. quæ-*
18 *ſtio 93. verſic. hanc tamen intelligo, Iaſon. in*
conſ. 2. volum. 1. & in ſtatuto, ſeu lege re-
mittente ſolemnitatem prædictam te-

Digitized by Google

nuere. *Aret. in l. patris, & filij, ff. de vulg. quem refert*, & *ſequitur Anton. Paral. in l. ſi quis, in principio verbo teſtamenti, n. 58. & 59. de leg. 3. Tell. Ferdinand. in l. Tauri 3. par. n. 15. vſq. ad fin. Marc. Solon. Burgenſ. in l. Tauri 3. par. 2. concluſ. 3. num. 1120. cum ſequen. Alfon. de Azeue in 5. lib. recumpil. l. 2. Taur. 3. tit. 4. de los teſtamientos, num. 16. cum ſeq.* qui licet generali propoſitione contrariam partem profiteantur, nihilominus limitant, & ita iudicatum fuiſſe refert
19 *ibi Solon. in cauſa pia, & Roder. Suarez. in l. quoniam in prioribus, de Inoffi. teſtamen. Zaſi. d. conſ. 2. volum. 1. Guttier. pract. quæſt. lib. 3. q. 46. in fin.* & idem eſt in teſtamento in-
20 ter liberos, quia æquiparantur, ſecundũ *Bar. in l. 1. C. de ſacroſanct. eccle. cum ſimil.*

Poſtremo confirmari videbantur prædicta, quia inter liberos ſufficit te-
21 ſtamentum non tantum ſolemne, ſed etiam quod ſolis indiciis, & coniecturis appareat, *l. fin. C. famil. ercisc. vbi gloſſ. Barto. & Bal. Authen. quod ſine, C. de teſtam. Imo. in l. ſi is qui, ff. de teſtam. Corne. conſ. 118. num. 6. lib. 5.* prout in caſu iſto plures adducebantur coniecturæ, & maxime ex iuſtitia teſtamenti, ex æquali inſtitutione & ſubſtitutione filiorũ pro conſeruandis bonis in familia; Item quod in morte voluerat teſtari, & morte præuentus fuerat impeditus, adeo quod noluerat inteſtatus decedere.

Dicebatur ex aduerſo quod teſtamentum prædictum nullius erat momenti, imo irritum, & reuocatum, &
22 idem ac ſi minime factum fuiſſet ante quod teſtator tempore eius vitæ illud à Notario poſt annos fere nouem recuperauerat, filiaq; inciderat, aperuerat, diſſeruretq; ſigilla *ad tex. in l. 1. §. ſi linum, ff. de bon. poſ. ſecund. tabul. & l. 1. ff. de his quæ in teſtam. delent. §. & ſi quidem, Auth. en. de teſtam. imperfect. & l. ad teſtium, §. ſi ſigna, ff. de teſtam. & text. in l. 1. §. ſi hæres, ff. ſi tabul. teſtam. nulla extab. & tex. in l. noſtram. C. de teſtamen.* in quibus iuribus habetur, quod quando linum, ſeu ſignacula eſſent per teſtatorem inciſa, teſtamen-
23 tum non valet, vtpote voluntate mutata ex iuris præſumptione, *ad text. in l. ad noſtram, vbi Bal. ſub n. 6. ver. quarto, quæritur, Iaſ. ibidem, n. 2. Sichard. n. 3. Bar. Bal. & Imol. in l. proxime, ſub nu. 7. ff. de his quæ in teſtam. delen. Achilles. Perſonal. poſt alios, de adipiſce. poſſeſſio. n. 136. Peregrin. de iur. fiſc. tit. 4. n. 2. Guttier. practic. q. 46. lib. 5. to. 2. ſub n. 8. & 10. Marc. Anton. Sol. de Paz. in l. 3. Tauri p. 2. concluſio. 3. n. 1126. Frider. Pruckman. conſ. 12.*
24 *num. 246.* maxime quando teſtamentum reperiretur penes ipſum teſtatorem, ſeu eius ſcripturas, prout in proceſſu probatum fuerat, quia ſemper præſumitur per eum conſulto inciſũ, *ſecundum Docto. prealleg. Bal. in l. 1. in fine. & ibi Caſtrenſ. n. 6. ff de his quæ in teſtamen. delent. Petr. Loriot. tit. de his quæ in teſtament. delent. Axiomate 2. in fin. & Axiomate 3. Menoch. præſumpt. 165. n. 25. verſ. & ſi teſtamentum lib. 4. Maſcar. concluſ. 256. n. 8. & 9.* qui de
25 *communi teſtatur*, & hæc mutatio voluntatis inducens inualiditatem teſtamenti, tanquam ſubſtantiale & materia ipſius militabat etiam in teſtamento inter liberos, *vt voluit glo. vnica, in l. ſi is qui. ff. de teſtam. quam dicit communiter probari Alex. in conſ. 76. nu 13. vol. 2. & ſequitur omnes, vt inquit Caſt. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, C. de teſtam. Mynſing. practic. Obſer. 28. centu. 5. Craſ. in §. teſtamentũ, q. 7. & quæſt. 12. num. 5. Velaſq. deciſ. 74. num. 14.*

Vaſquius

Digitized by Google

Vaſquius de ſucceſſio creat. lib. 2. §. 17. n. 82. in 2. ampliat. vbi dicit hoc eſſe de mente communis opinionis, Surd. conſ. 380. nu. 55. & ſequen. lib. 3. Polid. Rip. de actio. in mort. art. cap. 61. numer. 28. Petr. Riccard. de teſtam ordin. nu. 170. & 171. Gratian. deciſ. 106. numer. 5. &
26 probatur coniecturis, ex latiſſime traditis per Pruckman. in d. conſ. 12 numer. 238. & ſeq. Turret. conſ. 29. num. 11. lib. 1. & conſil. 98. numer. 2. & 12. lib. 2. Surd. deciſ. 128. nu. 5. earumq; in caſu propoſito nonnullæ fuerant relatæ, nempe cauſa recaptio
27 nis teſtamenti, quam etiam inter liberos conſiderant, Doct. & Bal. in d. Auth. hoc inter, nu. 4. Doct in d. l. ſancimus, & præciſe Iaſ. n 15. Menoch. præſump. 166. n. 62. lib. 4. & facit tex. in l. fin. ff de his, quæ in teſtam. delen. & fortius quia poſt recaptionem dicti teſtamenti, adhuc dictus quondam Carolus ſuperuixit annis tribus nec vnquam curauerat reformare dictum teſtamentum, prout in effectu ob vxoris mortem neceſſario requirebatur, q; inſtituta fuerat vſufructuaria per teſtatorem; I em multa aliis commiſſa fuerant eius arbitrio, & propter-
28 ea habuiſſe pro imperfecto dicendum erat Menoch. conſ. 42. ſub num. 16. verſ. acce-
29 dit, Ludouic. Moroſ. conſ. 6. nu. 11. & mutatam fuiſſe voluntatem, Maſcard. concl. 1297. nu. 3. & 4. Rim. iun. conſ. 278. n. 43. Burſat. conſ. 47.
30 nu. 24. Item quia erat Doctor verſatus, qui bene ſciebat, quod vnico verbo coram duobus teſtibus potuiſſet prædictum ſuum teſtamentum conualidare, ad tex. in d. l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtam. Bart. & Doc. in l. ſi ſcripſero, ff. de condi. & de mon. Boer. deciſ. 240. ſub nu. 5. Clar. in § teſtam q. 4. verſ. ſed pone, & q. 36. verſ. ſed quid ſi teſtator. intantum, quod cum non fecerit, præſupponendum erat, quod noluerit, prout in caſu iſto, vbi teſtator paucis diebus ante eius mortẽ aſſeruerat neceſſarium non eſſe teſtamentum, vbi teſtator habebat filii-
31 os, prout ipſe facere intendebat; licet per vnicum teſtem probatum fuerit ad tradita per Bar. & Doctores in l. ſecunda, ff. de vulgar. & pupil. Torniel. conſilio 66. num. 89. Roland. conſilio 12. poſt alios, num. 19. volu. 1. Pruckman. d. conſ. 12. num. 238. 267. & 260.
32 & terminis præſentis deciſionis, quod teſtamentum prædictum ſit inualidũ etiam inter liberos, tenuerunt Goffr. in d. l. 1. §. ſi linum, nu 7. verſ. & quando hoc contingit, ſub nu. 6. Paul. de Caſtr. in d. l. noſtram, num. 4 irridet opinionem Ang. Corn. ibid. n. 5. Salyc. n. 3. Imol. in d. l. proxime, ſub n. 3. 7. verſ. item videtur hoc procedere, idem Iaſon. in d. l. ſancimus, nu. 15. ibi: niſi incideret. Vigli. Zuiche. in d. §. ex eo, Inſtit. qui. mo. teſta. infir. vbi aſſerit expeditiſſimum modum mutandæ voluntatis eſſe tabulas ipſas priores delere, incidere, cancellare, & ſigilla reuellere, addens maiorẽ vim facere quam verba habere, & ibidem Ioach. Mynſing. nu. 6. vbi dicit extra controuerſiam eſſe hoc caſu teſtamentũ reddi inutile, Zaſ. conſ. 2. n. 31. Franc. Conna. lib. 9. Comment. iuris ciuilis, c. 7. num. 3. Couar. in. rub. de teſtam. p. 3. ſub n. 19. verſ. hinc ſane. Vaſque de ſucceſ. creat. lib. 2. §. 77. nu. 104. & ſeq. fol. mihi 318. & lib. 3. §. 21. n. 82. Didac. Roder. Albara. de coniectu. ment. defun. lib. 3. c. 2. §. 1. nu. 9. & 10. Suarez. in d. l. quoniam in priorib. q. 9. n. 9. & 10. Oldr. conſ. 144. Natt. in d. Auth. hoc inter, q. 7. n. 13. Gomez. Leon. alleg. ſeu deciſ. 5. Petr. de Gregor. in quodam conſ. manuſcripto 27. vol. 6. feud. in feudo marcc inter Alphonſum de Nane, & Petrum de Nane, Frider.

Digitized by Google

Pruckman.d.conſil.12.q.4.num.213.vſque ad num.269. & praciſè num.234. & 238.& faciunt Alphonſ.de Azeued.ſuper Conſtit.Hiſpa. ſub tit.de los teſtamientos, lib.5.titul.4.lib.2. num. 18. Marc. Ant. Sol. de Paz. ſuper d. l.3. Tauri.par.2.concluſ.3.n.1122.fol. (mihi) 322. Guttier. pract. quæſt.46.num.4. vſque ad fin. lib.5.tom.2. qui contra Tell.in d.l.3.Tauri inuehitur, licet ipſemet Tellus dicat obtinere non potuiſſe, & deciſum contra eum fuiſſe, qui vltimi locuti fuere ſtãte ſtatuto,remittente ſolemnitates ſignorum, & chordularum,vt ſupra retuli,prout de iure communi erat etiam inter liberos diſpoſitum,& ſecundum prædicta iudicauit M.R.C.

Deuoluto proceſſu via appellationis ad Tribunal Conſiſtorij, & facta ſuper prædictis longa diſcuſſione, viſum fuit hanc ſecundam opinionem maiori Doctorum authoritate, & calculo receptam eſſe, & propterea confirmandam eſſe ſententiam M.C. prout eam confirmauit,de anno 1608.ipſe tamen in deciſione cauſæ non interueni, quia ſatis ante, ſecundum opinionem Angel. vel magis æquam,fauore liberorum conſultus reſponderam,licet non ita exacte articulum deguſtauerim.

Et ad contraria dictum fuit:non obſtare textus *in d.l.1.de teſtament.reſignan. quæ eſt Conſtitut. Leon. Imperat. 82.* cum
33 Cõſtitutiones prædictæ vim legis non habeant, nec ſint approbatæ, & proptereà non gloſſatæ.ad not.*per Bartol.in*
34 *l.1.num.23.ff.ſi certum petat.* legalis enim ſcientia conſiſtit in libris enumeratis *per Hoſtienſ.in c.1.col 4.circa finẽ,C.de ſumma Trinit.& fide Catholic.* inter quos non repetiebantur iſtæ, maxime in Regno, *ex Afflict.in prælud.Conſtit.quæſt.20.* niſi dicas ex eod. Afflict. quod cum eius diſpoſitio ſit rationabilis, *vt per Angelum & alios eum ſequentes*, ſeruanda ſit; Minus obſtabat *text.in auth.hoc inter liberos,*
35 ex cuius intellectu ſuam fundauit limitationem Ang. cum cæteris allegat. quia procedebat in reuocatione primi teſtamenti,quæ fit per confectionem ſecundi, non autem in reuocatione, quæ fiebat per inciſionem, ſeu cancellationem,*vt ex auth.originali,de teſtamen. imperf.§.etſi quidem*(à quo ſumpta eſt) clarius apparebat, & eſt intellectus communiter receptus,*per Cy.Io.Fab.Bal. Salic.Caſtr.Alex.Ioa.Mar.Riminal.ibi,Boer. deciſ.240.n.10.Galliaul.in l.Centurio, nu.161.*
36 *ff de vulgar. & pup. Alphan. in ſuis Collectaneis,in d.authen.num.478.* reuocatio enim per inciſionem ſigillorum, de qua loquitur *text. in d.l.noſtram, & tot.tit. ff. de his,quæ in teſtam. delent. & l ad teſtium. §.ſi ſigna, ff. de teſtament.* differt ab alijs duobus poſitis,*per Gomez.in d.l.3.Tauri, n.90. & ſequent. Roland.in tract.de teſtament.rub. 36.quib.ex cauſ.teſtam.reddit.inutile,num.6. Vldar. Zaſ.conſ.2.num.30.& 31.lib.1. Ioan.de Anani.conſ.28.in princ.* videlicet reuocando vel bis non veniendo ad ſecundam diſpoſitionem, *de qua in l ſancimus, C. de teſtament.* vel reuocando verbis cum ſecunda diſpoſitione, *de qua in d.authent.*
37 *hoc inter liberos*, in tantum quod de vna ſpecie iſtarum reuocationum non inferebatur ad aliam, *ſecundum omnes, in d. l.ſancimus, & Gomez. cum cæteris proximè præallegat.* qui diſtinguunt, & diuidunt iſtàs ſpecies reuocationis,tanquam di-
38 uerſas: hinc eſt, quod reuocatio per inciſionem

Digitized by Google

inciſionem facta, potentior eſt alijs, *gl. magiſtralis in §. ex eo. Inſti. quib. mod. teſtam. infirm. gl. & Bart. in l. ſi iure, de leg. 3. Purpur. conſ 431. num. 7. & 8. Crauett. conſ. 228. nu. 2. & 3. Alexand. conſ. 164. num. 8. lib. 7. Cardin. Tuſchus, in verbo, Cancellatio, vol. 1. concl 2?.*
39 quia illa inciſio interuenit circa corpus teſtamenti, & propterea mag s operatur. *Craſſ de ſucceſſ. §. teſtamentū, q. 85. num. 1. Pruckman. d. conſ. 12. nu. 265. Rot. no-*
40 *uiſſima deciſ. 137. num. 7. part. 1.* nec poteſt in ea cadere difficultas mutationis voluntatis, prout in confectione teſtamenti, *ſecundum Gomez. in d. l. Tauri. Gut-*
41 *tier. d. q. 26. num. 9.* & ideo in reuocatione per inciſionem, nulla requiritur ſole-
42 mnitas, quod ſecus eſt per confectionem ſecundi teſtamenti, vbi illa duo requiruntur; ſcilicet ſecundi confectio, & illius mentio. *Bart. in d. l. ſi iure, num. 3. Gom. Leon. in alleg. 5. n. 1. & 5.* qui ita arguit, & propterea apparebat, quod dum Angel. vult limitare materiam *l. noſtram*, quando reuocatio teſtamenti fit per diſſigillationem, vel cancellationem, *cum diſpotione Authent. Hoc inter liberos*, quæ loquitur, quando reuocatio fieret per ſecundum teſtamētum, non probabat, quia arguebat à diuerſis habentibus diuerſam rationem, & eodem modo reſponſum videbatur cęteris Doct. qui tantum relato Angel. nil de nouo addiderant.

Nec obſtabat ratio adducta per A-
43 lexand. volentem ſaluare dictum Angel. ab iſta impugnatione, arguendo à maiori; nam vt reſpondet Petr. de Gregor. ſi recte conſideretur, Alexan. vult, quod ideo non reuocetur teſtamentum inter liberos per diſſigillationem,
44 quia in eo ſemper intelligitur clauſula derogatoria, *vt habetur in dicta Authen. Hoc inter liberos, & Authent. quod ſecundum,* & ſic eſſet in omni alio teſtamento habente clauſulam derogatoriam expreſſam, quia non debet plus operari tacitum, quàm expreſſum, per iura vulgata, & ideo eſſet magna limitatio ad totam materiam reuocationis teſtamenti, quæ inducitur facto teſtatoris, & non haberet locum, quando tale teſtamentum haberet clauſulam derogatoriam, ſed talis limitatio erat falſa,
45 & non poterat ſuſtineri, etenim clauſula derogatoria operatur in ſecundo teſtamento reuocante, non autem in reuocatione, quæ fit per cancellationem, vel aliter; quando vero ſecundum teſtamentum non facit mentionem de primo habente clauſulam derogatoriam, non reuocet primum, quia deficit conſenſus teſtatoris: nam ideo non facit mentionem de primo,
46 quia non vult illud reuocare, & ſi voluiſſet dixiſſet, ita pleniſſime habetur, *in l. ſi quis in primo teſtamento, ff. de legat. 3.* ſed in caſu de quo agebatur, vbi reuocatio facta fuerat per actum facti, non cadet iſta coniectura, ſed contraria, quia teſtator habebat teſtamentum præſens, & omnino delendo, vel incidendo, faciebat ex certa ſcientia, nec requirebatur alia mentio ipſius teſtamenti, quam illud incidere, vel delere.

Præterea non obſtabant adducta,
47 *per text. in l. ſancimus*, quia lex prædicta nedum procedebat inter liberos, ex veriori, & magis communi opinione, *ſecundum Alexand. poſt alios, in conſ. 1?5. vol. 4. Pariſienſ. conſil. 34. num. 47. & 54. volum. 2.*

Digitized by Google

Vaſq.de ſucceſſ.reſolut.lib.4 §.2.num.9.& 10. part.1.Sfor.Odd.conſ.89.nu.84.Gomez.Leon. d.allegat.5.ante num.6.Grego.Lopez ſuper ll. Hiſpan.par.6.tit.1.l.8 gl.3.poſt medium,quia infirmat teſtamentum cum clauſula derogatoria expreſſa, *Bald. Fulgoſ. & cæteri in d l.ſancimus, Alciat. reſpon. 51. num.1. & 3.Zunct.in reſpon.pro vxore,num 926.*ſed etiam locum ſibi vendicabat in inciſione,& fractura ſigillorum,*Iaſon.in d.l. ſancimus,nu.15. Gomez.Leon.d.alleg.5.nu.5. propè finem, & num.6. Marcus Mantua conſ. 211. num 2. & 3.* ratio eſt, quia ſi plus operatur inciſio,ſeu cancellatio, quam ſimplex dictum , nolo teſtamentum meum valere, *vt dixit Crauett.conſil.228. num.5. & alij præallegati*, tamen quando cum tali ſimplici dicto concurrit decennium , teſtamentum eſt reuocatum, quanto magis, quando dictum decennium concurrit cum inciſione, ſeu cancellatione,& licet *text.in d l.ſan-*
48 *cimus* ſit fundatus in obliuione,quæ regulariter decennio præſumitur,adhuc tamen eſt arbitrarium minori ſpatio, *vt poſt alios dixit Menoc.de arbit. caſ.26.n.2. cent.2.*

Rurſus non obſtabat, quod ſolemnitates ſigillorum non ſint neceſſariæ in teſtamento inter liberos,quia ſola ſchedula ſcripta manu patris ſufficiebat,nam dictum fuit, quòd ſi prædicta vera ſint, tamen ſi teſtator eas apponere voluiſſet, & poſtea illas abſtuliſſet, teſtamentum reuocatum cenſetur ex voluntatis mutatione,vt latè ſuprà diſcuſſum fuit, & nihilominus in terminis conſtitutionum Hiſpaniarum
49 contrarium tenuerunt, *Ioann.Guttier.d. q.46. num.4. vſq; ad fin.lib.5.tom.2. & fuiſſe iudicatum refert Tell. Fernam d.l.3.Tauri,& voluerunt omnes alij Hiſpani,ex aduerſo alle-*
50 *gati*,quidquid dixerint in cauſa pia,in qua maior fauor concurrit vltra legitimam quam liberorum, *ſecundum Bar. in d.l.1. num.55. C. de ſacroſ.eccleſ. Tiraquell. de priuileg. piæ cauſæ 7. Couarru.in cap. relatum.ill.prima,num.10.de teſtament. Menoch. conſ.224.num 24. lib.3. Viui. commun.opin. 880 num.6.* Et demum ceſſare videbantur coniecturæ ex aduerſo deductæ, quia & hoc idem procedit in ipſius reuocatione,vbi,vt dictum eſt,multę aliç fuerunt allegatæ.

Poſt hæc ſcripta inuenio hanc deciſionem defendi latiſſimè, diſputando articulum per partes à *Hieronymo Panzſchman. quæſt. iur. controuerſ. quæſt.18. par.2.* vbi reſpondet contrariis, & multa alia ponit in materia teſtamentorum inter liberos, & ita etiam fuiſſe deciſum refert *Papon. Arreſt. 3. tit. de teſtament.*

SVMMARIVM.

1 *Libellus vnicus non ſufficit,vbi petitio eſt contra diuerſas perſonas, diſtingue n.2. amplia num 3.*

4 *Duo non poſſunt vnico libello conueniri, amplia num.5.*

6 *Plures poſſidentes pro indiuiſo poſſunt conueniri vnico libello.*

7 *Libellus vnicus dandus non eſt partibus opponentibus,contra num.19.*

Limita vbi obligatio eſſet in eodem inſtrumento,num 8.

Vel vbi cauſa eſſet communis, num.9. & 12. amplia num 13.

10 *Adminiſtratores plures eiuſdem officij poſſunt conueniri ſub eodem libello.*

Limita num 11.

13 *Libellus vnicus quæ inconuenientia afferre poſſet.*

Digitized by Google

15 *Libellus vnicus datur contra plures ſeparatim poſſidentes, ratio num. 16.*
17 *Cumulatio, & vnicus libellus datur contra plures indiſtincte.*
Idem in iudicio adipiſcenda, num. 18.
20 *Roman. in conſil. 240. præcedentis. num. rationes adducuntur.*
21 *Libellus vnicus dandus eſt, quando parti intereſſet.*
22 *Cauſa iuſta requiritur ad petendum ſeparationem libelli.*
23 *Æquitas ſuadet, vt vnicus concedatur libellus contra plures.*
24 *Plures conuenti vnico libello, poſſunt diuerſas defenſiones proponere.*
25 *Reintegrationis petitio contra diuerſas perſonas dependet ex eodem iure, quando fit propter diſmembrationem feudi.*
26 *Vnicus libellus datur contra plures vbi petitio dependet ex eadem cauſa.*
27 *Forma literarum reintegrationis feudorum.*

ARGVMENTVM.

An in petitione tentata contra diuerſas perſonas, procedi debeat vnico libello.

DECISIO CXXXII.

FActa petitione in M. C. per Don Ioannem Agliata, Baronem Solanti contra diuerſas perſonas ſuper reintegratione plurium vinearum, & terrarum, fuit dubitatum ſi deberet in iudicio prædicto procedi vnico libello, & per M. C. affirmatiuè iudicatum fuit, deuoluta cauſa ad Tribunal Conſiſtorij, inſtabant conuenti pro eius reuocatione, allegando ad hoc doctrinam
1 *Specul. ſub tit. de libell. concept. §. fin. num. 11.* vbi ponit caſum, quod Titius egit rei vendicatione contra quatuor, dicens eos poſſidere hæreditatem ſibi debitam in vno libello, quærit Specul. an quilibet poſſit excipere, quod detur
2 ſibi libellus, & concludit diſtinguendo, quod aut poſſident pro diuiſo, & hoc dicere non poſſunt: Aut pro indiuiſo, & debent audiri. *& ita ſubdit Specul. quòd intellexit Papa Clemens lucerna iuris, inde num 13. tranſit in pluribus obligatis, & reis debendi, & concludit in iſto caſu poſſe omnes vnico libello conueniri*, quod
3 maxime in caſu de quo agebatur admitti debuerat, vbi diuerſæ erant conceſſiones, diuerſam cauſam, & rationem habentes, & pro diuiſo poſſidebantur terræ conceſſæ. *Hanc eãdem opinionem poſt Spec. ſecuti ſunt Imol. in l. 3. §. vbi duo, ff. de duobus reis. vbi Caſtrenſ. & Angel. ibi, num. 6. & in Authent. hoc itaque, num. 3. C. de duob. reis. Alexand. in l. edita, numer. 18. C. de eden. Ioan. Andr. in cap. ignarus, de libell. oblat. & ibi Innocent. in rubr.* vbi dicit,
4 quod non poſſunt duo vnico libello conueniri, *& magis ex profeſſo, Socin. in d. cap. ignarus, num. 127. & 143. verſic. ſed aduerte*, vbi hoc expreſſe defendit, etiam
5 quòd ageretur ex eadem cauſa. Idem tenet expreſſe *Bald. in additio. ad Specul.*
6 vbi in ſpecie ait, quod plures poſſidentes pro indiuiſo, poſſunt conueniri vnico libello, ſecus ſi pro diuiſo, *Salicet. in l. eo quod à multis, C. ſi certum pet.* qui notat, quod partibus opponentibus non
7 eſt dandus vnicus libellus, *& ibid. Bald. vbi eum defendit ab impugnatione Cyni, ibiq; addit. allegat Barba. in cap. ex parte decani, de reſcript. ſequitur etiam Angel. in d. loco*, vbi ait, quod contraria procedunt in
8 obligatis ex eodem inſtrumento, vel
9 vbi cauſa eſſet communis; *Hinc Ang. in l. non idcirco, ff. de iudic.* firmauit in fortioribus terminis, quod plures adminiſtra-
10 tores eiuſdem officij poſſunt cõueniri

ſub

ſub eodem libello, vt rationem reddant, ſubdit tamen hoc eſſe intelligen-
11 dum, quando negotiũ eſt commune & communiter agitatum, ſecus ſi inter eos negotium non fuiſſet commune, vt quia adminiſtratio fuiſſet diuiſa, ita vt quilibet obligatus eſſet ex facto ſuo; *& dixi in deciſione 41. illat. ſecunda, n. 5.* nam tunc parte opponente non ſufficeret vnicus libellus, *cum Angel. ſe ſubſcripſit Aret. in dict. l. tertia, §. vbi duo, colum 3. in fi. de duob. reis, & Bart. ibidem*, vbi quaſi omnes ſequuntur, eandemque ſententiam vti veram firmauit, *Fulgoſ. in d. l. non idcirco, idem Angel. in conſ. 229. Mantua. in c. 2. de libel. oblat. nu 1. in fi Laderch. conſ. 93. n. 4. Roger. conſ. 2. num. 118. lib. 1.* vbi in pun-
12 cto ait, quod ſi negotium non eſt commune, vnicus libellus parte contradicente non ſufficeret & præſertim quã-
13 do intereſſet, parti cõuentæ ſeparatim agere, & ſe defendere, *vt diſtinguendo dixit Purpur. in l. edita, nu. 149. C de eden. Menoch. de adipiſc. poſ. rem. 4 num. 478. in fin.*
14 *& colligitur ex Rom. in conſ. 240.* prout noceret, quando aliquis ſolus haberet aduocatum, quod non haberet in cauſa communi, vel quia fieret immortalis; Item teneretur vnum conſtituere procuratorem, & ſic de alio confidere; & multa alia, quæ inter partes accidere poſſent, quod vnus vellet facere articulum, alter non, vnus vellet auocare cauſam, alter negaret, & ſic de ſingulis.

Conſiſtorium determinauit contrarium, confirmando ſententiam M. C. & licet Docto. in d. l. edita, cum infinitis aliis, qui allegari poſſent, multa dixerint circa iſtam materiam cumulationis; tamen in propoſito, quando
15 agitur contra plures perſonas, & ſeparatim poſſidentes, prout erat caſus iſte, determinant *Cyn. & Dy. in d. l. eo quod. a multis, C. ſi cert pet.* vbi indiſtincte dixerunt, quod vnico libello poſſunt diuerſi, actionibus diuerſis, conueniri,
16 quia cõcluſio videtur relata ad quemlibet eorum ſecundum naturam ſuæ cauſæ, *l. cum pluries, ff de euict. Roman. latiſſime in conſ. 240. vbi defendit opinionem Specul. Bero. in cap. in præſentia, nu 18. de probatio. Iacobin. in d. l. edita, n. 104. & idem Bal. n. 82. in 2. lect. & Soc. n. 12. Curt. qui n. 195. loquitur in rei vendicatione, Azo. in Sum. de ordin. indic. circa medium, verſ. ſi ante, quem refert Alber. in l. ad officium, nu. 1. C. commu. diuidun.* vbi dicit, quod eandem opinionem videtur approbaſe *Innoc. in ca. querelam, gloſ. 1. de elec. & Iaco. de Aren. in l. pupillo, §. ſi plurium, ff. de nou. oper. nunciat. & eundem Cyn. ſequitur Bart. in d. authen. hoc ita, C. de duob. re. & in l. ſi quis cum procuratorio, §. vnius, ff de procurat. Zuccard. in l. fin. n. 306. C. de edic. diui Adr. tollen. Tiraqu. de retract. conuen. glo. 1. n. 67. Sichar. in d. l. creditor, num. 12. C. de duob. reis. Alex. conſ. 58. nu. 1. & ſeq. lib. 5. quem late ſequitur Dec. in d. l. edita, num. 71. & 83. idemq; firmat Alciat. ibidem, & Bologne. poſt num. 133. & 142. vbi la-*
17 *te reſoluit,* quod vnicus libellus, & cumulatio admittitur contra plures, ſiue ſint conſortes vnius litis, ſiue ſint plures debitores, qui conueniuntur à plurib. creditoribus, ſiue ſint plures poſſeſſores qui conueniuntur hypothecaria pro eadem re; *& probat Ronchagal. in d. §. vbi duo, num. 22. & ſeq. Achil. Perſonal. de adipiſcen. poſ. num. 91.* vbi quod ſi in iudi-
18 cio adipiſcendæ plures ſint contradictores, non omnibus ſingularibus libellus

Digitized by Google

bellus offeratur, ſed vnus pro omnibus ſufficit, cum omnes ad eundem iudicem mittendæ ſint ex *d.l 1. ex quib. rebus ad eund. iud.eat. latiſſime tradit Menoch. de adipiſc.rem 4.num.473.*

Nec obſtabat, quod prædicta concluſio minime procedebat parte contradicente *ex Bart. Roger. & alijs ex aduer-*
19 *ſo allegatis*, quia in contrarium faciebant *Bart. in l.ſi pluribus, num.2 ff.de leg.2. ibi (imo poterunt) & concludit Ronchagal. in d §.vbi duo, num.21.verſ.qui ſubiungit, & optime tradit per multas rationes, Roman. in*
20 *d. conſ.240. & in ſpecie adducit aliam rationem*, quod à iure per omnes regulas paria eſſe cenſentur, quem ipſo iure remedium nō habere vel habere, & ope exceptionis excludi, *ad text. in l.nihil intereſt, ff.de reg.iur.* etſi cumulatio admitteretur, niſi pars opponeret, pinde eſſet, ac ſi ius ſtatuiſſet, cumulationē talem non admitti, cum non interſit quē ipſo iure remedium non habere, vel habere, & ope exceptionis excludi, *vt praciſe dixit tex. in d.l.nihil intereſt, & ideo inquit Roman.* eſſet diſceptatio iuris ludibrioſi, & verbis, non autem effectui poſita eſſet lex.

Prædictis accedebat, quod in caſu de quo agebatur, nulla fuerat adducta ratio colorata, quæ potuiſſet impedire cumulationem, vt exemplificat Specul. ſed tantum ſimpliciter opponebatur, quod deberent fieri plures libelli, quo caſu expreſſe Doct. determinant denegandam eſſe ſuper hoc audien-
21 tiam, cum ipſorum non interſit, & agenti proſit, vt aperte diſtinguendo dicit, quod ipſe concordaret opiniones contrarias *Purpur. in d.l.edita, nu. 189. verſ.limitetis, & Menoch.d. remed 4.n.478. & ſequ. vbi ex Purpur. dicit*, quod opor-
22 tet ſubeſſe cauſam iuſtam petendi ſeparatam hanc libelli oblationem, prout ex parte actoris nonnullæ allegatæ
23 fuerant, & præſertim ſuadebat æquitas, & fauor publicus, videlicet gratia dirimendarum litium, & laborum, & expenſarum, *de quibus per Rom. in præallegat. loc. & Alber. in d.l.ad officium, C. commu. diui.* vbi ſubdit, quod licet vnicus ſit li-
24 bellus contra omnes, tamen quilibet apertam, & latam viam proponendi ſuas defenſiones, quamuis diuerſas, ſpeciales, proprias, & particulares habet. *Caſtrenſ. in l. ſupra iter, §. Caſſius, ff. de acq.plu.ar. & dixit idem Specul. quos ſequitur Soc. in d.cap.1. de libel.oblat. num.143. & declarat Ronchagal. vbi ſupra, num. 21.*

25 Item faciebat quod petitio, de qua agebatur, dependebat ex eadem cauſa, & ex eodem iure agendi ad rentegrationem ſupra dictarum terrarum, & vinearum propter diſmembrationem feudi factam ex conceſſionibus, *vt explicat Crau. in conſ.818. num 2. verſ.2. & Belpertica in dic.l.edita, col.2.* vbi declarant d.verba (ex eadem cauſa) & exponunt propter eandem cauſam, & conſequē-
26 ter vnicus tantum libellus dari debuerat, *ſecundum Alber. in d.l.edita, n.8. cum ſeq. vbi ſubdit, ita vidiſſe de facto inter peritos obtineri. Socin. ſen. ibidem n.12 allegando ad hoc tex. in l.cum quærebatur, ff.iudic.ſolu. Bart. in d.l.ſi quis cum procuratorio, §.vnicus ff. de procurat. vbi etiam Caſtrenſ. in verſ. nota ex iſto tex. & in l.ſupra iter, §.Caſſius, ff. de aqua. plu. arcen. & in d.§.vbi duo, num. 6. Iacobin. in l ſi idem cum eodem, in 2.lect. num.2 ff. de iuriſdi. om. indic. Angel. in d. Auth. hoc ita, numero 3.*

Digitized by Google

grum ſemper admittitur, ſecundum gloſ. & Doctor. in l. vnica, C. ſi de moment. vbi Contard. limit. 8. numero primo, cum ſeq. Perier. de reſtitu. in verb. in integrum, numero 46. Pute. deciſ. 37. lib. 1. & latiſſime concludit Menoch. de retinen. poſſeſ. remed. 3. numero 82. cum ſeq. & de adipiſc. poſſ. remed. 4. numero 906. Addit. ad Capel. Toloſa. quæſtio. 106. & de communi omnium ſententia, Caual. de tut. & cura. numero 99. Sfor. Odd. de reſti. in integ. q. 68. art. 6. numero 39. cum ſeq. & ſufficit tan-
2 tum dicere, non plene probaſſe, ſecundum Contard in loco præallega. numero. 46.
3 & 48. vbi ſubdit remedium prædictum reſtitutionis dari etiam in ſpolio, & licet prius referat deciſ. Putei in contrarium, tamen poſtea refert Papaz. & Tholom. teſtantes fuiſſe deciſum,
4 quod concedatur, ſicut dicitur in appellatione, quæ de iure communi datur etiam in ſpolio, quoad effectum
5 deuolutiuum, licet ſecus quoad ſuſpenſiuum, vt dicit Couarr. pract. quæſt. cap. 23. numero 7. verſ. ſecunda concluſio, dicens communem. Afflict. deciſ. 169. numero 3. Maran. in Specul. par. 6. art. 2. numero 294. Caualcan. deciſ. 44. numero, 108. par. 1. Menoch. de recuper. poſſ. remed. 9. q. 48. maxime in caſu
6 de quo agebatur, vbi ſpoliatus ſuccubuerat, cum in eius fauorem fuerit Ritus diſpoſitus, & non ſpoliantis, ibi: (antequam audiatur aduerſarius in defenſionibus ſuis) & ſic ne fauor, & priuilegium in eius odium retorqueatur ſecundum Angel. in l. quiſquis, C. quor. appell. non recip. limitando tex. in d. l. vnica, refert, & menti tenendum reputat Tiraquel. in tract. le mort. 6. par. declat. 6. numero 3. Caualca. deciſ. 7. num. 37. par. 1. & deciſ. 30. mun. 121. par. 2. & deciſ. 28. numero 90. ead. par. Duen. reg. 44. in verb. appellare, de quibus omnib. ipſe memini in addit. ad Petr. de Greg. de iudic. cau. feud. q. 17. verbo, denegatis, & fuit deciſum in cauſa illorum de Diana, & in cauſa Duciſſæ Biſbonæ.

Item faciebat, quod licet ſtante Ritu 133. & 139. in cauſis poſſeſſoriis, vel ſummariis, non detur appellatio, pro-
7 ut etiam in M. C. in cauſa ſpolii pariter
8 denegetur, ſecundum Petr. de Greg. d. tract. de iudic. cauſ. feu. quæſt. 45. num. 2. & 3. Cumi. ſuper Rit. 40. quod eſt 135. num. 95. Mari. Muta ibidem. nu 95. & 97. & in Rit. 133. nu. 6. cum ſeq. & numer. 30. & Rit. 139. numero. 8. tamen non per hoc dicitur denegata
9 reſtitutio in integrum, vt latiſſime Sfor. Odd. d. tract. quæſt. 15. art. 9. num. 44. & ſeq. Honded. conſ. 18. lib. 1. & conſil. 27. lib. 2. Carol. de Graſ. de exception. except. 34. Cæſar. de
10 Barz. deciſ. 74 qui ampliant diuerſimode, etiamſi prohibeatur reclamari, ſupplicari, recurri, cum ſimilibus, nam requiritur, quod ſpecialiter denegetur remedium reſtitutionis, vt ex pluribus ſcripſerunt præallegati Doct.

Conſiſtorium adiuncto Illuſt. Præſide iudice in cauſa, determinauit contrarium, denegando reſtitutionem in integrum, nam etſi vera ſit concluſio præallegata de iure communi, quod in cauſa poſſeſſoria, licet denegetur appellatio, tamen admittitur reſtitutio
11 in integrum, hoc ſane intelligendum erat, quando ex aliquibus ſignis poſſet cognoſci, quod per poſſeſſorium inferatur enormiſſimum damnum, vt declarat Rota Roma. apud Achil. de Graſ. deciſio. 5. de in integr. reſtitut. vbi ſubdit,
12 quod iſtud enormiſſimum damnum colligitur ex not. per Rip. in cap. ſæpe, col. 1.

de reſtitu ſpoliat. Franc. Curt. in l. admonendi, num. 203. ff. de iureiuran. idem fuiſſe deciſum teſtatur alia deciſ. nempe Rot. Roman. in nouiſſimis 34. nu. 1. & ita limitando tradit poſt alios, Menoch. de retinen. poſſeſ. remed. 3. nu. 862. ſubdens ſecus eſſe vbi de modico præiudicio ageretur, & allegat Alber. in l. vlt. num. 4. C. qui legi. perſon. hab. & remittit ſe ad nota-
13 *ta in remed. vlt. quæſt. 20. num. 54. prout in eccleſia dixit Corn. conſil. 179. num. 10. libr. 4. Ruin. conſil. 119. numero 13. lib. 5. & de magis communi teſtatur Burſat. conſil. 168. num. 31. lib. 2. ideoq; Hipp. Rimin. in conſ. 655. nu. 69. li. 6.* ex hac diſtinctione motus, conclu-
14 dit, quod minori non datur reſtitutio, quæ non lædit ius in meritis cauſæ, ſed ſolum aufert exceptionem, puta declinatoriam, *Sfor. Odd. d. q. 68. artic. 6. num. 5.* ſic etiam quod non concedatur vni-
15 uerſitati reſtitutio in integrum, niſi enormis læſio ſit, *Ant. Cioff. conſil. 4. nu. 20. vbi allegat Suarez, alleg. 21. num. 3. Odd. Sfor. in conſ. 74. num. 38. & 39. Grat. conſ. 4. nu. 81. lib. 1. Caroc. deciſ. 100. num. 1. cum ſeq.* ita erat in caſu iſto, in quo tantum agebatur, ſi debeant ciues dictæ Vniuerſitatis intrare in feudum in die S. Nicolai, vel poſt paucos dies.

Inſuper adducebatur, quod etſi in cauſa poſſeſſoria, in qua prohibetur appellatio, non ſit prohibita reſtitutio in integrum, tamen hoc minimè procedere poterat in poſſeſſorio ſumma-
16 riiſſimo, & extraordinario, ſecundum *Benintend. deciſ. 79. nu. 8. quem ſequitur Sfor.*
17 *Odd. d. quæſt. 68. artic. 6. num. 54.* & in Vniuerſitate decidit *Anton. Capic. deciſ. 13. & deciſ. 55.* vbi refert ita bis fuiſſe iudicatum, *idem ſcripſit Couarr. pract. quæſt. c. 17. num. 4. verſic. 6. de retinen. poſſeſ. d. quæſt. vlt.*
18 *nu. 54.* vbi dicit rationem eſſe, quia hoc damnum, quòd adfertur ex hac ſententia, dicitur modicum, & leue, *Marc. Anton. de Amat. deciſ. 77. num. 14.* & modicum dicitur præiudicium, quando ſen-
19 tentia non parat præiudicium in via iuris, ſed in via facti, ne de facto procedatur inaudita parte, *vt notat Bald. in l. ſecunda, C. de epiſcop. audien. Roland. conſil. 38. num. 13. lib. 2.* & in terminis reſtitutionis in integrum tradit, *Marcabru. ab Anguil. poſt alios, in conſil. 107. num. 53. cum ſequent. Contard. in d. l. vnica, nu. 22. lim. 8. Sfor. Odd. de reſtit. p. 2. d. quæſt. 68. art. 1. num. 5. verſic. dicerem igitur, vbi alleg. Innoc. & alios.* In
20 tantum quod in caſu iſto, *vbi per cap. Rit. 135.* diſpoſitum erat, quod in ſpolio infra bimeſtre tempus perpetrato, conſtito de ſpolio, antequam audiatur ſpolians in defenſionibus, fit reſtitutio, & poſtea auditur; ſi vero poſt bimeſtre tempus ageretur, non fit reſtitutio, niſi auditis defenſionibus vtriuſque partis, verum erat dicere, quod tentato ſpolio priuilegiato infra bimeſtre, & non conſtito de qualitatibus ibi requiſitis, prout erat hic, vbi non conſtabat ſpolium commiſſum fuiſſe de recenti, ſi ſpoliatus ſuccubuerit; ſibi remanebat remedium ſpolij antiqui, & poterat conſequi poſſeſſionem ex remedio recuperandæ, vel cap. reintegrandæ, audito poſſeſſore, & ex hoc inferebatur ad præallegatam concluſionem, quòd res modici dicebatur præiudicij, & conſequenter deneganda erat reſtitutio in integrum petita, reſeruando iura in petitorio, vel poſſeſſorio; idq; magis ſtante Ritu prædicto, in
21 quo denegatur omnis defenſio, cuius appella-

Digitized by Google

appellatione venit reſtitutio in integrum, vt *tradunt limitando Sfor. de reſtit. par.1.quæſt.44.art.6.n.26.Honde.d.conſ.27. n.31.lib.2.& voluit Hieron.Fimia.ſuper Cap. Ferdinandi 54.*

Præterea dictum fuit, quod ſi admitteretur in cauſa ſpolij de recenti remedium prædictum, eſſet admittere reſtitutionem pro opponendis criminibus aduerſariorum, cum ſpolium ſit
22 crimen, *Felin. in cap. fraternitatis, verſic. fallit tertio, colum.4.de teſti.& atteſta. Affl. in conſtit. obſcuritatem, num.8.& 9.& n.29.* vbi ſequitur eandem diſtinctionem de modico, vel graui damno, *& in Conſtit. Mulieribus, num.1.cum ſeq. & deciſ.83. Cum. ſuper Rit. cap.38.nu.249.* & in criminali-
23 bus non datur reſtitutio, *Sfor.Odd.par.1. q.3.ſub num.85.& ſeq.*

Nec obſtabat, quod in caſu iſto ſuc-
24 cumbens fuerat ſpoliatus, & Ritus diſpoſitio procedebat in eius fauorem, non autem in odium, prout eſſet, ſi denegaretur petita reſtitutio: nam re-
25 ſpondebatur, quod in iudiciis ſeruanda erat æqualitas, *l.fin.C.de fruct.& lit.expenſ. D.Vincent. de Franch.deciſ.136.& 520.*
26 *& in puncto tradit Hieronym. Fimia. ſuper Ritu 139.* vbi cum viduæ eſſent priuilegiatæ, vt in cauſis earum non poſſit ap-
27 pellari in M. C. quærit vtrum vidua ſuccumbens poſſit appellare, & concludit reſpondendo prædictæ obiectioni quod non, quia ſi vna pars prohibetur, cenſetur prohibita & alia, cum in iudiciis ſeruanda ſit æqualitas, *ad not.per Boſſ. in titul.de appellatio. Franch. in cap.ſi duobus, colum.penult. de appellat. Crauett.conſilio 70.numero 1.libro 1. Eugen. conſil.89. num.68. Cæſar Barz. deciſ. Bon.41. num.17.* & fuit aliàs determinatum in pluribus cauſis.

Item dicebatur, quod ſi aliter diceretur; ſpoliatus duo haberet priuilegia, quorum primum erat, nam reſtitueretur nullis factis defenſionibus per ſpoliatum, alterum quod ſi ſuccumberet, reſtitueretur in integrum, & tamen non niſi pro prima vice hoc diſpoſitum reperitur per Ritum, & ceſſare videtur fauor ſpoliati ſtante ſenten-
28 tia in contrarium, *ad not. per Tiraquell. in l.bona. §. hoc ſermone, de verbor. ſignificatio. vbi num.125.poſt Socin.conſil.61.lib.3.* dicit,
29 quod ſi quis promiſit iudicatum ſoluere, intelligitur de primo iudicio, & prima ſententia, & non de ſecunda, & multa alia ſimilia ibi adducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Argentariorum materia remiſſiuè.*
2 *Officium argentariorum à publico procedentium, publicum eſt.*
3 *Liber argentariorum quando fidem faciat.*
4 *Bancherij noſtri temporis aſſimilantur argentarijs, contra num. 70.*
5 *Bancherij dicuntur Officiales publici, contra, num.49.54 56.& 59.*
6 *Plures Bancherij dicuntur inſolitum conſtituti.*
Idem in pluribus argentarijs, num.7. diſtingue, num.57.58.66 71.& 72.
8 *Mortuo vno ex Bancherijs non expirat Bancum, contra num.68.*
Socio mortuo, non extinguitur ſocietas, & num.48. intellige in ſocietate vectigalium, num.76.& ibi ratio, & num.87.
10 *Socio mortuo, ſuperſtes adminiſtrare poteſt, & num 69.*
11 *Societas quoad officium extinguitur.*
12 *Tutores plures teſtamentarij ſi ſint, vno mortuo, cætera adminiſtrant, & nu.9.*
13 *Fideiuſſores plurium tutorum dicuntur interceſſiſſe pro quilibet in ſolidum.*

14 Fideiuſſores plures vt ſinguli teneantur inſolidum quid requiratur, amplia, numer. 15.
16 Fideiuſſores conſentientes adminiſtrationi ſibi praeiudicant, contra num. 97. & 98.
17 Fideiuſſoris conſenſus cum actu poſitiuo ſibi praeiudicat, & num. 18.
19 Societas qualiter contrahatur, nu. 20. 21. 60. & num. 73.
22 Societas conſtitui poteſt inter duos Argentarios.
23 Plures argentariam exercentes dicuntur ſocij.
24 Gl. in l. ſi vnus, ff. de pact. communiter reprobatur.
25 Societas datur etiam in officijs, & extinguitur mortuo vno ex ſocijs, nu. 31. & 32.
26 Societas morte vnius ex ſocijs diſſoluitur, & num. 39. amplia, num. 74. 82. 83. & 84.
27 Societas non tranſit ad haeredes, etiam ſtante pacto. limit. 87.
28 Societas non tranſit in filios patre mortuo.
29 Pactum quod ſocietas tranſeat ad haeredes, non valet.
30 Societas publica mortuo vno ex ſocijs, extinguitur.
33 Societate extincta, extinguitur obligatio acceſſoria.
34 Fideiuſſores ſocietatis, ea extincta, non tenentur, & nu. 95. amplia in conductione vectigalium, num. 35. & num. 85.
36 Conductione renouata fideiuſſores non dicuntur amplius obligati, & num. 44.
37 Fideiuſſio eſt acceſſoria principalis obligationis.
38 Fideiuſſores obligantur ſecundum naturam rei.
40 Societas ſi prorogetur, fideiuſſores non tenentur, & num. 91. amplia n. 92. & 94. item ſi continetur iuſſu teſtatoris, num. 41 ratio, num. 42.
43 Fideiuſſor officialis prorogati non tenetur.
45 Fideiuſſor non tenetur, ſi debitor decoctus fuerit poſt fideiuſſionem.
46 Fideiuſſor tutoris non tenetur de geſtis poſt pupillarem aetatem.
47 Fideiuſſor cuſtodis ad tempus deputati, non tenetur poſt tempus.
49 Seruus poteſt eſſe argentarius.
50 Non poteſt habere officium publicum, & nu. 79. contra num. 52.
51 Text. in l. Argentarius, ff. de eden. declaratur.
53 Argentaria qualiter exponantur.
55 Volentes ad officium Campſoris accedunt.
60 Iudex ordinarius repraeſentat magiſtratum.
61 Argentarius volens adminiſtrat; Et eius morte finitur officium, ibidem.
62 Argentarius aſſimilatur Tabellionibus.
63 Tabelliones aequiparantur delegatis. Et qualiter actum explicare debeant, numero 64.
65 Argentarius differt à tutore, intellige, num. 67.
76 Argentarij officium coniunctum eſt cum ſocietate.
77 Societas vectigalium eſt neceſſaria.
78 Societas argentariorum ad nutum diſſolui poterit.
80 Text. in l. adeo, ff. pro ſoc. qualiter procedat.
81 Gloſ. in l. adeo, ff. pro ſoc. communiter approbatur.
86 Societas ex cauſa publica ad haeredes non tranſit.
90 Proteſtatio fideiuſſoris an requiratur extincta ſocietate.
93 Fideiuſſores ex taciturnitate, an ſibi praeiudicent in ſocietate prorogata, & ſub numer. 95.
96 Text. in l. cum oſtendimus, § fin. ff. de fideiuſſ. tut. declaratur.
99 Surd. in conſ. 20. declaratur.

ARGVMENTVM.

Inter Bancherios an detur ſocietas, & an mortuo vno ex ſocijs, fideiuſſores ſint liberati.

DECISIO CXXXV.

1 ARgentariorum materia, & qualiter ipſi conſtituantur latiſſimè habetur per *Doct. & praecipuè Bolognett. in l. 1. C. de eden.* illud tamen praecipuum eſt, quod ſi à publico iſti tales fuerint
2 approbati, eorum officium etiam publicum nuncupatur, *ad text. in l. Argentarius,*

Digitized by Google

tarius, ff. de eden. vbi Bart. Alexand. & alij. Bald. in l. cum te, num 5. C. ſi cert. pet. Guid. Pap. deciſ. 287. Hotteman. in comment. iur. in ver. argentarij, in verſic. argentariorum officium; Iaſon. in l. quadam, §. nummularios, ſub num. 1. & ibidem Fulg. num. 4. eod. tit. qui teſtatur hanc eſſe communem ſententiam, & ſubdit etiam ſub num. 5. quod

3 Codices argentariorum plenam fidem faciunt, quia officium eorum, atq; miniſterium, habet publicam cauſam, & in hoc omnes conſentiunt, vt ipſe teſtatur. & poſt alios optimè explicant Menoc. de arbitr. caſ. 91. num. 10. & caſ. 499. num. 60. Cancer. variar. reſol. lib. 1. c. 22. num. 7. & ſeq. Gratia. deciſ. 137. & Bologn. in loco præallega. ait, quod hodie poteſt poni exemplum

4 in iſtis publicis Bancherijs, qui bācum detinent in magnis Ciuitatibus, & in Regno, authoritate viceregia bancum aperiunt, & libros publicos detinent, & propterea orta fuit magna dubitatio, ſi aperto banco per plures, cum licentia D. Proregis, & præſtita ſolita fideiuſſione iuxta formam Pragmaticarum Regni, mortuo vno ex dictis Bancherijs, fideiuſſores cenſeantur liberati, quaſi quod bancum fuerit extinctū, & ſuppoſita concluſione prædicta, per quam tales Bancherij dicebantur offi-

5 ciales publici, vti à publico deputati, quilibet eorum videbatur in ſolidum

6 conſtitutus, adeo, vt quilibet per ſe, & ſine alio, poterat actum in ſolidum gerere, vt tenuerunt Rayner. de Forliv. & Alb. de Roſat. poſt cæteros antiquos, quos ipſi allegant in l. 1. §. ſi plures, ff. de exerci. act. & ibid. Bart. Alber. Fulg. Ang. Salic. & Caſtr. cum alijs cumulatis per Bertac. in tract. de gabel. 4. par. q. 12. nu. 18. & ſeq. & in pluribus argentarijs dixerunt, Iacob. de Rauen. Pet. de Bellapert. Cyll. Bald. & Salic. in d. l. cum te, C. ſi cer. pet. & de communi tradiderunt Fulgoſ. Caſtr. Alex. Iaſ. & alij, in l. ſi vnus ex argentarijs, & ibi gl. ff. de pact. Guid. Pap. deciſ. 287. Caroc. de excuſ. bon. q. 48. nu. 51. Nicol. Leſe. de iur. Viuiter. c. 3. n. 111. cum ſequent. in tantum, quod

8 mortuo vno ex dictis Argentariis, ſeu Brancheriis, non videbatur expirare conceſſio banci facta in perſonam alterius ex Bancheriis ſuperſtitis, quinimo durare ſocietatem. l. adeo. ff. pro ſoc.

9 Bal. in l. hæres ſocij. ff. pro ſoc. vbi ait, quod ſi ſocii inſolidum adminiſtrabant, vno ex eis decedente, poterit ſolus ſuperuiuens

10 indiſtinctè adminiſtrare in ſolidum, quemadmodum poterat eo viuente. & clarius, idem Bald. in d. l. cum te, in fin. verſ. ſed caue tibi, C. ſi cert. petat. quem ſequitur Iaſon. in d. l. ſi vnus, in fin. ff. de pact. Pariſ. conſil. 82. lib. 1. Decian. reſpon. 22. num. 14. lib 3. & reſponſ. 11. lib. 1. Rimin. iun. conſil. 711. numer. 12. libr. 6. qui refert Abb. conſil. 86. volum. 2. Surd. conſil. 20. libr. 1. Franc. Marc. deciſ. 626. lib. 1. Sebaſt. Medices, in tract. mors omnia ſoluit, in 3. part. ſub num. 179. verſic. 6. & vlt. licet quoad officium ſit extincta

11 ſocietas, vt tradit Menoch. poſt multos lib. 3. præſumpt. 36. nu. 28. prout dicitur de pluribus tutoribus teſtamentariis, vt tradunt gl. Bart. Salic. & cæteri, in l. 1. C. de teſta. tut. Soc. conſ.

12 192. & Aret. conſ. 26. quia vno ex eis mortuo, ſuperſtes adminiſtrat, & fideiuſſo-

13 res, qui pro eis interceſſerunt, intelliguntur interceſſiſſe pro quolibet eorū in ſolidū & erant ipſi tanquam principales obligati. ad text. in l. ſi duo. vbi notant Bar. Alb. & alij. ff. de admin. tut. cum talis ſit natura fideiuſſorum, vt ſinguli teneantur

14 in ſolidum, & liberum ſit creditori, à quo

à quo velit ſolidum petere. *ad tex. in §. ſi plures ſint fideiuſſores, Inſtitu. de fideiuſ. & ibi gloſ. communiter recepta. quam ibidem ſequuntur Io. Fab. Angel. & latiſſime Bellon. & ſunt tex. conſimiles in l. non recte. l. cum aliter,*
15 *& l. res, C. eod.* idque magis ſtantibus clauſulis opponi ſolitis in ipſo actu fideiuſſionis in forma Curiæ.

Prædicta confirmari videbantur, quia poſt mortem vnius ex Bancheriis, fuerat bancum prædictum continuatum, & publice detentum per ſuperſtitem cum præſentia Principis, & omnium Regiorum officialium Tribunalis Regii Patrimonii, & cum præſentia ipſorummet fideiuſſorum, qui
16 minime vnquam reclamauerant, nec in aliquo diſſenſerant, nec ſe proteſtati fuerant, imo conſenſerant, & approbauerant ex expenſione pecuniarum in dicto Banco. *ad notata in caſu fortiori per Theſau. in deciſ. 225. ante num. 11. verſ. ex qua reſponſione, & num. 12. Cepha. conſ. 331. n. 33. & 34. volum. 1. vbi allegat tex. in l. 2. C. ad municip. & l. 2. ff. de decur. Muſcat. in praxi fideiuſ. part. 1. modo 8. num. 29. & 30. & modo 14. à num. 13. vſq; ad num. 17. vbi reſpondet ad tex. in l. ſi cum hæres, C. locat.* quia cum
17 conſenſu, & taciturnitate interuenit actus poſitiuus *Natt. conſ. 131. num. 4. Crauet. conſ. 111. num. 5. Turet. conſ. 42. nu. 14. vol. 2. Pancia. de proba. lib. 1. capit. 29. & 30.* ſic cenſentur perſeueraſſe in eadem fide-
18 iuſſione *Roueſcal. in addit. ad Alexand. conſ. 1. nu. 7. litera N lib. 3.* qui mouentur præſertim *per tex. in l. cum oſtendimus, §. fina. ff. de fideiuſſo. tuto.*

Sed in contrarium dicebatur, quod tam in facto, quam in iure conſtabat inter iſtos Bancherios contractã fuiſſe
19 ſocietatem ſuper dicto Banco, tam ex ſupplicatione, quam communiter Excellentiſſimo Proregi prorexerant, petendo licentiam vnum Bancum aperiendi, & conſequenter ſimul vnam negotiationem faciendi, *ad tex. in l. coiri. cum l. ſequen. ff. pro ſoc. in l. Titium, & Meuium, §. altero, ff. de adminiſt. tuto. late Ronchagal. in l. eandem, num. 190. cum ſeq. ff. de duob. reis, & ante eum ibidem Aretin. nu. 5.* vbi di-
20 cit, vnam negotiationem, & dicuntur tacite inter eos in illa negotiatione, ſocietatem contrahere, *quæ latè probant Gabr. conſ. 157. num. 5. lib. 1. Corn. conſ. 182. nu. 15. vol. 1.* tum etiam ex impetratione literarum ſub viſione Tribunalis Regii Patrimonii ab ambobus impetratarum, & fideiuſſionibus communi nomine præſtitis, ex apertione ipſius Banci, & librorum in titulatione ſub nomine amborum, & ex appoſitione vnciarum ſex mille pro capitali, & columna ipſius Banci, ex quibus actis communi nomine geſtis probari vide-
21 batur ſocietas, *vt poſt Socin. & alios tradit Maſcar. de probat. lib. 5. conclu. 1319. nu. 19. & melius, num. 35. Menoch. conſ. 12. Dec. reſpon. 84. & 97. nu. 35. lib. 2. Marcabru. conſ. 5. num. 18. Rolan. conſ. 91. lib. 1.* & in ſpecie, quod
22 inter duos argentarios ſocietas conſtitui poſſit. *dixit text. in l. ſi duo rei ſint, ff. de recep. arbit. ibi: idem eſt in duobus argentarijs, quorum nomina ſimul eſſent, & in l. ſi quis ex argentarijs, §. coguntur, ff. pro ſoc. ibi: duo erant argentarij ſocij. & text. in l. ſi vnus, ff. de pact. ibi: ſi vnus ex argentarijs ſocius. & ibid. Bart.*
23 *num. 1.* vbi ait, quod ſi duo argentariam exercent ſunt ſocii de neceſſitate, ex conuentione tacita, vel expreſſa, *idem dixit Iaſ. in prin. Alexan. num. 4. Cur. iun. nu.*

Digitized by Google

3.& 5.vbi ſubdit.gl.in d.l.ſi vnus,communi-
24 *ter damnari,& Fulgoſ.nu.5.Alber.de Roſ.in d.l.quidam,§.cumularios,ff.de eden.verſ.ſed vbi eſſet ſocietas campſorum*, *Ronchagal.vbi ſupra,nu.147.in 2.col.verſ.argentarios,quorum nomina.fol.512.Pile.q.109.Dec.reſp.22.nu.13.lib.3.Rim.iun.dicto conſ.711.num.12.vol.6.*
25 quinimo ſocietas dari poterat etiam in officiis.*Gab.conſil.78.lib.1.& conſil.63.vol.2.Rot.Roman.nouiſſima deciſ.763.lib.1.Pute.deciſ.67.part.2.*
26 Hinc inferebatur ſocietatem prædictam morte vnius extinctam fuiſſe, *§.ſoluitur,Inſtit.de ſociet.l.in actione,§.morte,& l.verum,§.ſocietas,ff.pro ſoc.Bald.conſ.*
27 *448.lib.4.*nec tranſire ad hæredes,etiãſi expreſſe conuentum fuiſſet,vt tranſiret,*l.nemo,l.adeo,ff.eod.& de communi poſt innumeres teſtatur Theſau.dec.242.n.2.*nec
28 etiam in filios *Mandel conſ.578.n.29.Angel.conſ.60.Bal.conſ.109.lib.2.& d.conſ.448.*
29 quinimo pactum in contrariũ non valeret. *Roma.conſ.106.n.3.Dec.conſ.441.Dec.cõſ.85.n.15.li.2.*& prædicta procedebant
30 etiam in ſocietate publica *Dec.conſ.713.Corn.conſ.121.& conſ.122.lib.1.Abb.conſ.86.lib.2.Anchar.conſ.394.Rui.conſ.90.num.11.& conſ.91.numer.7.lib.1.Pedemon.deciſio.70.nu.30.Franc.Marc.deciſ.211.lib.2.Aluar.*
31 *Velaſ.deciſ.53.*& de ſocietate contracta in officio, quod finiatur morte, late *Hier.Gabriel.d.conſ.78.lib.1.& conſ.63.lib.2.* vbi quod nec tranſeat ad heredem,nec
32 ad eum,in quem tranſit officium *ſequitur Rot.Rom.nouiſſima d.deciſ.763.lib.1.Pute.deciſ.67.lib.3.* In tantum quod extin-
33 cta dicebatur etiam obligatio acceſſoria ipſius ſocietatis,& fideiuſſores am-
34 plius non tenebantur, *Item quæritur,§.qui impleto,ff.de locat.*vbi expreſſe te.mi-
natur,quod requiritur nouus conſenſus ipſorum fideiuſſorum,& loquitur
35 *tex.*in conductione vectigalium, & ſic rerum publicarum,& ibi Bar.& cæteri omnes,ita concludunt;*ad idem tex.in l.ſi cum Hermes, C.eod.vbi omnes Docto.deter-*
36 *minant*, quod ſiue conductio ſit prorogata, ſiue continuata,ſiue innouata,fideiuſſor non tenetur, & poſt alios *Caualc.deciſ.94.n.82 lib.1.Surd.deciſ.345.n.7.li.3.*fideiuſſio enim eſt acceſſoria prin-
37 cipalis ſocietatis,qua deficiente,ſublata cenſetur fideiuſſio. *Menoch.conſ.295.*
38 *nu.21.*& fideiuſſores cenſentur ſe obligaſſe ſecundum naturam rei, ſuper qua interponitur obligatio, natura
39 autem ſocietatis eſt, vt morte vnius ex ſociis,finiatur.& ideo eodem modo ex tacita mente contrahentium dicitur finita fideiuſſio,*vt dixit Alex.in d.conſ.60.lib.7.Sirac.de decoct.par.5.n.1.& bene Tibe.Decian.reſpon.72.num.12.& 13.lib.2.*& in terminis ſocietatis, quod ſi proroge-
40 tur,ſiue continuetur,fideiuſſores non teneantur,*dixit Petr.de Vbal.de duob.frat.par.15.& part.vlt.& ex multis firmat,Caroc.de locat.& conduct.tit.de fideiuſſ.q.6.fol.263.Menoch.conſ.246.n.4.Capol.conſ.26.*Eſto,
41 quod ſocietas ſit iuſſu teſtatoris continuata, quia non dicitur durare prima
42 ſocietas,ſed alia de nouo contrahi, *Aluar.Velaſ.conſult.63.numer.15.& 17.Rimſen.conſil.201.lib.2.*idque locum ſibi ven-
43 dicabit in fideiuſſore officialis,etenim ſi prorogetur tempus in officio, non tenetur fideiuſſor, *Angel.in l.legem,in fi.C.loca.Marſil.de fideiuſ.numero 94.Menoch.conſil.212.numero 44.Decian.d.conſil.72.per totum,libr.2.Viui.deciſ.129 num.6.lib.1.Ioan.Kappen.deciſ.40.numer.15.& 16.*& re-

Digitized by Google

& regulariter quoquo modo res alteratur, ſiue mutetur modus, & qualitas
44 adminiſtrationis, ſiue aliter innouetur, fideiuſſor liberatur, *Bart. in l. aliam, nu. 4. ff. de nouat. late Menoch. d. conſ. 246. num. 5.* In tantum, quod ſi debitor pro quo
45 fuerit præſtita fideiuſſio, decoctus fuerit poſt tempus fideiuſſionis, fideiuſſor non tenetur, *vt dixerunt Bertrand. conſ. 88. n. 2. Alciat. conſ. 24. n. 2 lib. 7. & conſ. 5. n. 4. lib. 8. Rot. Rom. nouiſſima, deciſ. 567. lib. 1. Anchar. queſt. familiar. lib. 1. q. 42. adnot. per tex. in l. 3. §. cum quinquenium, ff. de iur. fiſc. & eſt tex. expreſſus in l. Lucius, §. Paulus,*
46 *ff. de admini. tut.* vbi fideiuſſor tutoris dicitur obligatus durante pupillari ætate, non autem, ſi tutor adminiſtrat poſt pupillarem ætatem, *Menoch. d. conſ. 212.*
47 *num. 44.* & in fideiuſſore cuſtodis caſtri ad tempus, dixit *Socin. conſilio 22. numero 10. & 11. lib. 1. Boer. deciſ. 284. numer. 14. Menoch. dicto conſ. 212. num. 43. Franc. Marc. deciſ. 359 nu 5. lib. 1.*

His diſcuſſis, ſed non ita exacte coram me, vti protectore Banci de Balſamo, non fuit aliter punctus determinatus, quia illi de Paulillo conuenti, obtinuerant prouiſionem, quod Curia Straticotialis Meſſanæ procederet de iuſtitia, & idem inde prouiſum per M. C. ſed bene poſt paucos menſes fuit ex prædictis iudicatum in fauorem fideiuſſorum, contra deputatos Banci de Lampognano per Illuſt. Don Antonium Quintanaduennam Conſultorem, nunc in ſupremo Italico Conſilio Regentem, & Illuſt. Rutilium Xirotta, nunc Tribunalis Conſiſtorii Præſidem, D. Marium de Gregorio, & D. Vitum Sicomum M. R. C. & Tribunalis Regii Patrimonii Fiſci Patronos Iudices in cauſa ſignatos per Excellentiam Illuſtriſſ. D. Proregis, de menſe Decembris 1603. fuit enim habitum pro vero, quod extincta ſocietate ob mortem ſocii, fideiuſſores non tenebantur.

Nec obſtare videbatur, quod iſti ſocii, vti argentarii, ab initio in ſolidum conſtituti dicebantur, & ob id morte
48 vnius, non deficiat adminiſtratio in perſona alterius, *per text. in d. §. ſi plures, cum aliis præællegatis*, nam etſi verum ſit,
49 quod Argentarius, ſiue Bancherius publicam habeat cauſam, non tamen dicebatur habere publicum officium, *gloſſ. eſt notab. in d. l. argentarius, publicum habent. de eden.* quæ ea mouetur ratione, nam ſeruus poteſt eſſe argentarius,
50 & tamen non poteſt habere officium publicum, *idem tradit ibi Fulgoſ. ex aduerſo allegatus, num. 2. & clarius in d. l. quadam, §. nummularios, n. 5. eo. tit. ver. nota.* dicit vbi concludit, quod illa verba *text. d. l. ar-*
51 *gentarias, verſ. habent publicam cauſam* non faciunt publicum officium, ſed quod ad argentarios publice decurratur, quia verum non eſt, quod publice, ſeu publica authoritate eligantur, *& numer. 6. verſic. quamuis, vt dixi vobis,* hoc bene declarat, eandem opinionem tenuit *& Odoffred. in d. §. nummularios. verſic. idem iſti, & in d. l. argentarius, ſuper verbo: publicam cauſam,* vbi exponit publicam authoritatem, non autem intelligatis, dicit ipſe, quod argentarius habeat pu-
52 blicum officium, *Bal. ibidem in fin. & melius in rubric. de fideiuſ. numero 55. & 59 Alber. in d. §. nummularios. verſic. poſſet, contra gloſſ. Iacob. de Sanct. Georgio. numero 5. Paul.*

de Caſt.

de Caſtr.nu.3.Rom.in.expreſſe,in l.prætor ait, numer.3 poſt Bartol. in l.nuda ratio,num.8.ff. de donat.ſequitur Ioan.Hiemer.in l.1.numero 14.C.de eden vbi etiam Bolognett.numero 6. & in l.1.numero 52.verſicul.nec obſtat.eod.
53 *tit.* qui diſtingu t aliam e ſſe argentariam, quę conſtituitur ex publico, in qua deputantur à publico perſonæ approbatæ fidei, prout Ianuæ, Barcino, Venetiis, & Panormi reſp ctu tabulæ: Aliam vero argentariam eſſe, quam mercatores profitentur, vt ſunt Bancherii noſtri temporis, qui ad faciliorem exequutionem impetrant licentiam à Principe, vt eorum libri publica fide approbentur. Et latiſſime, non eſſe pu-
54 blicum officium, concludit *Ronchaga. in d.l.eundem, num.44 cum ſeq.* vbi ſubdit, quod hodie volentes ad iſtud officium
55 campſoris accedunt, & ibidem hoc ſentit *Bart. in ſeptima queſtio. ad differentiam officiorum enumeratorum, ut & in 6. queſtio. idem.*

Nec *Bald.in d.l.cum te, & Guid Pap.cum cæteris ex aduerſo deductu* affirmabant,
56 quod Argentarii habebant officium publicũ, ſed tantummodo, quod præſentabant publicum officium, ideſt, quod publicę ad eos decurratur; & non per hoc dicebantur habere publicum officium, vt ſe declarat *idem Bal. in d.rub.de fideiuſſor.num.59, & dixerunt Alber.Bologn. & alij.*

Sublato igitur hoc fundamento, quod argentarius non habeat officium publicum, ceſſare videbatur obiectum ex aduerſo deductum, quod plures ar-
57 gentarii cenſebantur in ſolidum conſtituti, & quod morte vnius non deficiat adminiſtratio in perſonam alterius, nam ſuper hoc omnes recurrere ſolent ad longam diſtinctionem, *quam fecit Bartol. & ibi ſequuntur Doct. in d. l. 1. §. ſi plus, ff. de exercit. act. & ex Canoniſtis, Abb. & alij poſt eum, in cap. prudentiam, extra. de offic.deleg.* de quo etiam tractant *Doct. in rubr. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. & in l. ſi cum alias Pomponius, ff. de re iud. vbi tra-*
58 *ctant Dd* quid in pluribus iudicibus ordinariis, q d in d legatis, in tutoribus, an coniunctim, an vero in ſolidũ conſtituti cẽſeantur, & in effectu *Bar. in d. §. ſi plures,* facit tria mẽbra, dicit.n. ipſe, aut ſumus in officio publica authoritate, & vtilitate, aut authoritate tantum, & vtilitate priuata, aut vero in officio authoritate, & vtilitate priuata. In quo primo caſu ſubdiſtinguit ipſe Bart. dicens, quod aut officium authoritate, & vtilitate publicum conſideratur reſpectu iudicum ordinariorum, & tunc iuriſdictio dicitur eis conſtituta in ſolidum, eſt autem conſiderandum officium delegatorum, & tunc iuriſdictio eis competit coniunctim. In ſecundo vero caſu, ſi adminiſtratio eſt principaliter eis conceſſa vt tutoribus, & tunc cenſentur conſtituti in ſolidũ; ſi autẽ adminiſtratio eſt acceſſoria, vt in actoribus ipſorum tutorum, & tunc cenſẽtur coniunctim. In tertio vero caſu, quando officium eſt authoritate, & vtilitate priuatum, vt in officio procuratoris, & fit diſtinctio, quod aut proponuntur à pluribus, aut ab vno, aut proponuntur vniuerſitati, aut particulari negotio, & eſt theorica ab omnibus approbata. Cum igitur officium argen-
59 tarii non ſit publicum, licet deputetur ex publico *per infinitos Doct. præ-*

allegatos, vtiq; caſus prædictus non poterat adaptari, nec primo, nec ſecundo membro diſtinctionis prædictæ, & quatenus aſſimilari poſſet iudicibus ordinarijs, hoc eſſet in iudicibus dele-
60 gatis, quia iudex ordinarius repræſentat magiſtratum, qui etiam morte Iudicis ſemper remanet, & ipſi Iudices
61 inuiti coguntur ad ius dicendum, argentarius vero non niſi volens adminiſtrat, & eius morte finitur officium:
62 hinc eſt quod aſſimilatur tabellionibus, vt dixit *Gl. & ibi omnes Doct. in l. ſi quis ex argentarijs, §. cogentur, ff. de eden.*
63 & tabelliones æquiparantur delegatis,
64 *vt latiſſimè Gab. conſ. 39.* & tamen ipſi tabelliones, vel delegati, ſi rogantur in aliquo actu, non niſi ſimul, & coniunctim illum explicare poſſunt, ſecundum *Bart. in d. l ſi plures, & latiſſimè ponit*
65 *Gab. vbi ſup.* Nec argentarius tutori aſſimilari poterat, cum inter eos militet diuerſa ratio: tutores etenim habent mandatum à lege, licet ordinentur à teſtatore, vel à Iudice, vt conſiderat *Alberic. in d. §. ſi plures, verſic. ex prædictis*; Argentarij vero habent poteſtatem ab
66 homine, & ideo ex hac ratione non cenſentur conſtituti inſolidum, vt expreſſe concludit *Alber. in d § ſi plures, & clarius in l. 2. num. 4. verſic. pro concluſione, ff. de offic. conſul.* vbi hoc diſtinguendo tradit, *& poſt alios dixit Ronchagal. in d. l. eandem, num. 15. & facit text. in d. l. ſi quis ex ar-*
67 *gentarijs, §. cogentur*, vbi expreſſe argentarii aſſimilantur tutoribus, qui coniunctim habent adminiſtrationem, & non in ſolidum, quo caſu mortuo vno,
68 ceſſat alterius adminiſtratio. *Bald. conſil. 208. & conſil. 320. lib. 2. & in l. cum magiſtratu, C. quemad. prouoc. non eſt neceſ. Cranett. conſil. 690. lib. 4. Siculus. in rub. de teſtament. tutel.* Quæ omnia confirmari videban-
69 tur, eo quod in facto iſtis ſociis coniunctim adminiſtratio conceſſa fuerat, tam ex licentia Proregis, quam ex fideiuſſione, & libris ipſius Banci, & poterant æquiparari pluribus Ancianis
70 in vno officio, qui non poſſunt, niſi omnes ſimul acta gerere. *Caſtrenſ. in d. §. ſi plures, num. 4.*

Item Doct. ex aduerſo allegati præſertim *Cyn. Petr. de Bellaper. & Bald.* non
71 dicebant, quod plures argentarii habeant adminiſtrationem in ſolidum, ſed quod in ſolidum poſſint agere, & conueniri, & tamen coniunctam habere adminiſtrationem, ex pluribus probatum fuit, *& addo text. in d. l. ſi quis ex argentarijs, § cogentur*, vbi expreſſis
72 verbis terminatur, quod ſi plures ſunt argentarii, omnes edere debent, aut alterius editioni ſe ſubſcribere, ſicuti plures tutores, qui coniunctim adminiſtrant, & ſic omnes cenſentur coniunctim conſtituti, quia ſi in ſolidum, commiſſa cenſeretur eis adminiſtratio, vtiq; non omnes edere deberent, ſed quilibet eorum in ſolidum.

Item reſpondebatur, dato quod plures argentarii haberent admini-
73 ſtrationem in ſolidum, nihilominus in iſta adminiſtratione erant ſocii, vt dictum eſt, maxime *ex Fulg. in l. ſi vnus, nu. 1. ff. de pact. & Bal. in d. l. cum te*, & ſic inferebatur, quod licet plures ſocii in ſolidum ſe obligent, nihilominus ex hoc non immutatur natura ſocietatis, ſed
74 mortuo vno, expirat ſocietas quo ad alios, vt notabiliter conſuluit. *Anch. conſil.*

Digitized by Google

conſil. 394. in fin. verſic. non obſtat, & in ter-
minis Alexan. in d. conſ. 60. lib. 7. Rub. in repet.
l. non ſolum, §. morte, num. 42. in fin. ff. de no-
ui oper. num. Ronchagal. in d. l. eandem, n. 212.
75 *verſ. nec ſunt, & num. 242.* & cum prædi-
ctum officium argentariæ ſit coniun-
ctum cum ſocietate, ab ea recipiebat
hanc naturam, vt morte finiatur, *Ruin.*
conſ. 91. nu. 8. lib. 1. Menoch. in conſ. 989. lib. 10.
Magon. Rot. Florent. deciſ. 106. à nu. 5. vſq; ad
fin. quidquid dixerit Crauett. in conſ. 785. vbi
extra terminos propoſitæ dubitationis
loquutus fuerat.

Minus obſtabat *tex. in d. l. adeo, ff. pro*
ſoc. cum alijs Doctor. alleg. quod mortuo
vno ex ſociis non expirauerat ſocietas,
76 ſed tranſierat ad hæredes, id enim pro-
cedebat in ſocietate vectigalium, in
qua militabat diuerſa ratio, *ſecundum*
Bal. ibi, & in l. nemo poteſt, ff. eo. vbi ratio-
77 nem eſſe ait, quia dicitur ſocietas ne-
ceſſaria, & non pendet à libera volun-
tate, *ad text. in l. verum, §. in hæredem. ff. pro*
ſoc. ibi, & circa ſocietates vectigalium cætero-
rum idem obſeruamus, vt licet hæres ſoci-
us non ſit, veruntamen omne emolu-
mentum ſocietatis ad eum pertineat,
ſimili modo, & damnum agnoſcat, ſiue
quod viuo adhuc ſocio vectigalis con-
tingit, ſiue poſtea, quod veriſimiliter
in voluntaria ſocietate obſeruatur,
quem tex. refert, & ſequitur *Rim. conſil.*
90. ante nu. 12. & ſequi videtur Oſaſ. deciſ. 76.
78 *num. 12.* & tamen ſocietas, de qua age-
batur, erat voluntaria, & ad nutum ar-
gentariorum diſſolui poterat, vt dixit
Ronchagal. in d. l. eandem, in prin. num. 145.
colum. 2. in verſic. quia ſerui excludunt, vbi
79 arguit ex hoc non eſſe munus pu-
blicum, à quo ſerui prohibentur.

80 Item diſpoſitio d. l. non procede-
bat, niſi quatuor requiſitis concur-
rentibus, quæ declarat *gloſ. in d. l. adeo, &*
Bal. ibi ex Alber. Franc. Marc. deciſio. 127. &
melius, deciſ. 211. lib. 2. Corn. conſ. 121. & 122.
lib. 1. Dec. conſ. 213. Rui. conſ. 91. n. 7. lib. 1. Al-
uar. Vel. ſq. d. deciſ. 63. Ioſeph. Ludouic. concluſ.
81 *53. tit. de ſocieta. col. 1. in prin. eamq; gloſ. cō-*
muniter approbatam dixit Theſau. deciſio.
242. num. 2. At in caſu iſto non ageba-
tur de conductione vectigalium, ſed
82 de ſocietate ſuper Banco; Item non
83 fuerat conuentum ab initio, quod hæ-
redes ſuccedant in ipſa conductione,
84 & ſocietate; Item nec hæres fuerat ido-
85 nea perſona, & ipſi licentia conceſſa à
Principe, ac fideiuſſio præſtita fuerat
contemplatione mortui, & eius indu-
ſtria, vt aperte conſiderat *tex. in d. l. adeo,*
ibi: quid enim ſi is mortuus ſit, propter cuius
operam maxime ſocietas coita ſit, quibus
deficientibus, concludunt præcitati
86 Doct. ſocietatem etiam pro cauſa pu-
blica ad hæredes non tranſire, *vt con-*
ſuluit Corn. conſil. 121. n. 6. cum ſeq. lib. 1. Dec.
d. conſil. 213. Grat. conſ. 17. n. 16. lib. 1. Ruin.
conſ. 90. 91. & 92. lib. 1. Oſaſ. dicta deciſ. 76. n.
8. cum quibus Senatus reſidet, Pane. conſ. 139.

87 Nec pariter obſtabant *Bal. Pariſ. Dec.*
Surd. & cæteri ex aduerſo allegati, quia
multi ex his loquebantur interuenien-
88 tibus dict. quatuor requiſitis; alii vero,
vbi expreſſe facta fuerat mentio hæ-
redum, & de negotiis durante ſocieta-
te, prout erat *Surd. in conſ. 20.* vel in duo-
89 bus adminiſtratoribus, vt loquutus
fuerat *Bal. in d. l. hæres ſocii.*

Præterea, nec obeſſe videbatur con
ſenſus, & taciturnitas fideiuſſorum
poſt mortem ſocii, cuius ſuperſtes ſē-

Digitized by Google

per adminiſtrauerat, nam ſi reſpiciatur proteſtatio, quæ fieri debuerat per fi-
90 deiuſſores, vt ex aduerſo dicebatur, illa neceſſaria non erat, *ex authoritate Paul. di Caſtr. in l.1.§.non autem, num.3.ff.de exercit. actio.* vbi dicit, quod aliàs conſuluit Florentiæ, quod cum duo feciſſent ſocietatem vſq; ad quinquennium, quod ex contractibus celebratis cum altero ipſorum, finito dicto tempore, non teneatur alter, licet contrahentes ignorarent finitam eſſe ſocietatem, quia debebant cautius agere, & ſe informare, *& dicit quod omnes Doctores Italiæ ſe ſubſcripſerunt, quod Conſil. credo eſſe lib.1.conſ.5. nu. 104.* nec iſto in caſu requiritur, quod gentes notificentur per publicum proclama, & idem tenuit *idem Caſtr. in l.1.§. conditio, ff.eodem & plenius in ſuo conſil.335. quod incipit, Viſis, & ponderatis,* ſequitur etiam *Dec. in l.ſi ſocius, num.4.ff.ſi cert. peta.* & ſic ſibi ipſis creditoribus imputandum erat, qui ſciebant ſocietatem extinctam, & non ſe melius informarunt cautius agendo.

Idem dicebatur de conſenſu, & taciturnitate, quia ſecundum veram, & communem Dd. ſententiam; ſi ſocie-
91 tas prorogetur, vel renouetur, etiam tacente, & præſente ipſo fideiuſſore, vtiq; non dicitur renouata fideiuſſio, & per conſequens fideiuſſores pro tempore renouato, vel prorogato non teneantur, *vt tradunt Dd. omnes, in d.l.ſi cum Hermes, & in d.§.qui impleto, Bald. in l.c.n.1. C.de decurion. lib.10. qui reſpondet ad text. in l.2.C.de municip. relatum per Ceph. in d.conſ. 331.nu.34. & notabiliter conſuluit Barb.conſ. 31.lib.1. Sim.de Præt.conſ.133. Marſian.conſ. 77.n.15. Croc.conſ.187. Cepol.conſ.26. Anchor. iun.lib.1.queſt.42.num.10. Caualc.deciſ.31. per totam, part.1. & deciſ.5.num.33 part.2. latè Caroc. de locat. tit. de fideiuſſ.q.6.num.4.* quod procedit etiamſi ageretur de re-
92 bus publicis, quia requiritur nouus conſenſus, *vt dixit Fulgoſ. in d.§.qui impleto n.4.* nec conſentire dicuntur fideiuſ-
93 ſores ex eo tantum, quod ſciant, & taceant, *ſecundum Alber. in d.l.ſi cum Hermes, & poſt eum Caſtren. ibid. & in d.§.qui impleto, Caroc. de locat. tit. de Caſtellaneo, q.22.n.3.* maximè in caſu propoſito, in quo non
94 agebatur de prorogatione, vbi adſunt diuerſæ opiniones, ſed in reuocatione ſimplici, & ſic in caſu, vbi erat finitus,
95 & extinctus effectus fideiuſſionis, ſtante morte ſocij, *vt dixit Mazz. conſil.96.n.24. & ſeq. Dec. in reſpon.72.n.40.* nec conſenſus operari poterat renouationem obligationis, ſed nouam conſtituere potuiſſet, *ſecundum Mazzol. vbi ſupra, num. 32. & 34.*

Rurſus dictum fuit non obſtare, *tex.*
96 *in d.l.cum oſtendimus, §.fin.* cum procedat, vbi non tantum fideiuſſores fuerunt præſentes, verum etiam fuerunt ſcripti eorum nomina in actis, & interuene-
97 rant alia requiſita, *vt ibi per eum, & declarat Iacobin. ibi in § fideiuſſores, & Lancel. Galiaul. in l.1.n.34. de verb. obl. vbi Bologn. n.62. cum ſeq.* qui hanc eſſe communem opinionem teſtatur, *Pacian. de probat. l.b.1.c. 29. & 30. Menoch. conſ.246. ſub nu.36.* dum
98 conſuluit fideiuſſorem nō cenſeri voluiſſe perſeuerare in fideiuſſione, etiā, quod ſe immiſcuerit in exactione vectigalium, in quibus ipſe fideiuſſerat. Poſtremo notata *per Surd. in conſ.20.n.20.*
99 procedebant ſtante iuramento, quod in caſu iſto non interuenerat, Item ibi ille

Digitized by Google

ille Millanus non erat fideiuſſor ſocietatis, ſed ſe obligauerat pro vno ſocio ergo alium principalem ſocium, & ſic dato millies, quod fuiſſet finita ſocietas, attamen ſemper erat obligatus ille Rigoletus ad ſeruandum indemnem principalem conductorem; Item ibi agebatur de obligatione iam contracta, & ſic etiam finita ſocietate, durare dicebatur effectus illius obligationis, at in caſu iſto obligatio quæſita creditoribus erat, poſtquam depoſuerant pecunias poſt mortem vnius ex ſociis, & quando nõ extabat amplius bancum.

SVMMARIVM.

1 *Reconuentio petita in iudicio appellationis non admittitur.*

2 *Reconuentio petita in ſecundo iudicio dicitur cauſa noua, & num 5.*

3 *Iudex appellationis cognoſcit de diſcuſſis in primo iudicio, & num 9.*

4 *Appellatio reducit cauſam ad primum ſtatum cauſæ principalis.*

6 *Reconuentio admittitur, vbi actor, & reus ſunt eiuſdem fori, limita, num. 7. & 8. intellige num. 10.*

11 *Appellationi poteſt per appellatum adhæreri.*

12 *Clauſula (quatenus, & in quantum) adiecta in appellatione, quid operetur, & num. 13. & 14.*

ARGVMENTVM.

Reconuentio, an admittatur in cauſa appellationis.

DECISIO CXXXVI.

1 RReconuentio ſi petatur in iudicio appellationis, non admittitur, *vt tradunt Dd. omnes, & præciſè Bart. in Authen. & conſequenter, C. de ſent ent. & interlocut. omni. iud. Natt. conſ. 155. num. 4. lib. 1. & poſt alios Honded. conſil. 21. num. 14. 3. volum. 1.* ratio eſt *ſecundum Bal. ibi num. 12. in fin.* quia non
2 erat deuoluta iſta reconuentio, & iudex dicebatur incompetens, vti in cauſa noua, qui non niſi de diſcuſſis coram
3 primo iudice determinare, & cognoſcere poterat. *idem Bal. & alij. in l. per hãc, C. de tempor. appell. Zabarell. in clement. ſæpe verſ. non ſic, num. 10. de verb. ſignif. Magon. deciſ. Lucen. 26 num. 37. & deciſ. 53. n. 15. Sebaſt. Medic. de compenſat. q. 10. num. 2. Ioan. Ferra. d. appellat. cap. 8. lib. 3. num. 246. Natt. conſil. 573. num. 35. Surd. conſil. 266. num. 11. & 15. Mier. par. 2. tit. de form. proced. offic. iudic. tab. num. 52. Cancer. lib. 2. varia. reſolut. c. 13. n. 50.*
4 Item faciebat, quia appellatio reducit cauſam ad illum priſtinum ſtatum, in quo erat cauſa principalis poſt litem conteſtatam, quo caſu non habet locum reconuentio, *ſecundum Docto. præal-*
5 *legatos,* eoque magis, quia fuerat petita de re, de qua obſtabat ſententia lata Tribunali Regij Patrimonii tranſacta in rem iudicatam.

Nec obſtabat limitatio tradita *per Angel. in l. 2. §. legatis, ff. de iud.* dum dicit, quod prędicta concluſio minime pro-
6 cedat, vbi reus, & actor eſſent eiuſdem fori, & habeant idem domicilium, etenim, etſi veriſſima ſit, quam etiam ſecuti fuerunt *Natt. & Hond. in locis allegat. Marant. de ordin. iudic. par. 4. diſt. 6. n. 24. & 25. Ruginell. de appell. §. 10. gl. 3. n. 30.* tamen
7 intelligi debebat, quando appellatum fuiſſet ab interlocutoria ante litem conteſtatam, ſecus poſt, vt declarãt *Soc. in reg. 412. verb. reconuentio. verſ. 6. fallit. per text. quem allegat, in d. §. legatis, Cancer. in loco præallegato verſicul. ſi autem.* vbi etiam limitat, quando iudex appellationis

reuocaſſet

8 reuocaſſet primam ſententiam. Im-
poſſibile enim eſſet, cum non ſit co-
gnitum de hoc, quod de eo poſſit iu-
9 dex appellationis cognoſcere; Item
10 poſſet procedere non priuilegio ſi-
multanei proceſſus, *vt dixit Maran. vbi*
ſupra, ſed maxime in caſu iſto, vbi ap-
11 pellatio non erat communis, cui alteri
profuiſſet ad petendam reconuentio-
nem, ſed facta fuerat limitate cum clau-
12 ſula, quatenus, & in quantum, & ſic de-
uoluta pro parte, contra appellantem
faciente. *Abb. in cap. Rainaldus. nu 7. de te-*
ſtamen. c. ſignificante, num. 7. de exceptio. vbi
13 ſubdit, quod talis appellatio operetur,
quod appellatus nihil poteſt facere,
neque dicere pro ſe. *Franch. in cap. ſi duo-*
bus, vbi Dec. nu. 28. de appell. Burſat. conſ. 145.
num. 21. cum ſeq. lib. 2. Pedemont. dec. ſ. 42.
num. 27. Lanar. conſil. 33. num. 21. Surd. deciſ.
143. num. 5. Bott. conſil. 69. num. 9. Dom. Ioan.
Bapt. Coſta. in tract. de iur. & fact. igno. Cent.
14 *1. diſtinct. 21.* Item, & petitio erat peni-
tus diuidua, & ſeparata, *vt tradunt omnes*
præallegati Doct. Et ſecundum prædi-
cta fuit iudicatum in Conſiſtorio pro
Donna Angela la Cerda, & Luna o-
lim Duciſſa Biſbonæ contra Fabium
Zauetteri.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra mortuum eſt nulla.*
Amplia etiam ſi eſſet lata in fauorem mor-
tui ibidem.
Item ſi lata eſſet contra febricitantem, nu 4.
intellige, num. 19.
2 *Lis morte rei finitur, intellige, num. 3.*
5 *Hæretici poſt mortem condemnantur.*
6 *Sententia lata contra mortuum ignorante*
iudice eſt nulla, num. 7, 8. & 11. contra
num. 13. 16. 17. & 18.
Limita fauore libertatis, num. 9.
Et an ſuſtineatur quoad viuos, ſi ſint plures
conuenti, num. 10.
12 *Iudex non poteſt dari contra mortuum.*
14 *Mors aduerſarij in iudicijs allegari debet.*
15 *Mors debet conſtare ex actis ad infringen-*
dam ſententiam.
20 *Filius præſumitur habere notitiam de mor-*
te patris.
21 *Dans cauſam nullitati, eam allegare non*
poterit.
22 *Bannitus habetur pro mortuo.*
23 *Sententia lata contra bannitum eſt vali-*
da.
24 *Ex duplici ſucceſſiua ſententia inducitur*
conſuetudo iudicandi.
25 *Opinio in iudicando recepta, tenenda eſt, li-*
cet contraria ſit communior.

ARGVMENTVM.

Sententia lata contra mortuum,
an ſit valida.

DECISIO CXXVII.

1 SEntentia ſiue contra, ſiue in fauo-
rem mortui lata ſit, redditur ipſo
iure nulla, *ad text. in l. ſumma, § ſi quis. vbi*
Dd. omnes, ff. de re iudic. l. Paulus, Coll. 1. quæ
ſentent. ſin. appell. reſcind. & ibi gloſ. Ad idem
text. in l. Neratius, ff. de reg. iur & in l. de qua
re, §. cum abſentem, vbi etiam Bart. in ſum-
mario, ff. de iudic. Bar. in l. ſi vt proponis, Coll. 1.
nu. 5. verſ. deceſſerit reus, C. quomod & quan.
iud. Capic. deciſ. 1. num. 26. Capol. conſ. 59. n. 3.
in ciuil. per tex. in l. pen. ff. quæ ſent. ſin. appell.
reſcin. Vant. de null. ex deſec. iuriſd. n. 106. Viui.
deciſ. 52. num. 6. Turret. conſ. 53. num. 5. lib. 3.
Rim. iun. conſ. 179. lib. 2. num. 34. vbi loqui-
tur de ſententia lata intra tempus lu-
ctus, *Surd. conſil. 99. num. 11. & 12. lib. 1.* ratio
2 eſt, quia morte rei finitur lis, quod ex-
ponit *gloſ. in d. § ſi quis, in verb. ſoluitur.*
3 quod finitur poſſibilitas ferendi ſen-
tentiam in eum, ſed in hæredem tranſ-

feratur

Digitized by Google

fertur iudicium, idq; ampliatur etiam-
4 ſi contra febricantem ſententia feratur, *l. ſi quæſitum, vbi gloſſ. & DD. ff. de re iud.*
5 ſecus erit in hæreticis, qui etiam poſt mortem condemnantur. *cap. à nobis, de hæretic. & cap. ſanè profertur 24. quæſt. 2. & latiſſimè habetur per Pegn. in Directorio Inquiſit. par. 3. quæſt. 63.*

Sed dubitatum fuit, ſi prædicta procederēt data ignorantia mortis per iu-
6 dicem, idem tamen cōcludendum eſſe videbatur ex generalitate, *text. in d. l. in*
7 *ſumma, §. ſi quis*, cuius ratio militabat, ſiue iudex ſciat, ſiue ignoret mortem conuenti, cum finiatur illa poſſibilitas ex defectu rei, & ſic ſubſtantia iudicii, ſine qua deficit poſſibilitas iudicis ad condemnandum, *vt poſt d. gl. aduertit Cumian. in d. § ſi quis, nu. 1.* & regulariter ſen-
8 tentiam eſſe nullam ipſo iure, dicit ibi-
9 dem *Bart. & Angel.* excipiendo tantum caſum fauore libertatis, & idem etiam ex eiſdem rationibus generaliter dixerunt, *Alber. & Imol. in d. §. ſi quis, Cioff. conſ. 20. num. 23. lib. 2. Cornazan. deciſ. 145. nu. 4. Verall. deciſ. 140. num. 1. part. 3. Gabr. conſ. 56. num. 15. lib. 1. Cancer. lib. 3. variar. reſol. c. 17. num. 323.* vbi habetur quando ſuſtinea-
10 tur quoad viuos, ſi ſint plures conuen-
11 ti, & in ſpecie etiam data ignorantia, dixerunt, *Dec. in l. eius qui, §. ſi ſtipulatus, num. 1. & 2. ff. ſi cer. pet. & ibid. Bar. & Socin. num. 13. Iacobin. n. 11. & in l. ſi deceſſerit, n. 10. ff. qui ſatisd. cog. vbi Caſtr. nu. 5. & Zaſ. nu. 6. Cabed. deciſ. 197. num. 1. qui num. 2. ampliat,*
12 quod nec etiam dari poſſit cōtra mortuum, *Vinc. de Franc. deciſ. 245.* vbi teſtatur ita fuiſſe deciſum, *Vant. in loco præalleg. nu. 106. quem ſequitur Viui. deciſ. 52. nu. 6. Put. deciſ. 186. part. 2. Aſin. in pract. §. 31. ampliat. 21. num. 3. Turret. conſ. 53. num. 5. & eſſe communem, refert Polid. Rip. obſeruat. 23.*

13 Sed in contrarium, quod ſententia ſit valida, ſi iudici, vti iudici, de morte non conſtiterit, dixerunt *Gail. obſeru. 109. num. 4. lib. 1.* vbi ſubdit ita ſingulariter
14 limitari, *tex. in d. l. in ſumma, §. fin.* & quod aduerſarij mors in iudicio allegari debet, & ita refert fuiſſe ſæpiſſimè iudicatum in Camera, *ad idem Guid. Pap. dec. 86 num. 2. in fin.* vbi habetur, quod ſi ex
15 actis non conſtat de morte, ſi profertur ſententia contra mortuum, non eſt nulla, & ita ibi practicari dicit, *idem conſuluit Angel. conſ. 223. num. 2.* qui determinat, quod ſentētia lata contra mor-
16 tuum per iudicem habentem ſciētiam mortis, eſt nulla, *Rebuff. tom. 3. Conſtit. Regni Galliæ, titul. de ſentent. art. 3. gloſſ. vnica, num. 10. Becc. conſil. 110. per totum, Eruditiſſimus Ioan. Bap. Coſt. de iur. & facti ignor. cent. 2. diſt. 74 num 6. & 7.* vbi ad hoc allegat *Marant. in 6. part. princ. verſ. & demum fertur ſententia, num. 207.* qui hoc clarè explicat, ſi bene aduertatur, *Viv. com. opin. 710.* vbi ponit regulariter, quod ſententia lata contra mortuum eſt nulla, ſed declarat procedere, quando Iudex ha-
17 bebat ſcientiam de morte, *Tepat. variar. reſolut. lib. 1. tit. de ſentent. diffin. col. 1. fol. (mihi) 305. Ant. à Gam. deciſ. 324.* vbi dicit, Se-
18 natum hanc nullitatem audire non ſolere, ex quo non eſt circa merita, & teſtatur ita ſæpè iudicatum vidiſſe, *Surd. conſ. 99. num. 14. lib. 1.* qui licet contrarios alleget, tamen videtur reſidere cum hac opinione. Simile addunt Doctor. prædicti dicendum de ſententia lata contra febricitatem, vt ſit nulla, ſi ta-
19 men de ea infirmitate iudice, vti iudici,

conſtiterit, *ſecundum Becc.d.conſ.110. nu 2. Hier.Gab.conſ.50.in princ.lib.1. Bertaz.conſ. 412. nu.37. lib.2. in crimal. Mynſing.obſ.57. Cent.4.& alios prææallegatos.*

Conſiſtorium diſcuſſo articulo, & viſis Doct. vtriuſque partis inclinauit in hanc ſecundam opinionem declarando validam ſententiam, pro Don Vincentio de Naſellis contra Baronem Baccherij, de anno 1608. Nam, etſi grauiſſimi ſint Doct. ex aduerſo allegati, tamen in caſu de quo agebatur vltra Doct. etiam id maxime authoritatis concurrebat, quia in Regno, vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta, non attenduntur apices iuris, eoque magis, quod tempore mortis iam fuerat concluſum in cauſa *ſecundum Bald.in l.vnica, col.2. verſ. ſi erat concluſum in cauſa, C.ex delict.defunct.Alba.Mandel.conſ.90.n.2. lib.1.* qui ait hanc eſſe communem opinionem, quia concluſio, & ſententia æquiparantur, & facit, quia iſte defectus iuriſdictionis debebat allegari, ſi enim cauſa iam erat concluſa cum eo viuo, & eo tempore Iudex habebat iuriſdictionem, quod inde ortus fuerit iſte defectus ex morte, debebat conſtare Iudici. *ita Dd.in l.fin.ff.de except.cum alijs relatis per Surd. conſil.204.num.9.lib.2.* maximè, quia procurator erat filius, & hæres mortui, & eo tempore impoſ-
20 ſibile erat, quod neſciret mortem patris elapſo tanto tempore, quo veriſimiliter, & à communiter accidentibus potuerat habere notitiam de morte, & nihilominus eam non allegauerat, quinimo in die præcedenti ipſius ſententiæ, ſupplicationem præſentauerat eiſdem iudicibus, vt vnus ex eis remaneret in cauſa nō obſtante ex aduerſo iudice, in cuius locum fuerat ſubroga-
21 tus, & ſic cauſam dederat nullitati, quo caſu eum minimè allegare poterat, nec admittenda veniebat, *Octau.Veſtr. prax. Cur. Roman. lib. 4.num.13. & dixit à Gam. d.deciſ.324.* Et ſecundum hanc opinionem fuerat aliàs iudicatum in cauſa Marchionis Iulianæ contra D.Duciſſam Biſbonæ, quia fuerat condemnatus Dux, qui erat iam mortuus, & fuit ſententia declarata valida, idem iudicauit Conſiſtorium ad inſtantiam Petri la Roſa, contra Mariam de Idra, die 2 Auguſti 1605. & in ſententia lata
22 contra bannitum, qui habetur pro
23 mortuo, fuit etiam ſententia declarata valida, & ſic videbatur inducta pra-
24 xis ſuper hoc in Regno, ex traditis *per Vincent.Franch.deciſ.91. num.16. D de Pont. conſil.14. Guid.Pap.conſil.171. & ipſe dixi in deciſ.1.par.1.* in tantum, quod iſta opinio tenenda erat, eſto, quod altera eſſet ve-
25 rior, & communior, *vt dixit Dec. in cap. at ſi clerici, de iudic. Cannet. in d.c. at ſi aliquem, fol.316.verſ.& cum.*

SVMMARIVM.

1 *Cauſa continentia quando obſtet.*
2 *Text.in l.nulli, C.de iudic.procedit in criminalibus.*
3 *Continentia cauſæ non attenditur, vbi actor, & reus ſunt diuerſi fori.*
4 *Plures inquiſiti, de vno delicto, an remittantur ſinguli ad iudices competentes.*
5 *Sententia condemnatoria, ſiue abſolutoria vnius, non prodeſt nec nocet alijs.*
6 *Laicus delinquens cum clerico, an remitti debeat ad eccleſiaſticum.*
7 *Clauſula abdicatiua in priuilegio, quid operetur.*

8 *Cauſa*

Digitized by Google

8 *Cauſa continentia non diuiditur in Regno ex Praeminentia M.C.*

ARGVMENTVM.

Priuilegium Magni Admiratus an obſtet, ne continentia cauſæ diuidatur.

DECISIO CXXXVIII.

IAcobus Bauera ſimul cum aliis, inquiſitus de inſultu cum baculationibus facto N. petiit in M.C. remiſſionem ad forum magni Admiratus, vel vnus ex commiſſariis ipſius Curiæ, virtute priuilegiorum, cum clauſula abdicatiua, nec obſtare videbatur con-
1 tinentia cauſæ allegata per fiſcum, *ad text. in l.nulli, C. de iudic.* quem procede-
2 re etiam in cauſa criminali tradiderunt *Doctor. ibi, & præcipuè Iaſon. Vrſill. ad Affl. deciſ.175. in fin. Crauett. conſil 232. lib.2. Couarr. cap.24. pract. quaſt. Capic. deciſ.122. Fab. de Ann. in annot. d.l. nulli verſ.194.* nam
3 vbi actor, & reus ſunt diuerſi fori, prout erat caſus iſte, continentia cauſæ non attenditur, *ad text. in capit. fin. de iudic. vbi Abb. & Felin. num.8. Alexand. in d.l. nulli, Crauett. conſil. 2;8 num.7. Franc. Marc. deciſ.77. num.4. part.1 & deciſ.5-9. num 3. in 2. par. Menoch. de arbitr. iudic. caſ 371. n..25. Vincent. de Franch. in deciſ. 426* ubi dens ex
4 Crauett. & aliis relatis, quòd quando ſunt plures inquiſiti de vno delicto, quod quilibet debet per ſuum iudicem puniri, *& non procedit tex. in d.l. nulli,* & quod ita fuit iudicatum. Quia vnuſ-
5 quiſq; tenetur per ſe, & ſententia condemnatoria, vel abſolutoria vnius, non prodeſt, nec nocet alteri, *ſecundum Bald. in l. non eo minus, in fi. pen. quaſt. C. de accuſa. Iaſ in d.l. nulli, num.3 verſic. tertio dicuntur,*
6 *in fin. Guttier. pract. quaſtio. lib.1. quaſtio.6. vbi latiſſimè probat etiam in clerico delinquente cum laico,* quod vnuſquiſque eorum coram ſuo Iudice ſit conueniendus; quam opinionem vti veriſſimam, & in iudiciis practicatam tenuerunt, *Anton. Gomez. in 3. tom. cap.10. Couarr. d. cap. 24. circa fin. Didac. Perez. in rubr. tit.1. lib.1. ordinat. coll.746. & 748. Ioan. Garz. reg.9. num.2. Mich. Ferr. obſerat.218. Cancer. varia. reſolut. lib.2. cap.2. num.131. Mexia in pragm. taxa pani, concluſ.5. numer.74. cum ſequent. Bouadigl. in ſua polit. lib.2. cap.17. numer.90. Iul. Clar. in §. fin. quaſtio.36. num.41.* qui ait hanc opinionem in practica receptam eſſe in illo Senatu, & ita ſemper in Regno ſeruatum vidiſſe ſine aliqua contradictione, licet de iure contraria opinio ſit verior, *ſecundum Clar. in loco relato, Farinac. de inquiſ. quaſt.8. num.15. cum ſequent. Menoch. de arbitr. d. caſ 371. num.13. & nouiſſimè poſt hæc ſcripta viſum Doctorem Mart. in tract. de iuriſd. part.4. Centur.2. cap. 119.* Prædicta confirmari videbantur in caſu iſto, in quo Priuilegium Magni Admiratus cum clauſula abdicati-
7 ua; operabatur tantam ſeparationem iuriſdictionis, quod etiam de conſenſu partium non poterat renunciari, *gl. in cap. ſtatutum. ad fin. in princ. verſ. committatur, & in cap. diſpendia, verſic. proceſſus, de reſcriptis, in 6.* In tantum, quod ex prædictis videbatur concludendum, cauſam prædictam remitti debere quoad iſtum de Bauera ad Magnum Admiratũ, ſed quia ex præeminentia, & obſer-
8 uantia M.C. & eius authoritate, in Regno cauſæ continentia nõ diuiditur, *vt teſtatur Capic. in d. dec.122. in fi.* nõ fuit aliter remiſſus die 15. Decemb. 1608. ſed proceſſum ad vlteriora per dationẽ termini extraordinarij, & demum ad con-

demnationem in exilium, & idem iudicauit Conſiſtorium in quadam cauſa ciuili contra Fabricium Boſardo, confirmando ſententiam M. C. ſub die 2. Iulij 1608.

SVMMARIVM.

1 *Debitor in frumento non poteſt dari farinam.*
2 *Frumentum differt à farina, & num. 9.*
3 *Legato frumento, non comprehenditur farina, & num. 5.*
4 *Denominatio fit à forma præſenti.*
6 *Frumentum ſub ſe comprehendit omnes fruges.*
7 *Statuta qualiter interpretentur.*
8 *Statutum prohibens extractionem frumenti, non comprehendit farinam, contra num. 11.*
10 *Farina cum frumento dicitur idem corpus & eadem vſia.*
12 *Lana dicitur dum non eſt contexta.*
13 *Frumẽtum dicitur, donec ſit effectus panis.*
14 *Ratio prohibitionis frumenti militat etiam in farina.*
15 *Effectus, & non verborum ſonus in ſtatuto attenditur.*
16 *Edicti verba inſpicienda ſunt in eius diſpoſitione, limita num. 17. & 18.*
19 *Statutum præferens creditorem in re propria, procedit in farina redacta ex frumento, limita num. 20.*

ARGVMENTVM.

Pragmatica prohibens venditionem frumenti vltra certum pretium, an procedat in vendente farinam?

DECISIO CXXXIX.

1 DEbitor in frumento non poteſt dare farinam, *l. quæſitum, §. illud fortaſſe, ff. de leg. 3* quia ſecundum communem vſum loquendi, aliud eſt frumen-
2 tum, & aliud farina, *ad text. in l. ſi idem, C.*
3 *de codicill.* in tantum, quod non comprehenditur in legato facto de frumento, *vt dixit Alber. de ſtatut. part. 1. q. 5. in princ. Bald. in l. 1. n. 6. verſ. modo quæro, C. de fruct. & liti. expen.* vbi dat aliam ratio-
4 nem, quia denominatio fieri debet à forma præſenti, non præterita, & finita, niſi aliud fuerit conuentum, *vt dixit Gratia. in deciſ. 184. n. 6. qui firmat,* quod le-
5 gato frumento & tritico, ſolum continebitur ipſum in ſpecie, non autem hordeum, nec alia, quæ ariſta conti-
6 nentur, & ſic ſolũ capietur de eo, quod ſui nobilitate omnes alias fruges excedit, *ſecundum Iac. de Aren. in l frugem, vbi Alciat. n. 5 ff. de verb. ſign. Bart. in l. 1. §. de eo opere, ff. de acqu. plu. ar. Menoch. lib. 4. præſumpt. 151. n. 4. Mant. ſing 676.* quod dicit notan-
7 dum maxime propter ſtatuta, quæ debent intelligi, ſecundum modum prædictum, *poſt Bart. in rub. ff. de noui oper. nun.*
8 ideoque ſi ſtatuto caueatur extractio frumenti, non includitur farina, *ſecundum Dyn. in d. l. quæſitum, §. illud Bald. in l. quod non ratione, ff. de legi. Felyn. in c. eccleſia S. Mariæ, extra de conſtit. Gandin. in tract. de maleſ. in rub. de reb. non aſporta. contra decret. q. 4. verſic. item pone,* ſubdens ita Paduæ iudicatum fuiſſe, & proinde, ex eiſdem iuribus non debebat puniri vendens farinam vltra pretium taxatum, per Pragmaticam in frumento, deducto iure molituræ.

Contrarium iudicauimus de menſe Decembris 1607. cõtra quendam Ca-
9 pocentum Ciuitatis Troinæ, quia etſi farina nõ ſit idem per omnia cum fru-
10 mento, tamen dicitur idem corpus, & eadem vſia, licet ſubſtantia ſit mutata *ad text. in l. in venditionib. §. fin. & l. ſeq. ff. de contrah. emp. Surd. dec. 139. nu. 5. & propterea Bar. communiter receptus, in d. §. illud voluit,*

quod

quod ſtatutum vetans frumenti exportationem includebat etiam farinam *Bal. in l. non dubium, num. 10. C. de legib. & ibidem Iaſ. num. 45. Bertach. de Gabell. par. 8 princip. in 2. particul. 11. q. Rip. in tract. de peſt. tit. de remed. ad conſeruan. vbert. num. 43. & ſeq.* vbi reſpondet argumentis ex aduerſo deductis; adeo quod materia, donec perueniat iuxta finem proximum, retinet nomen ſuum, & ſicut lana retinet lanæ nomen, etſi filata eſt,
12
13 atq; ita, antequam ſit contexta, ita & frumentum retinebit nomen ſuum, donec confectus ſit panis, *vt dixit idem Bart. in d. §. illud, Petr. Peck. in tract. de teſtamen. coniug. lib 5. cap. 13, num. 1. Guid. Pap. quæſtio. 373. Boer. q. 177. Stracc. in tracta. de mercatu. in 2. par. 29 & Rebuff. in d. l. frugem, ff. de verborum obligat.* qui dixit eandem
14 eſſe rationem prohibitionis in farina, quæ & in frumento, ne ſcilicet Ciuitas laboret penuria, & ſubditi fame pe-
15 reant, *Menoch. dicta præſum. 151. nu. 7. lib. 4.* maxime in ſtatutis, vbi non verborum
16 ſonus, ſed effectus attenditur, licet enim à verbis edicti non ſit recedendum, *l. ſi ſerui, ff. de noxal.* tamen quia eadem erat ratio, vt dictum eſt, ideo idẽ
17 ius ſtatuitur, tam in vno, quam in alio,
18 attenditur enim ad mentem legis, ſicut ad verba, vbi mens legis habet idem, vel plus quam verba, *l. gradatim, §. ſed ſi lege, ff. de muner. & honor. l. vt facta, in fin. ff. ad Trebellian. Gratian. deciſio. 184. nu-*
19 *mer. 10. Surd. deciſ. 139. per totam,* vbi dicit, quod ſtatutum præferens creditorem in re propria, procedit in farina redacta ex frumento vendito, & ita Senatum determinaſſe teſtatur, adeo, quod in caſu, de quo agebatur, idem dicendum erat. Et ex prædictis reſponſio ad
20 contraria colligebatur, eoque magis, quia procederent in diſpoſitionibus legatorum, contractuum, & ſimilium, in quibus attenditur communis vſus loquendi, *ſecundum Bertach. in loco proxime relato.* vbi ita concordat Doct. contrarium tenentes.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Vxoris ſimul cum Viro bona ſua hypothecando, eſt nulla, amplia, ſtante Conſuetud. Panorm. 21. num. 2.*
3 *Vxor obligans ſe cum Viro, dicitur fideiuſtrix.*
4 *Conſuetu. Pan. 21. de fideiuſſ. mulier. & minor. procedit in alijs obligationibus, amplia num. 5. & 9.*
6 *Dictio nullatenus quid operetur.*
7 *Iuramentum corruit eo morbo, quo principale.*
8 *Glo. in Auth. ſi qua mulier, C. ad S. C. Velleian. notatur.*
10 *Conſuetud. Panor. fuerunt confirmatæ à Summo Pontifice.*
11 *Contractus mulieris, vel minoris iuramento confirmatur.*
12 *Pontifex confirmans ſtatutum laici cenſetur ipſe diſponere.*
13 *Verbum (Authoritate propria) appoſitum in Bulla quid operetur.*
14 *Obligatio facta pro exoluendo primam, facta per pupillum valet.*
15 *Metus ad reſcindendum contractum debet in proceſſu in ſpecie conſtare, & nu. 17.*
16 *Metus dans cauſam contractui illum vitiat.*
18 *Minor non reſtituitur contra mandatarium.*
19 *Soluens pro cauſa contractus, illo reſciſſo non tenetur.*
20 *Reſciſſio operatur prout ex nunc, non prout ex tunc.*
21 *Contractus non reſciſſus exequi poteſt.*
22 *Contractus exequutio non impeditur pendente reſciſſione.*

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Locationis contractus, an poſſit reſcindi ob metum, vel viſionem.

DECISIO CXL.

1 MVlier obligans ſe cum viro, vel eius obligationi conſentiens, ſe & bona ſua obligando, ipſo iure conſeruatur illæſa, & obligatio ſua redditur nulla, *ad text. in Authent. ſi qua mulier,* C. *ad Senatusconſult. Velleian. vbi Bart. Bald. Ang. & Caſtrenſ. Gram. conſ. 87. in fin. in ciuilibus. Roland. conſil. 64. lib. 1. Guliel. obſeruat. 79. Honded. conſil. 29 & conſ. 45. num. 16. cum ſequent. Theſſaur. deciſ. 223. Seraph. de priuil. iuramen. priuil. 65. num. 3. cum ſequent. Surd. deciſ. 164. per totam, & conſil. 513. lib. 4. ma-*
2 *ximè accedente Conſuetud. Panorm. 21. vbi optimè eruditus Marius Muta in eius commentarijs,* quia dicitur fideiuſtrix, & non
3 principalis, nō obſtante, quod in contractu ſe obligauerit in ſolidum *ad tex. in l. ſed & fideiuſſor. cum l. præced. ff. de pact. gl. in §. 1. in Auth. de fideiuſſ. Azo. Specul. Io. And. Bal. Ang. Alber. Guid. Pap. Aret. Caſtrenſ. Purpur. Marſil. & alij allegati per Sfort. Odd. in conſil. 41. num 34. cum ſeq.* vbi ait hanc eſſe receptiſſimam opinionem, reprobando contrariam, etiam in terminis ſta-
4 tuti, & licet conſuetudo loquatur in muliere, ſeu minore fideiubente, nihilominus habet locum etiamſi mulier, vel minor ſe in ſolidum obligauerit, *per Dd. ſupra allegatos. D. Mut. ſuper d. cap. & in cap. 80. num. 7.* & paſſim in Vrbe fuit interpretata, ideoque procedit etiam non obſtante iuramento ibidem per
5 mulierem, vel minorem adiecto, *ad tex. in l. non dubium, C. de leg. circa finem, l. iuris gentium, §. & generaliter, & §. ait prætor. ff. de pact. l. ſi quis inquilinos, §. fi. ff. de leg. 1. & in c. ſi diligenti, de foro compet. vbi Dd. omnes, & magiſtraliter dixit gl. in d. Auth. ſi qua mulier, C. ad SC. Vellei. ibi (etiamſi iurauit)* eoq; magis ſtátibus verbis ipſius ſtatuti, ibi:) *fideiuſſione, penitus nulla habita) & ibi (ex hoc nul-*
6 *latenus teneantur) quæ dictio (nullatenus) importat idē, quod clauſula decreti annullatiua, ad text. in c. Romana, §. ſententiam. de appell. in 6. de qua per Corſet. in ſing. ſuo in verb. nullatenus, & bene Gl. prædicta in verb. nullatenus, Ioſeph. Cumi. ſuper Rit. 41. n. 23. Dec. conſ. 587. ſub nu. 2. Becc. conſil. 52. nu. 40.* ſubdens,
7 quod iuramentum corruit eo morbo, quo principale, *& conſ. 99. nu. 24. Mandel. conſ. 70. n. 6. Caualc. deciſ. 40. n. 18. part. 1. Rim. iun. conſ. 239. vbi ait gl. prædictam eſſe ſingu-*
8 *larem, Bolognin. conſ. 45. per totum Bero. conſ. 48. num. 11. & ſeq. lib. 1.* eoq; fortius in caſu
9 de quo agebatur, vbi verba ſtatuti dirigebatur in perſonam, *per doctrinam Bart. in l. ſi quis pro eo, nu. 9. ff. de fideiuſſ. vbi etiam Angel. Mandel. d. conſil. 70. num. 6. Grammat. deciſ. 12. num. 5. & ſequent. Surd. conſil. 276. num. 9. Alexand. qui exemplificat in terminis iſtius Conſuetud. conſil. 59. colum. 2. lib. 1. Doctor Marta de iuriſdictione, part. 4. Centur. 1. cap. 72. num. 28. & pulchrè Honded. in d. conſ. 45. numer. 32. cum ſequent.* quæ omnia de plano procedere videbantur ſtante iſta conſuetudine, quæ erat confirmata
10 per Summum Pontificem, *Alexand. ibi in fin. & dixit Marcin. in tract. de iurament. par. 4. quæſt. 4. primi effectus, nu. 18. & nu. 24.* vbi per totam illam quæſtionem refert omnium opiniones, & facit nonnullas concluſiones, & concludit tales
11 contractus minimè iuramento firmari, quia ſtatuta laicorum, tunc dicuntur ſtatuta Papalia, & perinde eſt, ac ſi Papa fecisset,

Digitized by Google

12 feciſſet, qui habet poteſtatem diſponendi ſuper iuramento, *c.quantum, cum ſimilib.* maxime per verbum, *Authoritate*
13 *propria*, appoſitum in Bulla, confirmante conſuetudines, quia videtur confirmari, quod nullum eſt, *Dec. in c.1. num.19. de confirm. vtil. vel inutil.* & ita iudicauit Conſiſtorium pro ſorore Antonina de Venuto contra Leonardum Carenzo, & alibi; & in minore fuit iudicatum de anno 1596. pro Don Gerardo Migliaccio, contra Baldaſſarem Lixi, & propterea dicebatur in caſu præſenti, quod dum iſta mulier actrix ſimul cum vno locaſſet fundum dotalem, inducta per metum reuerentialem, ſed concuſſiuum; item & cum enormiſſima læſione, contractus prædictus veniebat omnino reſcindendus, & conductor ad fructus condemnandus, prout aliàs fuerat condemnatus.

Sed dictum fuit ex aduerſo, quod licet prædicta vera ſint, tamen caſus de quo agebatur erat ſatis diuerſus, nam locatio prædicta facta fuerat per ipſam mulierem, vti dominam fundi, pro iuſta penſione; item fructus penſionis de eius mandato partim ſoluti fuerant per conductorem creditoribus dictæ mulieris, quibus obligata erat per publica inſtrumenta, & creditoribus ſubiugatarijs, & partim expenſi fuerant pro benefactis d.fundi, per pactum expreſſum in d. contractu locationis adiectum, quinimo videbatur hanc non eſſe nouam obligationem, ſed aliam
14 pro exoluenda primam. quod permiſſum erat etiam pupillis, *ad tex. in l.1.§.1. & l. magis puto, §. ſi pupillus, l. vlt. ff. de reb. cor. & l. prædium, & ibi gl. C. quan. decr. opus non eſt. Tiraq. de leg. connubial. gloſ.8.n.204. & eſt bonus text. in l. pater filium, ff. de leg.3. vbi gl. in verb. exolueretur*, in tantum, quod ex iſto actu nedum læſio, ſed euidens vtilitas apparebat, quia creditores ſibi adiudicaſſent fundum prædictum. Et licet dictum fuerit, quod pecuniæ ſolutæ reperiebantur creditoribus, quib: mulier ob metũ ſe obligauerat, & poterat contractus reſcindere: cæterũ de huiuſmodi metu reſpectu illorum cõ-
15 tractuum, nihil in proceſſu conſtabat, prout de iure neceſſario requirebatur, *Doctor. in l. interpoſitas, C. de tranſact. Anna ſing.341. Affl. deciſ.246. Anguiſ. conſ.148.n.7.*
16 *& num.28.* vbi quod metus, qui dat cauſam immediatam actui, illum vitiat, & non alius, *Viu. deciſ.507.n.19. lib.4.* dicens
17 quod metus, & verbera illata, non ſufficiunt, niſi probetur, quod fuerunt illata reſpectu actus, qui petitur reſcindi, non autem in genere; Item dicebatur, quod ſi reſciſſio prædictorum cõtractuum prætendatur, vtiq; iudicium contra illos tentari debuerat, & ab illis repeti pecuniæ ſolutæ: non autem contra conductorem, qui metum non intulit, nec contraxit, ſed ſolummodo ſoluerat de eius mandato, *vt dixit text. in l. cum mandato, & ibi gloſ. & Alber. ff. de minor.* vbi habetur, quod ſi minor mandat aliquid mandatario ſuo, & ille facit, quod mandatur, ſi ex hoc læditur,
7 cœperit rebus ſuis abuti, bona ſua dicuntur non ſufficere habito reſpectu ad futurum euentum, & incipiens male gubernate, præſumptione iuris eſt omnia diſſipaturus, *prout latiſſimè firmat Rip. in d.l.ſi conſtante, num.8. cum ſequ.* & de magis communi teſtatur ibidem *Bart.nu.17.cum ſeq.Ioan.Boſch.de nupt.lib.6. num.32.& 33.de dot.tit.qui, & à quib.nu.11. cum ſeq. eod. volum. & optimè Barboſ. conciliando opiniones in d.l.ſi conſtante, nu 10. cum*
8 *plur.ſeq.& num.30.* Diuerſimode tamen intendunt Dd. quomodo dicatur maritum incipere male vti, *nam Bar. & poſt eum Rip. in d. l. ſi conſtante* intelligunt inter alia, quando expenderet pluſquam importet redditus facultatis ſuæ, vel fi-
9 deiuberet. Item oportet, quod teſtes adderent manifeſtum eſſe, quod vergat ad inopiam, *ſecundum Alexand. in d.l. ſi conſtante, num.16. qui dicit bene notandum ex l.in rebus. vbi Bar.C.de iur.dot.Campeg.d. part.3. q.21. Benintend.d.deciſ.68. num.3. eſt verum, quod Claud, Seiſel. in d.l.ſi conſtante, num. 37. relatus per Benintend. in loco relato*
10 dicit hoc procedere, quin teſtes ſimpliciter deponerēt, quod maritus vergit ad inopiam, & non reddūt aliquam ſufficientem rationem, quod ſi deponerent de veritate facti, non eſſet opus deuenire ad probationem famæ.
11 Item ſufficeret contra virum probari, quòd male vtitur, ſecundum vulgi opinionem *Bart. in d.l.ſi conſtante, num.15. & 16. ad quem ſe remittit Alex. Barboſ. ibid. num.64 cum ſequent.* Aduertendum ta-
12 men erit, quod non poterit vir reſtituere, nec mulier capere omnia bona, ſed quantum important dotes, earumq; æſtimatio, *vt dixit Vrſill.ad Afflict. in deciſ.9. & Fan.de pignor.1.memb.8.parte, nu.33.* qui communem teſtatur, & poſt alios, quos ipſe allegat, ſubdit, quod ſi ſecus diceretur, eſſet in poteſtate mulieris, quando videret virum ſuum labi facultatibus, illudere alios creditores, ſi vellet omnia bona pro ſua dote
13 retinere, quæ in Regno ſtante pacto ad diſcurſum adiecto in contractu dotali minime locum habere poterat. In tantum, quod ex prædictis videbatur bene fundata petitio facta de dotibus, ad inſtantiam Suſannę Bruſarello, contra hæredes ſoceri obligati ad reſtitutionem dotium, nam in proceſſu conſtabat, quod nedum vir iſtius actricis inceperat male vti eius ſubſtantia, ſed quod eam quaſi in totum diſſipauerat. At ex aduerſo dictum fuit, quod in caſu iſto (quidquid ſit de prædictis) non
14 poterat agi via executiua, quia illa promiſſio reſtituendi dotes in omni, & quacunque cauſa, non comprehendebat caſum reſtitutionis ob vrgentem inopiam, ex *diſpoſitione text.in d.l.ſi con-*

Digitized by Google

15 ſtante, quæ non erat vera reſtitutio, l. cum adhuc deberet deſeruire pro oneribus matrimonii, *ad tex. in d. l. vbi adhuc*, nec de hac reſtitutione videbantur ſenſiſſe contrahentes, ſed de vera re-
16 ſtitutione, quæ contingebat ob mortem, vel aliam cauſam diſſoluto matrimonio, vel ſeparato, verba enim in
17 contractibus ſtrictè intelligi debebãt, & in ſignificatione propria, *l. quidquid adſtringendæ 99. ff. de verbor. oblig. & in ſpecie fuit allegatus Bar. in l. ſi quis ſit ſtipuletur. vbi etiam Caſtr. ff. ſol. matr. & erat etiam de mente, Bald. in d. l. vbi adhuc. col. 5. verſ. iuxta hoc ſequitur, & optimè conſuluit Anchora. in*
18 *conſ. 119.* vbi dicit, quod illa promiſſio de dote reſtituenda intelligi debet de reſtitutione regulari, & communiter contingenti per diſſolutionem matrimonij, non de irregulari, & impropria, vt eſt illa, quæ fieri debet *per l. ſi conſtante, & l. vbi adhuc*, tum quia veriſimiliter de hoc caſu non cogitauerant contrahentes, tanquam de raro contingenti, & cum infortunio liberi hominis, tum etiam, quia iſta reſtitutio fit ad finem, vt
19 dos ſalua ſit mulieri, & de ipſa, ſe, maritum, & liberos alat, & propterea non poterat in caſu inopiæ intentare viam
20 executiuam ex inſtrumento guarentigiato, quoniam huiuſmodi inſtrumẽta habent executionem paratam per ſtatutum, quando debitum eſt liquidum, & apparet competere ius agẽdi actori, ſed conſtante matrimonio non debet dos reſtitui, vt dictum eſt, *idem latiſſimè*
21 *tradit Natt. in conſil. 81. num. 3. & 5. lib. 1.* vbi etiam dicit, quod opinio *Roman. in conſ. 392. contrarium tenentis, non eſt vera, magis in puncto tradit D. Muta in cap. Rit. 101. num. 61. poſt Prouinz. & alios, quos allegat.*

Contrariũ tamen iudicamus in caſu propoſito, quod imò ſit vera reſtitutio,
22 & comprehẽdatur ſub ſtipulatione de reſtituẽda dote, maximè ſtantibus verbis contractus, ibi (& in caſu reſtitutionis quomodolibet faciendi) vt dixit idem *Barboſ. in d. l. ſi conſtante, num. 57.* nam cum prædicta ſtipulatio pertineat ad merum fauorem dotis, verba latius ac-
23 cipienda erant, idem expreſſius determinarunt *Roma. in conſ. 392. n. 1. cum ſeq & in d. l. ſi conſtante, num. 12. & ibi Iaſ. num. 191. & ſeq. Claud. num. 45. & Rip. num. 95. vbi refert ita iudicatum, & in rub. n. 27. Dec. conſil. 45. nu. 5.* vbi refert pariter ita iudicatum fuiſſe, *Addition. ad Caſt. in conſ. 6. in fin. lib. 3. Soc. conſ. 61. vol. 1. Frecc. de Sub. feud. lib. 2. q. 2. n. 8. Benincaſ. de pauper. in 2. ſpecial. 9. q. nu. 8. in fin.* vbi ita Conſilium iudicaſſe teſtatur *Borſ. conſ. 120. n. 35. lib. 1. Cum. cõſ. 93. n. 2.* & eſt veriſſima opinio in regno rece-
24 pta, (quin agit mulier, &c.) ſecundum
25 q̃ ſæpiſſime in ſupremis his Tribunali-
26 bus iudicatũ extat, nam illa probatio, quæ ſuper inopia viri forte neceſſaria extat per teſtes, *vt dixit D. Muta* ſatis ſufficeret in vim extremorum ad fundandam executionem, quicquid ſit in ex-
27 traneo, vel patre dotãte, vbi procedere poſſent deciſiones ex aduerſo allega-
28 tæ, licet in caſu prædicto ab eis cauendum eſſe teneat *Barboſ. in loco præallegato, iuxta regulam, l. in omnib. ff. de iudic. Bart. communiter receptus in d. l. ſi conſtante, nu. 8. Ant. Gomez in l. Tauri 50. nu. 34. in fin. Palat. Ruin. in d. c. per veſtras, §. 32. in princ.*

Illud tamẽ notandum eſſe arbitror,
29 quod ſi facta tali reſtitutione, prædium forte reſtitutum ſine culpa vxoris fuerit cui-

Digitized by Google

rit euictum, vel pereat, iterum aſſecurari deberet. *ſecundum Angel. in l. noxalis, §. eſt autem, ff. de pecul. Crot. in d. l. ſi conſtante, n. 219.* & ita iudicauit Conſiſtorium de anno 1602.

SVMMARIVM.

1 *Emptor primus tenetur actione perſonali ad redimendum.*

2 *Actio reluendi non tranſit in tertios poſſeſſores, contra num. 16.*

3 *Dominium rei vendita cum pacto retrouendendi ſoluto pretio reuertitur ad venditorem, licet emptor alienaſſet.*

4 *Dominium rei vendita non tranſit in emptorem non ſoluto pretio, limita, nu. 17.*

5 *Cenſus reluitio fieri debet per ſecundum emptorem, ratio, num. 6. & n. 11 & 14.*

7 *Dominium, & poſſeſſio cenſus transfertur in ſecundum emptorem ex conſtituto.*

8 *Poſſeſſio tranſlata per conſtitutum, vera, & realis eſt.*

9 *Statutum loquens de traditione, habet locum in traditione, quæ fit per conſtitutum.*

10 *Intimatio facta debitori cenſus per emptorem, quid operetur, & num 13.*

12 *Clauſula (ponens eum in locum ſuum) declaratur.*

15 *Emptor primus alienando cenſum, non poteſt cogi ad reluendum.*

ARGVMENTVM.

Cenſus alienatus à quo redimi debeat, à primo, vel ſecundo emptore?

DECISIO CXLIII.

VEndito cenſu iuxta formam Bullę, & per emptorem in alium alienato, dubitatum fuit, à quo cenſus ipſe redimi debeat, ſtante pacto redimendi adiecto in contractu, & quod ad primum emptorem hoc pertineret, faciebat, quia ipſe ex promiſſione actione perſonali tenebatur, *vt poſt Alexan. Corn. & alios, dixit Bero. conſil. 155. num. 20. lib. 1.*
2 quæ quidem actio non poterit tranſire contra tertios poſſeſſores rei venditæ cum pacto de retrouendendo, *vt dixit Cagnol. in l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. num. 133. Crauett. conſ. 201.* & hanc eſſe communem opinionem poſt alios dixit *Magon. deciſ. Florent. 105. num. 2.* vbi in fine ſubdit ita ſeruari, & bis fuiſſe deciſum, in tantum, quod ſoluto pretio, ſtatim dominium fuerat reuerſum in
3 venditorem, licet emptor prius alienaſſet, ſtante pacto de retrouendendo, *vt dixit Socin. conſ. 8. num. 1. in fin. & ex Dec. in conſ. 299. nu. 11. lib. 2.* firmauit *Iacob. Chirc. ſuper annot. ad Bullam Nicolai V. nouiter impreſſ. poſt comment. Pet. de Greg. fol. (mihi) 300. nu. 6.* eoq; magis in caſu iſto vbi non fuerat adhuc ſolutum pretium redditus venditi per ſecundum emptorem,
4 & propterea dominium redditũm remanſerat penes venditorem, licet res vendita tradita ſit, *ad tex. in l. qui vendidit, ff. de contrah. empt. & § vendita, Inſtit. de rer. diuiſ. Surd. conſil. 101. num. 12. cum ſequ. lib. 1.* Sed in contrarium, quod reluitio
5 fieri debuerit per ſecundum emptorem, & quod aliàs facta nullius ſit valoris, mouebat, quia in eum ex venditio-
6 ne tranſlatæ fuerant omnes actiones perſonales, & reales, & omne ius redditus, *vt dixit Roder. de annu. reddit. lib. 2. q.*
7 *2. nu. 4.* necnon, & dominium ac poſſeſſionem tranſtulerat per conſtitutum ibi adiectum, *vt dixerunt Dd. omnes, in l.*
8 *quod meo, ff. de acquiren. poſſ.* quæ eſt vera, & *realis, Turret. conſil. 48. numero 5. libro 1. & conſil 93. num. 12. & 13. lib 2. Molin. de primog. Hiſpan. lib. 4. capit. 2. & 4. num. 5. & 7.*

qui

9 qui dicit, quod ſtatutum loquens de traditione, habet locum in traditione facta per conſtitutum, quin imo ſtante intimatione facta ſubiuganti, vt de cenſu reſponderet nouo emptori, o-
10 mne dominium fuerat tranſlatum, & inefficaces redditæ fuerant actiones retrouendendi, quæ erant penes primum emptorem, *ad tex. in l. 3. C. de nouat. Caſtr. in l. facta, §. ſi heres, num. 4. ff. ad S.C. Trebellian. & in l. ſi cum emptore, nu. 4. verſ. primus, ff. de pact.* vbi dicit, quod quando
11 penes cedentem nullæ remanent actiones, non poteſt aliquid fieri in præiudicium ceſſionarii, *& cum eo tranſit Alex. ibi, ſub num. 3. & Iaſ. ſub num. 5. & melius, num. 14. Sim. de Pret. conſ. 7. nu. 10. Bott. conſ. 62. nu. 8. & 9. Gargiar. patrocin. 14. nu. 8.*
12 & maxime ſtante illa clauſula (ponens eum in locum ſuum) *Ang. in d. l. ſi cum emptore, late Surd. conſ. 22. num. 35. & 36.* vbi dicit, quod per verba ampla videtur à ſe abdicare quamcumq; poteſtatem, & facultatem, *Bott. in d. conſ. 62. n. 13.* & ſibi imputandum erit ſi ſtante intima-
13 tione ſoluerit capitale ei, cui ſciebat non competere ſolutionem, *ad text. in d. l. 3. C. de nouat. cum aliis præallegatis Doct.* ex quibus videbatur ſublatum, id quod ex aduerſo deductum fuerat *ex Bero. in conſ. 155.* nam ſtante prædicta intimatione reuenditio facienda erat per ceſ-
14 ſionarium, & emptorem dictorum redituum, & non per primum, qui ſtante alienatione penes alios non po-
15 terat amplius conueniri *gl. & Bart. in l. 1. ff. de actio. emptio. Tiraquel. de retract. conuentio. ad fin. tit. ſub num. 56.* & ſecundum prædicta fuit iudicatum de anno 1605. pro Lauria Sollima contra Do. Melchionem Spatafora declarando reuenditionem nulliter factam fuiſſe per primum emptorem, & conſequenter quod propoſitiones præſẽtatæ aduerſus executionem cauſatam pro pẽſionibus decurſis reiicerentur, & ad contraria dicebatur, quod licet ſecundum aliquos non poſſit agi contra tertium, actione perſonali ad reluitionem faciendam, tamen verior opinio in con-
16 trarium, quæ nedum erat magis communis, ſed in praxi recepta, *vt dixit Caſtren. in l. ſi cum venderet, num. 3. ff. de pignor. actio. Couar. lib. 3. variar. reſolut. cap. 8. nu. 3. verſic. hinc apparet, & eſſe magis communem teſtatur Roger. Mott. in l. tractationibus, nu. 54. C. de pact. Addition. ad Alex. conſ. 10. lib. 1. Guid. Pap. conſ. 49. idem Magon. deciſ. Lucen. 80. num. 2. verſ. tamen nobis magis placuit, & de magis communi Menoch. conſ. 63. in princ. num. 14 & ſeruari in M. C. teſtatur Prouin. in l. 2. C. de pact. int. emptor. & vendi.* Item nec obeſſe videbatur, quod pretium per ſecundum emptorem non fuerat ſolutum, etenim ex contractu conſtabat oppoſitum, hoc eſt, pretium recepiſſe ex eius confeſſione, etſi realiter non habuerit, forte voluit habere fidem de pretio, quod in caſu tranſlatum dicitur dominium, *l. inciuile, C. de rei vend.* &
17 *faciunt deciſiones ex aduerſo relata, & Surd. conſil. 52.* in tantum, quod non obſtante reluitione prædicta ſemper ſoluti fuerant cenſus decurſi, vt appareat per ſolutiones in proceſſu præſentatas.

SVMMARIVM.

1 *Filia ſacerdotis eſt ſpuria, & inceſtuoſa.*
2 *Filius natus tempore ſacerdotii, dicitur ex damnato, & reprobo coitu natus.*

3 Dona-

Digitized by Google

3 *Donatio facta per patrem ſacerdotem filiæ ſpuriæ eſt nulla, ratio, num. 4. intellige, num. 9. & 11.*
5 *Bona donata filiæ ſpuriæ, cui acquirantur.*
6 *Inſtrumentum probat contra producentem.*
7 *Literæ ordinis quando probant.*
8 *Donatio facta filiæ ſpuriæ valet quoad ſummam alimentorum.*
10 *Differentia non datur inter legitimos, & ſpurios de iure naturæ.*
12 *Ius canonicum ſeruandum eſt in vtroque foro.*
13 *Legatum factum filiæ ſpuriæ, reuocatur vltra ſummam alimentorum.*
14 *Dos iuſta quæ dicatur in filia ſpuria, & numer. 15.*
16 *Alimenta non debentur filiæ ſacerdotis, contra num. 17.*
18 *Filij quoquomodo naſcuntur, alendi ſunt.*
19 *Iuris canonici diſpoſitio fauorabilis, eſt amplianda.*
20 *Clericus poteſt filium ſpurium alere ex redditibus ſacerdotij.*
21 *Clericus poteſt filiam inceſtuoſam dotare.*
22 *Alimenta qualiter taxentur in filia ſpuria, remiſſiuè.*
23 *Donatio facta filiæ ſpuriæ de vſufructu, valet, & num. 24 amplia etiam in dote, num. 25.*

ARGVMENTVM.

Donatio facta filiæ ſpuriæ per patrem ſacerdotem an ſit valida?

DECISIO CXLIV.

1 Filia concepta, & nata à patre ſacerdote, nedum ſpuria, ſed etiam inceſtuoſa dici poterat, ſecundum *Gloſſ. notab. in l. 2. vbi etiam Bal. C. de epiſc. & cleric. Rolan à Vall. conſ. 96. num. 2. lib. 3. Couar. in tit. de ſponſ. in 2. par. cap. 8. §. 5. num. 1. col. 2. verſic. dicuntur, & col. 3. verſ. eſt igitur filius, Maluaſ. in conſil. 42. num. 14. 15. & 33. lib. 1.*
2 vbi quod filius presbyteri, natus tempore ſacerdotij, dicitur ſpurius, & ex nefario damnato, & reprobo coitu na-
3 tus, & conſequenter donatio facta per patrem tali filiæ erat nulla, cum nec ex teſtamento, nec ex contractu inter viuos, quicquam donare, aut relinquere poterat *ad text. in Auth. ex complexu, C. de inceſt. nupt. ibi (ex nefario, aut inceſtuoſo, aut damnato coitu, liberi, nec naturales ſunt nominandi, & omnis paternæ ſubſtantiæ beneficio indigni, vt nec alantur à patre) & ibi Bal. & alij Dd. Ad idem eſt text. in l. 1. & ibi Salic. & omnes alij, C. de natural. lib. & in Auth. licet, C. eod. & text. in §. fin. inſtit. quib. mod. natural. effic. per quæ iura ita firmat Couarr. in d. c. 8. §. 5. num. 3. Neuiz. conſil. 34. num. 1. poſt Bart. Dec. & alios per eum relatos Rim. iun. conſ. 442 num. 71. cum ſeq. lib. 4. Honded. conſ 86. num. 17. & conſ. 95. num. 88. lib. 1. Caphallos comm. contra com. q. 796. vbi ampliat etiam in nepote clerici, Crauet conſ 200. n. 7. verſ. amplius, ſi pater. lib. 1. Tob. Non. conſil. 53. num. 25. Benint end. deciſ. 22. nu. 7. poſt multos Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 18. nu. 16 & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Mich. Graſ. de ſucceſ. ab inteſt. §. inſtitutio. quæſt. 7. num. 9. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 2. caſ. 169.*
4 *Plat. Epitom. delict. c. 41. num. 11.* idq; inductum fuiſſe in odium paternæ incontinentiæ, & libidinis, tradunt præallegati Doctores, quę opinio non habet cōtradictionem, *vt dixit Peruſ. in d. deciſ. 18.*
5 *num. 18.* in tantum, quod ſi eis aliquid donatum, vel relictum fuerit, id totum filijs legitimis, vel eidem patri donanti, aut matri, vel alijs agnatis, ſeu cognatis deferebatur, & eis negligentibus, Fiſco, *ad text. in d. l. 1. C. de natural. lib. & poſt Bart. Bal. Salic. & alios, dixit Couarr. in d. num. 3. verſ. quod ſi pater, vbi communem eſſe teſtatur ex Alexan. in l. hæreditas, C. de his quibus vt indign.* Nec in caſu iſto dubi-

tandum erat, ſi filia prædicta fuiſſet ſpuria, cum id conſtiterit ex eodem in-
6 ſtrumẽto donationis ab ea producto, & præſentato in proceſſu, cuius virtute agebat, *cap. cum olim. de cenſib. Bald. in l. precibus, C. de probat. Surd poſt infinitos, conſil. 4. num 30. & conſil. 5. numer. 37. lib. 1.* & ex multis tradidit *Malnaſ. in d. conſ. 42. n. 14. cum ſequ.* Nec obſtabat, quod ibi naturalis nuncuparetur, quia vt dictũ eſt, cum ſit filia ſacerdotis, vtiq; ſpuria, & inceſtuoſa dicebatur ex præallegatis deciſionibus, quod pariter ex eodem inſtrumento probatum erat, dũ aſſerebatur filiam tum temporis eſſe annorum duorum, & tamen pater ſa-
7 tis ante ad ſacerdotium promotus fuerat, vt conſtabat ex literis ordinationum, quæ recte probabant, *Rot. Rom. in deciſ. 122. n. 3. par. 2. in nouiſſimis, Ioan. Bapt. Ferret. in conſ. 397. num. 19. libr. 2.* & propterea ſtantibus prædictis fuit per D. Protectorem deputationis Vincentii Dyni, & ſociorum determinatum, nullam eſſe donationem. Commiſſa mihi
8 cauſa via reuiſionis ab Excellentiſſ. D. Prorege, ad inſtantiam filiæ iudicaui contrarium quoad ſummam alimentorum, *ad text. in capit. cum haberet, vbi omnes Canoniſtæ, De eo qui dux. in matrim. quam pollu. per adult. vbi gloſ.* quam ſequuntur *Abb. in conſ. 50. & d. conſ. 115. lib. 2. Aret. inſtit. de iur. nat. genti. & ciuil. in fin. Ruin. conſ. 124 num. 8. volum. 1. Socin. iun. in conſil. 130. num. 3. volum. 2. Bero. conſil. 165. num. 23. vol. 2. Io. Lup. in repet. cap. per veſtras, in 3. notab. §. 23. nu. 21. de don. int. vir. & vxor. Couar. d. c. 8. §. 6. num. 1. cum ſeq. Benintend. d. deciſ. 62. num. 1. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 5. num. 12. Sim. de Pret. in ſimil. tract. lib. 3. interpret. 1. dubit. 3. ſolut. 2. num. 7. Surd. de Alimen. tit. 1. quæſt. 10. num. 5.* vbi ait contrariam opinionem veriſſimam eſſe de iure ciuili, licet non admittatur
9 de iure canonico, quia naturalis eſt
10 coniunctio inter patrem, & filiam, natura autem nullam conſtituit differentiam inter legitimos, & illegitimos, imo nec eam cognouit, vt *in auth. quib. mod. natur. effic. col 2. verſ. liceat igitur, Nat.*
11 *conſ. 231. num. 4.* & hoc ne filius ſine aliqua culpa fame pereat, vt dixit *Paleot. de noth. & ſpur. ca. 47. num. 1. & ſeq. poſt alios Menoch. de præſump. lib. 1. quæſt. 35. num. 13. &*
12 *conſ. 60. lib. 1.* quæ iuris canonici diſpoſitio ſeruanda erat in vtroq; foro, vt *voluit gloſ. fin. in d. cap. cum haberet. vbi Cardin. & Abb.* & voluerunt fere omnes alii præallegati Doct. ut de communi teſtatur *Dec. in cap. clerici, n. 4. de iudi. Aret. in l. 1. col. 5. ff. ſol. matrim.* vbi ait quod hæc opinio ſeruatur in practica propter magnam eius æquitatem, & poſt multos relatos *Surd. in d. q. 10. n. 7.* qui ſubdit,
13 quod legatum, ſeu donatum ſpuriæ ſi excedat ſummam alimentorum reuocabitur, *ſecundum Bal. in d. l. nunquam, n. 41.*
14 *C. de fideicom.* & in filia diceretur iuſta, & æqua dos, *ex not. per Bar. in l. fin. ff. de his, quib. vt indig. Capic. deciſ. 181. per totam, Aſcan. Clemen. de patr. poteſt. effec. 11.* & dos
15 conſtituatur, vt inde mulier alatur, *l.*
16 *vbi adhuc, C. de iu. dot.* & licet in filiis natis ex ſacerdote aliter ſentiant, etiam circa alimenta *Bart. in conſ. 119. vol. 1. & Bal. in d. authen. ex complexu, Ludo. de Sard. in tract. de legitim. col. 9. verſic. quarto quæritur*, cum ſint cæteris odioſi, vt per *Ang. conſ. 401. n. 7. Cephal. conſ. 410 n. 26. Paleot. d. tract. de noth. &*
17 *ſpur. c. 16. n. 6.* tamen contraria opinio vedos

nor eſt, iis enim ſicut aliis, communis eſt natura, ſecundum quam deberi alimenta ſupra concluſum fuit, & eis cõuenit æquitas iuris canonici, *de qua in d. cap. cum haberet. & ita de communi teſtatur Lup. in d. cap. per veſtr. as. not. 3. §. 10. n 14. & in §. 19. n. 14. & in §. 23. n. 12. Caccialup. in auth. ſi qua illuſtris, C. ad SC. Orfician. n 91. vbi miratur de verbis Ba tol. in d. conſ. 119. Nicol. de Vbal. in tract. de ſucceſ ab inteſt. par. 1. Couar.*
18 *in d. §. 6. in princ.* dicens, quod filii quocunq; coitu nati, etiam inceſtu alendi ſunt, & in filia vnius monialis, dixit *Dec. in conſ. 611. in fi.* vbi mouetur, quia in ea non minus, quam in aliis militat ratio æquitatis, & cum ipſa non deliquerit, iniuſtum eſſet, ſi plecteretur ex delicto patris *l. ſancimus, C. de pan.* Item quia di-
19 ſpoſitio iuris canonici vti fauorabilis debebat ampliari, *Surd. de alimen d. quaſtio. 10. num 28. Palæot. bene, qui Bald. reprehendit in d. tract. cap. 46. num. 5. & ſeq. Duen. reg. 367. num 5. & dicit Abb. in cap. 1. nu. 4. de*
20 *cohab. cler. & mulier.* quod clericus poteſt filium ſuſceptum poſt clericatum, & ita poſt illicitum coitum alere de redditibus ſacerdotii, quia licet clericus male fecerit, ex quo tamen ſunt geniti, non ſunt perdendi, ſed eis tanquam pauperibus ſubueniendum, *alle-*
21 *gat d. c. cum haberet,* & conſequenter poteſt filiã inceſtuoſam dotare, *Ioan. de Lup. d. c. 23. n. 13 Duen. d. reg. 367. n. 3. amplia. 3. & ſequitur Surd. in loco proxime relato, & conſ. 177. nu. 13. & fuiſſe deciſum, dixit in conſ. 310. n. 2. de communi teſtatur, Ceph. conſ 398. n. 15. Rol. conſ. 54. n. 59. vol. 2. Theſſa. etiam de communi deciſ. 211 num. 1. Maluaſ. conſil. 42. num. 61. Menoch. conſ. 231 num. 7. Turret. conſ. 81. n. 1. & 2. lib. 1. & conſ. 85. n. 14. & 15. li. 2. de communi Michael. Graſ. in d. §. inſtitutio. q. 6. num. 9 Conſtanti. Capriol. de ſucceſ. ab inteſt.*
22 *n. 135. lib 1. Pariſ. optime conſ. 64. nu. 9. vol. 3.* quæ alimenta, & dotes, qualiter regulari debeant ſunt videndi, *Surd. in d q 10. nu. 18. cum ſequen. Molin. de contract. diſput. 413. numer. 7. à Gam. deciſ. 201. numer. 3. & Gomez. in l. Taur. 9. num. 37. & 40. vbi late*
23 Quibus accedebat, quod donatio prædicta facta fuerat tantum de vſufructu bonorum durante vita patris, in tantum, quod de eis poterat ad libitum diſponere, *ad no. per Rip. in l. 1. nu. 60. ff ſol. matrim. D. Vinc. de Franc. in deciſ. 04.*
24 *nu. 7.* Et poſt mortem eiuſdem donantis fuerant vocati eius filii legitimi, & naturales, prout de iure diſpoſitum erat, ſecundum *Bal. in d. l. eam quam, nu. 41. C. de fideicom poſt alios dixit Couarr. in loco*
25 *præalleg nu 15.* & in dote vltra prædictos dixerunt *Capic. deciſ. 181.* quam doctiſſimis Annotationibus illuſtraui *D. Maſul. Minad. deciſ. 21. poſt alios Capriol. in d. tract. num. 142 & tradit pro bona cautela, Parlador. rer. quotidia. lib. 1. capit. 16.* & ſecundum prædicta fuit exequutum die 18. Martii 1606.

SVMMARIVM.

1 *Fructus iuriſdictionis competunt inueſtitis de mero, & mixto imperio.*
2 *Fiſcus Baronis æquiparatur fiſco Regio, intellige num 31.*
3 *Decretum applicans pœnam fiſco Regio, habet locum in terris infeudatis, contra num. 37.*
4 *Baro gerit vices Principis.*
5 *Pœna applicata Regi, in terris Baronum competit Baroni, & num. 8. & 9. contra num 21. 22 & 28.*
6 *Augmenta futura continentur ſub generali conceſſione.*

T 2 7 *Prin-*

Digitized by Google

7 *Princeps ſtatuendo in loco Vaſalli, dicitur ſeminare in re aliena, intellige, num. 33.*
10 *Facultas legis condendæ eſt de Principum reſeruatis, & quando in Vaſallum trãsferatur, num. 11.*
12 *Dominium ſupremum nunquam comprehenditur ſub conceſſione iuriſdictionis, & num. 34.*
13 *Princeps in exercitio iuriſdictionis concurrit cum Vaſallo, ratio ibidem, & nu. 35.*
14 *Pœna ſtatuti pertinet ad ſtatuentem.*
15 *Pœna eſt acceſſoria dominij reſeruati.*
16 *Fructus iuriſdictionis pertinent ad eum, qui iuriſdictionem exercet, & num. 17.*
18 *Princeps in conceſſione iuriſdictionis, non concedit pœnas impoſitas pro delictis, quæ tempore conceſſionis non erant delicta, amplia num. 19.*
20 *Vaſallus tenetur Vti ſtatuto Regio cum omnibus ſuis qualitatibus.*
23 *Sententia Senatus Mediolanenſis refertur.*
24 *Princeps poteſt ſtatuere, ne quis annonam extrahat, & extenditur ad loca feudatariorum, num. 25.*
26 *Princeps qualiter poſſit ſibi pœnas applicare.*
27 *Sumptus pro cuſtodia Prouinciæ ſpectant ad Principem.*
28 *Regia Curia ſemper cognouit de contrauentionibus bannorum in materia frumentaria in Regno Neapolis.*
29 *Pœna delicti de iure communi impoſita tranſit in ceſſionarium.*
30 *Princeps concedendo merum, & mixtum imperium, quas pœnas concedat.*
32 *Conceſſo mero, & mixto imperio, Veniunt omnes acceſſiones, & qualiter procedat?*
36 *Vaſalli Baronum ſunt etiam ſubditi D. Regi.*
38 *Boſſ. & Amad. de Pont. & Natt. reijciuntur Vti ſuſpecti.*
39 *Rex auocando cauſam à Vaſallo, pœna applicantur fiſco Regio.*

Argumentum.

Pœna impoſita per Regiam Pragmaticam contra non reuelantes, & vendentes frumenta vltra pretium taxatum, cui applicetur in terris vaſallorum, Fiſco Regio, an Baronali, & alijs de merum, & mixtum imperium habentibus?

Decisio CXLV.

1 IVlianus Abel, vti Capitaneus Ciuitatis Syracuſarum, condemnatus per ſyndicatorem ad reſtituendum Regio Fiſco ſcutos quingentos ſibi peruentos pro pœna exacta, contra quendam, qui vltra pretium taxatũ per Regiam Pragmaticam emanatam ab Excellentiſs. Prorege, cum voto Sacri Conſilij, frumentum vendiderat; appellauit ad M. C. ibiq; introducto proceſſu dicebat, quod Ciuitas prædicta ampliſſimũ habebat merum, & mixtum imperiũ, cum commodis pœnarum, & clauſula abdicatiua, & ſic ad eius fiſcum pertinere cõdemnationem, & pœnam prædictam, 2 vti fructus prouenientes ex iuriſdictione, *vt dixerunt Dd. & præcipuè Bar. in l. diuortio, §. ſi fundum, & l. vlt. ff. ſolut. mat. Roland. conſ. 21. num. 16. lib. 4. Amad. à Pont. quæſt. Laudem. 24. col. 5. verſ. limitant etiam, & alij per me relati, in deciſ. 12. num. 1.* Item 3 quia fiſcus Baronis æquiparatur fiſco Regio, qui iuriſdictionem conceſſit, & eius loco ſucceſſit, *Natt. conſ. 346. num. 2.* qui ex hoc infert, quod decretum applicans pœnam fiſco Principis, habeat locum etiam in terris infeudatis. *& ſequitur Rolan. d. conſ. 21. num. 23.* in tantum, 4 quod Vaſallus Baro gerit vices Principis, & eius authoritate ſtatuit, & leges dicit, 5 & propterea pœna, quæ ipſi Principi applicanda eſſet, vtiq; Baroni acquiri deberet, *vt dixit Amad à Pont. in quæſtio.* 6 *Laudem. 24. colum. 5. in fin.* cum ſub generali conceſſione contineantur futura augmenta, & acceſſiones, *ad tex. in l. grege, ff. de leg. 1. cum ſimil. Menoch. de præſumpt. lib. 4.*

Digitized by Google

lib.4.præſump.127.nu.26.& in ſpecie tradit
7 Natt.in conſ.659.n.6. maxime quia Prin-
ceps aliquid ſtatuendo in loco Vaſalli,
dicitur plantare, & ſeminare in re Va-
ſalli,& non in propria, quia tam locus,
quàm homines ſpectant ad vaſallum,
8 & ob id pœnæ, & fructus prouenien-
tes ex huiuſmodi lege, & ſtatuto ſpe-
ctant ad ipſum, perinde ac ſi in prædio
infeudato Princeps ipſe arbores plan-
taſſet, ad not. in §. ex diuerſo, Inſtit. de rer.
diuiſ. & in puncto arguebant, Boſſ. in titul. de
pœn.num.25.verſ.ſed ſi poſtquam, & Natt.d.
conſil.659.num.5. & licet Pragmatica ap-
plicauerit pœnam Regio fiſco, hoc in-
telligendum erat, quoad ſubditos D.
Regis immediatos, non autem ad ſub-
ditos vaſallorum, quia quoad eos pœ-
9 næ delictorum ſpectabant ad Barones,
& alias Ciuitates inueſtitas de mero,
& mixto imperio, prout erat iſta, ex ſu-
pradictis, ſecundum Iaſ.in conſil.57. vol.vlt.
verſic. intentio ergo, lib.3. Amad. à Pont. in d.
quæſt.24.col.6. & in ſpecie voluerunt, Boſſ. in
d.tit.de pœn.num 25.verſ.ſed ſi poſtquam, vbi
dixit Senatum Mediolanenſem con-
ſueuiſſe præcipere vaſallis, quod ſub-
ditos puniant ſecundum ordines Du-
cales, & ſubiungit, quod ſicuti eis per-
mittitur cognitio, ita ipſi vaſalli conſe-
qui debent pœnam. ſic etiam Natt.in d.
conſil.659.num.5. Amad. à Pont.d.quæſt.24.
col.3.4.& 6. vbi refert ita iudicatum fuiſſe
per Senatum Taurinenſem, in anno 1571.Theſ-
ſaur.deciſ.132. & ibi addit. Foller. in practic.
crim. in verb. Audiantur excuſatores, num.131.
Capiblan. dict. auth. Bero. pragm.8.n.111.cum
ſequ. & latiſſimè Caſpar Theſſaur. in ſuo vnico
conſilio impreſſo poſt deciſ.132. Ant. Theſſaur.
genitoris, vbi examinat materiam, & hanc
tuetur opinionem pro Comitibus Walpergiæ,
contra fiſcum Ducalem Sabaudiæ. Sed pro
fiſco Regio dictum fuit, pœnam ipſi
applicandam eſſe, nam Pragmatica
prædicta edita fuerat de mandato Ex-
cellentiſſimi D Proregis ſub nomine
Catholicæ Maieſtatis Regis noſtri,
10 cum voto totius Sacri Conſilij, cui re-
formata erat facultas legis condendæ,
ad text. in l.1.ff.de conſtit. Princip. & l.vlt.C.
de leg. Bart. in l.imperium, num.8.ff.de iuriſd.
omn.iudic. vbi Angel.col.2.verſic.ex prædictis.
Natt. conſ.487. num.11. libr.3. quæ niſi ex-
11 preſſe, & nominanter cócedatur, non
dicitur tranſlata à Principe in vaſal-
lum, cum non meri, & mixti imperii,
vel iuriſdictionis ſit, ſed poteſtatis, &
permiſſionis, vt dixerunt Dd. in d.l.impe-
rium, & expreſſè probat Pariſin. ſuper Con-
ſuetud.tit.1. gloſſ.5. num.56. Menoch. in conſ.
604.nu.8. vbi teſtatur hanc eſſe veram, & re-
ceptam opinionem, prout nec Princeps ex
conceſſione omnimodæ iuriſdictio-
nis, & imperii, dicitur conceſſiſſe illud
12 dominium altum, quod h bebat tan-
quam Princeps, ſed dominium illud,
quod à Dd. dicitur baſſum, ſecundum Al-
beric. in l.1. in fin. ff. de offic. eius, & in l.vlt.C.
de iuriſd.omn.iudic. Laud. de Princip. notab.
115. Iacobin. in inueſtit. in verbo de Caſtro Ru-
bei, num.6. & in verbo, dictiq; vaſalli, num.1.
Boſſ. de regal. nu.24. Velaſc. in d.l.imperium,
num.50. Natt. conſ.487. num.41. lib.4. Rolan.
conſ.1. num.144. lib.2. Surd. conſ.142. num.36.
& conſ.210. li.2. Theſſaur. deciſ.266. Menoch.
d.conſ.604. nu.14. & 15. & nunquam tan-
tam concedat authoritatem, & iuriſ-
dictionem, quin maiorem ſibi reti-
neat, & apud eum remaneat, & quini-
mo in exercitio dictæ iuriſdictionis

Digitized by Google

13 concurrit cum vaſallo, & quocunque inferiore, *c. dudum, §. nos igitur. de præbend. in 6. vbi Ioan. Andr. & Archidiac.* dicunt fontem maiorem eſſe riuo, qui à fonte procedit *quem tex. dicit ſingularem Gram. vot 28. & conſ 6 num. 23. & conſil. 72. num 1. & ſeq. Natt. conſ. 487. num 24. & 25. Rolan. d. conſil. 1 nu 34 Anton. Sol. in decret. Sabaud. gloſſ 2. num 7.* vbi tenent iuriſdictionem cenſeri vaſallo tributam accumulatiue, non priuatiue quoad Principem concedentem, & proinde poſſe illa vti, atq; ſi non conceſſiſſet, *ſequitur Surd. in d. conſ. 152. num 17.* ideoq; cum Pragmatica fuerit prohibita venditio frumenti, & conceſſa ſub certo pretio taxato, quæ de iure communi licita erat, vtiq; ad ipſum, cuius nomine factum fuit e-
14 dictum, & niſi principaliter fuerat læſus, pœna prædicta pertinere videbatur, *ad text. in l 2 § emancipatus filius ff. de collat. bonor. & ca. 1. §. deniq; Quæ fuit prim. cauſ. beneſ. amitt. optime Oldr. in conſil 148. num 6. & alij relati per Roland. in conſil. 38. num 26 lib 2 Natt. conſ. 180. num 6 cum ſeq.*
15 *Surd. d. conſil. 152. num 16. & 26.* & erat acceſſoria imperii, & dominii reſeruati à Principe ſuperiori, *ſecundum Menoch. in*
16 *d. conſ. 604. num. 31.* & fructus iuriſdictionis ad eum ſpectant, qui iuriſdictionem exercet, *Pariſ. conſil. 106. num 13. vol. 1.*
17 *Surd. conſ. 152. num. 23.* vbi ait, quod res ad eum ſpectat, cuius induſtria capitur, *vt in ſimili dixit Alex. in l. diuortio, § ſi vir, col. fin. ff. ſolut. matr. Ruin. conſ. 193. num. 2. vol. 1. Boſſ. de pœn. nu. 22.* & conſequenter conceſſio prædicta intelligi debebat de pœnis, & condemnationibus, quæ proueniebant ex delictis exiſtẽtibus conceſſionis tempore, non autem de delictis, quæ tunc non erant delicta, quia
18 de his Princeps non cenſetur cogitaſſe, *vt poſt Bald. in conſ 321. vol. 3. dixit Surd d.*
19 *conſ. 152. num. 24.* eoq; magis, quia pœnæ prædictæ non proueniunt ab ipſa re, ſed extra rem, hoc eſt ex ſuprema poteſtate principis, & à ſuperioritate reſeruata, vt dictum eſt, & ſic non poterant comprehendi in conceſſione meri, & mixti imperij, quæ fiebat vaſallis, *ſecundum Innoc. in c. cum ad ſedem, n. 2. de reſtit. ſpoliat. Aluarot. in ca. 1. § ſi quis aliquem, circa fin. de pac. tenen. Natt. d. conſ. 580. nu. 14.*

Confirmari videbantur prædicta, quia pœna adiecta in Pragmatica, fuerat per Ill. Proregem applicata pro reparatione, & ſeruitio Regiarum triremium, ideoque ſi habentes merum, &
20 mixtum imperium, vti volebant, prædicto ſtatuto, tenebantur eo vti cum omnibus qualitatibus, & conditionibus, cum quibus ſtatutum fuerat conditum, & ſic, quod pœna applicetur fiſco Regio pro effectu prædicto, *vt ita arguendo dixerunt, Surd. in d conſ. 152. nu. 18. & alij per eum congeſti.* Quibus omnibus
21 accedebat authoritas multorum Doctorum hanc tenentium opinionem, quorum primus fuerat *Old. in d. conſ. 148. Affl. in c 1. § ſi quis hominem, in 10. notab. n. 4. de pace tenen. Rol. conſ. 21. nu. 9. lib. 4.* licet in caſu ſuo, vbi conceſſio facta fuerat etiam de regalibus contrarium teneat, *& in conſ 73. n. 15. lib. 4. idem in ſpecie conſuluit, Natt. in d. conſ. 580. nu. 6. Theſſaur. deciſ. 250.* vbi teſtatur fuiſſe deciſum pœnam indictam ex decretis Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ aduerſus temere appellãtes habere locum contra ſubditos vaſallorum, & pœnam illam deferri, atque applicari

applicari fiſco Ducali, cum ſit pœna prouenients facto, & opera ipſius Sereniſſimi Ducis, *latiſſimè idem cõſuluit Surd. in d.conſ.158.lib.2.* circa prohibitiones, & pœnas indictas à Duce Mantuę, contra colligentes, & vendentes ſal nitrum, & aduerſus inferentes, & vendentes ſal ſine eius licentia, comprehendere etiam ſubditos vaſallorum, & pœnas applicari Camerę Ducali. *Panciroll. in reſpon. edito pro Sereniſſimo Duce Sabaudiæ circa prohibitionem extractionis quorumcunq; victualium ſub pœna capitis, & publicationis bonorum ſuo fiſco applicandorum inter conſil. Menoch.*
22 *vol.7. ſub num. 605.* vbi concludit pœnam prædictam applicari fiſco Ducali, *& allegat Aluar. in c.1. §. ſi quis aliquem, in verſic. hæreditatem de pac. tenend. Præpoſ. in c.1. col. vlt. ver. quæro. ſecundum D. And. Qualit. vaſal. iur. debe. fidelit.* vbi ait, quod ſi Princeps reſeruauerit ſibi ius Principis, ratione maioris dominii, bona publicata ipſi debentur, & non vaſallo, *& ibidem And. de Iſern. col 2. verſ. item ſi ex dono regio,* qui ex clauſula, qua Princeps ſibi reſeruat maius dominium, dicit bona publicata ipſi deberi, *eandem opinionem latiſſimè defendit Menoch. in d.conſ.604. vol.7. per tot.* reſpondens pro eodem Sereniſſimo
23 Duce Subaudiæ, & in fine refertur deciſ. Senatus Mediol. in prædicta cauſa,
24 motus quidem, quia Dux virtute illius ſupremi dominii, quod ſibi reſeruauerat prohibere poterat, ne quis de ſua ditione annonam extrahat; legem vniuerſalem cõdendo, quæ tanquam publicam totius dominii ſalutem reſpi-
25 ciens, ad loca etiam, & ſubditos feudatariorum ſuorum extẽdebatur, & licet firmare videatur pœnas ipſas, & condemnationes pecuniarias applicari illi, in cuius territorio delictum commiſſum
26 ſit, attamen concludit poſſe Principem has pœnas fiſco ſuo applicare, non tam ea ratione, quod Principi liceat rem ſuam lege vniuerſali, quæ publicam vtilitatem reſpiciat alteri auferre abſq; vlla recompenſatione, & maximè cum æquum ſit emolumenta illi applicari, vt ex iis cuſtodiendæ prouinciæ ſumptum, qui ad ſupremum propriè Prin-
27 cipem pertinet ſuſtinere poſſit, & vt caueatur, ne in ipſorum vaſallorum poteſtate ſit, pœnas ipſas remittendo, efficere, vt lex ad Reipublicæ ſalutem tantoperè pertinens contemnatur, vt eius verbis vtar; Idem ſeruari in ſtatu eccleſiaſtico teſtatur *Ioan. Lomelin. Cam. Apoſtoli. Commiſſarius generalis*, & ſimiliter in Regno Neapolitano eandem receptam eſſe conſuetudinem per Regiam Cameram ſummariè refertur per illius officiales, *vt in fin. prææallegati conſil. Menoch. leguntur, & optimè D. Vincen.*
28 *de Franch. deciſ.434. in fin. ibi. Sed in cauſis contrauentionum Regiorum bannorum*, & præſertim ſuper reuelationibus frumentorum, & contrauentione in pretiis per Pragmaticas ſtatutis, ſemper cognouit Regia Curia, prout ipſe teſtatur fuiſſe Commiſſarium Generalem de anno 1569. quem in hoc caſu ſecutus fuit *Capibla. ex aduerſo allegatus in in d. pragm.8. num 115. & doctiſſimè iura fiſci Ducalis defendens Antonin. Bagnaſaccus in fin. additio. ad deciſio. Theſſaur.* Diſcuſſo negotio fuit per nos determinatum pro fiſco, confirmando ſententiam prædictam de anno 1608. Et ad contraria dicebatur, bene procedere, quando

Digitized by Google

29 quando pœna à iure communi pro aliquo delicto indicta erat, contra homines, & ſubditos, *vt dixerunt Andr. & Alua. in locis proximè relatis, Frez. de ſubfeud. lib. 2. auth. 13. num. 1. verſ. 2. quod omnes, & clarius*
30 *Natt. in d. conſil. 580. num. 14.* ſecus tamen e conuerſo, quia vt dictum eſt, Princeps concedendo merum, & mixtum, ac omnimodam iuriſdictionem, dicitur conceſſiſſe pœnas, & condemnationes prouenientes ex ordinaria iuriſdictione, ordinarioq; imperio conceſſo, non autē ex extraordinario, quod prouenit noua facta diſpoſitione Principis, *vt dixit Menoch. in d. conſ. 604. n. 40.* vbi ſubdit, quod ſi aliàs diceretur, vaſallus haberet partem illius ſuperioritatis
31 Principis; Item non obſtabat, quod fiſc⁹ vaſalli ſuccedat loco fiſci Principis, quia id pariter verum erat in his, quæ Princeps, ipſi conceſſit, ſecus autem quoad ea, quæ ſibi ipſi reſeruauit, quæ non ſunt comprehēſa in conceſſione,
32 *vt reſpondet Menoch. in d. cōſ. 604. n. 44.* licet conceſſo mero, & mixto imperio, dicātur cōceſſæ omnes futuræ acceſſiones, verū vt reſpondet *Surd. in d. conſ. 152. n. 34.* id procedit in fructibus, & acceſſionibus ipſi vaſallo conceſſis, non autem illius ſuperioritatis, & poteſtatis Principi reſeruatæ, *ſecundum Oldr. in d. conſ. 148*
33 *n. 7.* Præterea minus obſtabat, qd Princeps aliquid ſtatuendo in loco vaſalli, dicatur plantare, & ſeminare in loco alieno, & propterea pœnæ, & condemnationes veniant applicandæ fiſco ipſius loci, nam in caſu propoſito Princeps non videbatur plantare in loco vaſalli, ſed in proprio, cum non
34 dicatur ipſe Princeps conceſſiſſe feudum, quoad ſuperioritatem, & alia, ea de cauſa ſibi reſeruata. Nam quoad hæc, perinde eſt, ac ſi locus non fuiſſet infeudatus, & homines illius loci dicuntur ſubditi, etiam ipſius Principis,
35 qui eis imperare poteſt, & in eos legem condere, vt dixerunt vltra relatos, *Surd. d. conſil. 152. num. 35. verſ. declinatur, & ſextum, & Menoch. d. conſil. 604. ſub num. 50.* vbi pariter reſpondet ad id, quod ex aduerſo dicebatur de Pragmatica, quòd debeat comprehendere tantum
36 Regi ſubditos, nam vt dicit ipſe, vaſalli ſunt etiam ſubditi ipſius Principis, &
37 retorquet argumentum in cōtrarium, quod ſcilicet edicta ipſa comprehendant ipſos ſubditos, ex quo pœna eſt applicata Regio fiſco pro ſeruitio Regiarum triremium. Poſtremo nec obeſſe videbantur authoritates Dd. contrariam tenētium opinionem, etenim vltra, quod pro iſta opinione faciebant tot Dd. ſupra relati, attamen vt in ſpe-
38 cie reſponderunt, *Surd. Menoch. & Bagnaſac. dictū fuit, quod Boſſ. & Amad. à Pont.* ex aduerſo adducti, vt vaſalli, reddebant ſuſpectam eorum authoritatem, *& pariter Natt. qui in d. conſil. 659.* pro ſeipſo in cauſa propria reſpondebat, *& licet Amad. in d. q. 24.* referat ſecundum eius opinionem iudicatum fuiſſe, tamen in eodem Senatu cōtrarium fuiſſe determinatum, teſtatur *Theſſaur. in d.*
39 *deciſ. 266. & deciſ. 250. in fi.* ſubdens, quod quando Rex auocat cauſas à ſuis vaſallis, pœnæ, & multæ applicantur fiſco Regio (quod paſſim in Regno ſeruari videmus,) & alia congerit ad propoſitum. Quibus omnib⁹ accedebat, quod in hoc Regno pœnæ prædictæ à Regio fiſco

Google

fiſco exiguntur, quando de eis notitia habetur per Officiales Regios: Licet non omittam dicere, quod aliqui ex D. Baronibus ſtant in poſſeſſione ſibi ipſis applicandi prædictas pœnas, de quo tamen non fuit aliter in cauſa iſta facta diſcuſſio, nam huiuſmodi contentio, vt dictum eſt, orta fuerit cum fiſco Ciuitatis demanialis, & ſecundum prædicta fuit executum.

SVMMARIVM.

1 *Iura actiua, & paſſiua tranſeunt in hæredem.*
2 *Onus ſoluendi æs alienum non tranſit in vſufructuarium, ſed in hæredem.*
3 *Vſufructuarius non repræſentat perſonam teſtatoris.*
4 *Vſufructuarius litigando non præiudicat hæredi domino.*
5 *Vſufructuarius eſt adminiſtrator, & non dominus.*
6 *Sententia lata contra vſufructuarium, nón nocet proprietario, limita num. 7.*
8 *Vſufructuarius non poteſt nunciare nouum opus, ratio num 9.*
10 *Vſufructuarius non poteſt agere actione confeſſoria pro ſeruitute fundi vſufructuarij.*
11 *Ius perſonale non tranſit in vſufructuarium.*
12 *Hæredis appellatione in ſtatuto, non venit vſufructuarius.*
13 *Vſufructuarius habet exercitium actionum hæreditariarum.*
14 *Vſufructuarius ratione vſufructus agere poteſt tam actione reali, quàm perſonali, & num 30.*
15 *Vſufructuarius eſt procurator proprietarij à lege conſtitutus, & num. 21.*
16 *Vſufructuarius eſt procurator legitimus.*
17 *Vſufructuarius dicitur procurator in rem ſuam pro cuſtodia vſusfructus.*
18 *Vſufructuario competit actio mandati pro expenſis.*
19 *Emptores vſusfructus pedagiorum communitatis, ſunt procuratores legitimi, & habent mandatum à lege, num. 20. 24. & 25.*
22 *Vſufructuarius non habet exercitium vtilium actionum.*
23 *Vſufructuarius differt à ceſſionario.*
26 *Ceſſio qualiter facta intelligatur vſufructuario.*
27 *Vſufructuarius durante vſufructu dicitur hæres.*
28 *Stipulatio facta hæredi, cenſetur etiam acquiſita vſufructuario.*
29 *Vſufructuarius petere poteſt executionem inſtrumenti confecti cum teſtatore.*

ARGVMENTVM.

Vſufructuario an competat via executiua ex pacto inito cum teſtatore, pro defenſione vſusfructus.

DECISIO CXLVI.

DVbitatum fuit in Conſiſtorio, ſi mulier, cui relictus fuerat vſusfructus cuiuſdam tenimenti domorum, poterat pro moleſtiis illatis per creditores vel pacto executiuo inito cum
1 teſtatore, & videbatur dicẽdum quod non, cum omne ius actiuum, & paſſiuum tranſeat in hæredem, *l. hæredem, & l. hæreditas, ff. de reg. iur. & text. in l. cum hæredes. cum ibi not. ff. de acqu. poſſeſſ.* hinc eſt, quòd in talem vſufructuarium etiam
2 vniuerſalem, non tranſit onus ſoluendi æs alienum, ſed in hæredem, ſecundum communem opinionem, *pro qua latè conſuluit Paul. de Caſtr. in conſil. 394. incip. in cauſa, quæ vertitur* Bononiæ, *col. 2. ad fi. cum duab. ſequent. & conſil. 459. col. fin. lib. 2. Alexand. in l. vſufructu, ff. ad leg.* Falcid. Dec. *conſ. 590. col. penult. vbi de communi, Crauett. conſil. 187. col. 1. circa medium, lib. 1. & conſil. 329. num. 3. lib. 3. Roland. vbi etiam de communi teſtatur, conſ. 8. num. 15. vol. 2. Alexand. Trentacinq. var. reſol. tit. de pecul. reſol. 6. ſub num. 3.*

Digitized by Google

num.3.&multa refert Io.de Caſt.l.in tract.de vſuf.c.57.& 59.Papo.conſ 92.num.3. vbi ait,
3 quod actio contra vſufructuarium nõ competit, cum teſtatoris perſonam non repræſentet, *l.1.§.ſi hæres ff.ad Sena-*
4 *tuſ.C.Trebel.*nec pariter põt vſufructuarius præiudicare hæredi, vel domino litigando, *Bart.in l. de die.§. quidam, ff.de dam.inſe.l.ſi noxales,ff de noxal.* cum ſit ad-
5 miniſtrator,& non dominus, *l.2.in pr. ff.de reli.& ſump.fun.l.1.§.qui ſeruum, ff.ad*
6 *SC.Syllan.*In tantũ quod ſententia lata contra eum non nocet proprietario, *gl.in l.is cuius,§.fin.ff de vſufr. & dicit Bar. in*
7 *l.ſæpe, n.6.ff.de re iud.* niſi conſtaret de eius ſcientia, *vt ibidem dixerunt Ang.Caſtr. & Petr.Paul.Pariſ.late,n 12.cum ſeq.& poſt alios Papon.conſ 126.n.4.cum ſeq.Alex.Trentacinq d reſol.6.num.3.in fi.Io.de Caſtill.in d. tract. de vſufru.cap.34.num.6.* vnde vide-
8 mus vſufructuarium non poſſe nunciare nouum opus,*l.1.§.vſufructuarius, ff. de.N.O.N.vbi Alexan.& Iaſ.*dant rationem,
9 quia ius tantum perſonale debile, & breui finiturum habet, ibidem ſequuntur alii,*Igne.in l.1.§.domini,num 38.ff.ad SC.Syllan.Riccar.in Commenta.ad principiũ*
10 *tit.de vſufruct.ſub nu. 88.* nec poteſt actione confeſſoria agere pro ſeruitute debita fundo fructuario,*l.vlt.in fin.ff.de ſeruitu.Imo in cap.1.vt lit.non conteſta.Marian. Soc.in cap.quoniam frequenter, nu.112.vt lit. non conteſta.Paul.de Montepic.in l.Titia cum teſtamento,§.Titia cum nuberet, num.148. de leg.2.Pinel.in l.1.num.68.C. de bon.mater in 2.par.Io.de Caſtill.cap.7.num.20.& per totum.*Præterea in pacto adiecto in nunciatione d. tenimenti domorum, erat in poteſtate teſtatoris in caſu moleſtię, vel ſe defendere, & agere vigore d.ſecundi decreti, vel iudicium euictionis
11 facere, & iſtud eſt ius perſonalium cohærens perſonæ, quod non tranſit in vſufructuarium. *Iaſon.in l.inter ſtipulantem, §.1.numero 6.ff.de verbo.obliga.* vbi plures adducit authoritates, & dicit eſſe communem ſententiam, *idem in l. centeſimis,§.1.per illum tex.numero 3. eo. tit. Decian.in l.hæredem,numero 8.ff.de regu.iur. & faciunt tradita per Papon.in conſ.23.num. 16.& 17.*& maxime ſtante Ritu tribuente executionem paratam creditori, & hæredi,cuius nomine non comprehenditur perſona vſufructuarii *ex Bero.quæſt.13.*

12 Conſiſtorium iudicauit contrarium, confirmando ſententiam M.C. pro Donna Malra de Platamone contra Don Siluium de Actriis de anno
13 1608. quia nedum vſufructuarius vniuerſalis, ſed etiam particularis habet exercitium omnium actionum hæreditariorum,& poteſt à debitoribus hæreditariis exigere, etiam abſq; hæredis ceſſione, *vt dixit Franc.ſ. de Albergot.in l. vxori vſumfructum,ff.de vſufru.legat.quem ad hoc retulerunt,& ſequuti ſunt Soc. conſ.131.n. 13.lib.1.Dec.conſ.418.n.7.Peregrin.conſ.54. num 4.lib.3.Pariſ.conſ.94.n.14.cum ſequen. & num.17.lib.2.Corn.conſ.87.num.11.lib.2. Gail lib.2.obſer.46.num.9. Pinel.de bon.mater,in l.1 par.2 ſub numer.62.Ancha conſ.3. Surd.conſ.162.num.14.lib.2* & poteſt age-
14 re proprio nomine, abſque mandato proprietarii reſpectu intereſſe ſui vſusfructus, tam actione reali, quam perſonali.*Franc.Marc.deci.832 par.1.Surd. d.conſ.162.num 14. vbi multos alios allegat Caual.in tract.de vſufr.mulie.relic.num.7.& poſt infinitos reſoluit.Caſtill.in d.tract.de vſufru.c.*

Digitized by Google

fru.c.20.n.11. cuius concluſionis ratio eſt
15 ſecundum Doct. quia vſufructuarius dicitur procurator proprietarii à lege conſtitutus *ad tex.in d.l.1.§.vſufructuarius, ff.de nou.oper.nunc.& in l.in fi.ff vſufr. quemadm.caue.Bar. in l.ſi is qui fundum, circa fin. ff.de vſufr. leg. Sarmien.de reddit. eccleſ.par. 4.cap.6.n.1.10.15. par. 2. Vinc.de Anna alleg. 14.num.3.poſt Dec.d.conſ.418.num. 8. Caual.*
16 *deciſ.1.ſub nu.21.par. 5. &* dicitur procurator legitimus, *Bertach. in verb. vſufructuarius, n.9.* & conſtitutus in rem ſuam
17 à domino circa veram cuſtodiam, & conſeruationem rei, *Alciat.in d §.vſufructuarius,nu 7.verſ.quod in primis,vbi Alex.& Bald.in l.cum ad quem, ſub nu.1.C.de vſufru.*
18 *optimè Caſtill.in d.cap.20.nu 5. & ſeq.* vnde poterat repetere, quod expendidit per vtilem actionem mandati *Rodoan.de reb. eccleſ.non alien.rub.de vſufr. num. 4.fol.499. tom.15.par. 2. Salyc.& Alciat. in d.§.vſufructuarius,Caſtill.de vſufr.cap.57.nu.1.& ſeq.* & ex hoc infertur,quod illi;qui emunt
19 vſumfructum Communantiarum, vel pedagiorum communis,eo ipſo intelliguntur conſtituti procuratores generales, donec durat vſusfructus contra omnem perſonam,præter vendentem,*quod dixit menti tenendum, Bal.in d.§. vſufructuarius,& ſequitur Iaſ.ibi, num.5.& Bart.in l.in prouinciali,§ ſi ergo,num. 4 ff.de*
20 *nou.oper.nunciat.Caſtill.in d.tracta.de vſufr. cap.20.n.6 vbi poſt Bar. Angel.Caſtrenſ.Bald. Iaſ.*& alios,dixit hanc eſſe communem ſententiam,*& num.11.*ſubdit,quod hoc omnes tanquam indubitatum admittunt,*& Alex.in dicto §.vſufructuarius, n.19.*
21 addit,quod poteſt intentare omnes actiones competẽtes proprietario abſque eius ceſſione, quia cum ſit procurator in rem ſuam à lege conſtitutus, idem eſt ac ſi fuiſſet conſtitutus procurator à proprietario per ceſſionem actionis, *& ſequitur Zaſ.ibidem, glo. Bart. Bal.& Salyc.in l.1.C.de actio.Bertaz.in tract. de clauſ.clauſ.28.gl.1.n.1.& 2.*licet non ha-
22 beat exercitium vtilium actionum, *ſecundum Alcia.ibi,num. 9. & Cuma. nu. 4.*&
23 In hoc differt à ceſſionario, qui etiam vtiles intentare poteſt,ſecundum præ-
24 dictos, quia hæc facultas competit ex legis diſpoſitione,& tanquam ex fonte erupit, *ſecundum Alciat. & Iaſ. in locis alle-*
25 *gatis,Bertaz.de clauſul.clauſul.29 gloſ.9.n.3.* quod mandatum cenſetur habere vſufructuarius eo ipſo, quod ſibi relictus eſt vſusfructus,*ad tex.in l.1.§.fi. cum l.ſeq. ff. vſufruct. quemad.&c. Zaſ.in d. §. vſufructuarius, num.4. & Alex.nu. 2.circa med.*&
26 licet expreſſe non ſit facta ceſſio,tamen quando conſtituitur vſusfructus, in conſequentiam videtur data poteſtas exercendi omne ius competens proprietario, quatenus ſibi expedit pro vſufructu, *Bar.in l.apud Trebatium,§.1.n.1. ff de acqu.plu.arc.Alex.in d. §.vſufructuarius, Roder.Suarez. in l. poſt rem iudicatam in 1. exten.n.12.ff.de re iud.Menoch.conſ.66.n.36.*
27 *lib.1.*in tantum, quod durante vſufructu conſideratur, vt hæres,& gaudet eius beneficio,*Pariſ.conſ 66.nu.10.lib.3.& conſ.94.n.17.vol.2.Alb.Mandel.conſ.598.n.5. lib.3.& eſt gl.in l in conuẽtionibus,ff.de verb. & rer.ſignif.per quem tex. dixit Roman. cõſ. 308.n.6.*quod ſi quis locauit fundum,& ſtipulatus fuit ſibi, & hæredibus ſuis,q.
28 illa ſtipulatio verificatur in perſona vſufructuarii, cui poſtea vſusfructus fundi locati iure legati relictus fuerit, & illum comprehendit; & ſic ceſſare

 vide-

Digitized by Google

videbatur obiectum, quod fiebat ex Ritus diſpoſitione, nam ipſe agebat ex perſona hæredis, & vti talis, ex manda-
29 to generali ſibi à lege dato, vt dictum eſt, poterat petere executionem inſtrumentorum, *ſecundum Bart. in l. hoc iure, num. 5. ff. de ſolut. Anton. Maſ. Galeſ. ad formam cameral. oblig. par. 3. ti. de perſon. peten. execut. nu. 2. & 10. Benedict. de Barc. de guarentig. part. 1. quæſt. 9. col. fin. verſic. item, quod agenti nomine alieno, fol. 344. tom. 6. part. 2. Bertaz. de clauſul. in d. clauſul. 29. gloß. 10. n. 1. verſic. præterea*; Item contraria poſſent procedere, quoad exercitium actio-
30 num competentium circa proprietatem; ſecus vero ſi reſpiciat commodum vſusfructus, & ita concordantur omnes, *ſecundum Ang. in d. §. vſufructuarius, Alex. Trentacinq. in d. reſol. 6. Surd. & alios relatos, & optimè idem Richard. in d. comment. ad principium, tit. de vſufruct. ſub n. 200. verſic. & hinc eſt; & poſt omnes, plures caſus conſtituendo Ioan. de Caſtill. d. c. 20.* & licet de huiuſmodi ſententia petita fuiſſet reuiſio; attamen quia ex parte vſufructuarij fuerat contractum, ex quo il-
31 lam ſemel obtinuerat à ſententia M. C. & in Regno non niſi ſemel conceda- tur, *vt dixi in deciſ. 45. nu 16.* & ſeruari in Cathalonia teſtatur *Cancer. variar. reſol. lib. 3. cap. 18. num. 31.* ideo fuit ſibi denegata audientia.

SVMMARIVM.

1 *Caſus excepti in priuilegijs Baronum, quoad remiſſiones vaſallorum ab officialibus regijs, remiſſiuè.*
2 *Latrones publici non remittuntur Baronibus.*
3 *Captus cum re furtiua punitur à capiente, ratio num. 4. contra nu. 6. intellige n. 10.*
5 *Latrones publici, & famoſi in Regno puniuntur à capiente.*
7 *Latro publicus, an dicatur, qui duo furta commiſit, limita num. 9.*
8 *Text. in l. capitalium, §. graſſatores, ff. de pæn. declaratur.*
11 *Latro publicus non dicitur, qui ſemel in campis cum violentia furatus fuerit, licet ſecus quoad pænam.*
12 *Vaſallus poſt ſententiam non remittitur Baronibus, contra n. 14. limita in cauſa ciuili, num. 13. intellige num. 15.*
16 *Vaſallus offendens Officiales Regios cognoſcitur per M. C.*
17 *Text. in l. nullum, C. de teſtib. derogat omni priuilegio ſpeciali.*
18 *Text. in l. nullum, C. de teſtib. procedit in quacunq; offenſa facta iudici.*
19 *Vincent. de Franch. deciſ. 722. declaratur.*
20 *Terminus datur Baroni, vt vaſallorum cauſas expediat ſub pæna auocationis, & num. 21. amplia num. 22.*
23 *Magna Curia in remiſſionibus vaſallorum, quid ſeruare ſolet.*
24 *Magna Curia cognoſcit de exceſſibus officialium, & quid in Regno Neapol n. 26.*
25 *Conſtit. Regni Statuimus declaratur.*
27 *Officiales Baronis cognoſcuntur per Magnam Curiam.*
28 *Cauſæ viduarum, & pupillorum eligentium forum Principis non remittuntur Baronibus, limita n. 29. intellige nu. 30.*
31 *Priuilegium expreſſum requiritur ad derogationem diſpoſitionis, l. 1. C. quand. Imper.*
32 *Vaſallus domeſticus Baronis non remittitur.*
Item quando adeſt aliqua ſuſpectio, num 33.
34 *Baro in caſu ſuſpicionis ſolet nominare Iudicem in Vrbe, vbi reſidet M. C.*

ARGVMENTVM.

Vaſallorum remiſſio ad Barones, quando non competat, non obſtante mero, & mixto imperio.

DECISIO CXLVII.

BAtones Regni, licet ſtante ampliſſimo priuilegio meri, & mixti imperij

Digitized by Google

periſi cum clauſula abdicatiua, habeant intentionem fundatam ad obtinendum remiſſiones ſuorum vaſallorum à Regiis Officialibus, vel ab aliis, qui forte præueniſſent in eorum captura, ſiue contumacia, in multis tamen caſibus tales remiſſiones denegantur, quod contingere ſolet generaliter in caſibus, & delictis in eodem
1 priuilegio conceſſionis per D. Regem exceptis, prout Maieſtatis diuinæ, & humanæ, falſæ monetæ, & aliis, *de quibus per Bellug. in Spec. Princ. rub. 11. §. ex quo prædiximus, vbi in addit. D. Camill. Borel. cumulat centum & triginta limitationes, & ſequitur Azeued. ad l. 1. tit. 16. lib. 8. noua re-*
2 *collect.* Idem eſſet in cauſis latronum publicorum, *ſecundum Bartolum, in l. ſi dominium, ff. de furt. vbi in addit.* dicit, quod
3 captus, ſeu repertus, cum re furtiua in alio loco, quam in eo, in quo furatus eſt, poteſt ratione nouæ contrectationis in alio loco puniri, quam opinionem ſæpius practicari vidiſſe teſtatur *Angel. in l. ſi abducta, vbi etiam Floria. C. de furt.* & quod eam ſeruant aſſeſſores tanquam vtilem reipublicæ, *quem refert Marti. Laud. in conſ. 61. num. 5. inter conſ. criminn. diuerſor. lib. 1. Paul. de Caſt. in l. ſiue manifeſtum, §. 1. nu. 13. ff. de condic. furt.* vbi ait, quod opinio Bart. ſeruatur per totum mundum, & aſſeſſores, & iudices habent eam pro euangelio, *quem refert Marſil. in l. fin. poſt nu. 212. ff. de iuriſdi. omn. iudi. & de communi teſtatur Boer. in deciſ. 13. num. 47.* quem ita atteſtantem non reperiſſe dicit *Clar. in §. fin. q. 38. ſub nu. 15.* forte quod eius liber erat corruptus, *idem Afflict. in §. iniuria 3. notab. num. 3. de pac. iur. firman. Capic. deciſ. 104.* qui refert ita bis iudicatum fuiſſe in Sacro Conſilio, & pluribus exornant authoritatibus *Maſul. & Proſp. Petr. in addit. Vincen. de Franc. in deciſ. 142. & deciſ. 342. Carol. Tapp. in conſtitu. Regn. libr. 3. tit. vbi de crimi. agi. opor. prag. 1. num. 17.* ſubdens ita pluries per eum fuiſſe iudicatum, *Scipio Rouit. in commen. prag. Regn. Neap. in tit. vbi de delic. prag. 5. nu. 1.* & eſt pragmatica expreſſe emanata contra dirobatores ſtratarum, *de qua vt aduertit D. Vinc. de Franc. in deciſ. 722. nu. 15.* conqueri non poterant Barones illius Regni, quod ab eis eximatur iuriſdictio eorum vaſallorum, quando ab aliis capiuntur, quia & ſi ipſi alios capiant, pragmatica prædicta vtantur, *Vinc. de Ann. in ſing. 438. Capibla. de autho. Baro. prag. 8. n. 232. Ludou. à Piguer. deciſ. 28. per totam,* vbi refert ita fuiſſe iudicatum in Regio criminali Conſilio Cathaloniæ, & addit neceſſarium eſſe
4 in hoc crimine delinquentem puniri in illa iuriſdictione, in qua capitur, cũ re furto ablata ratione reſtitutionis faciendæ parti læſæ de rebus furto ſubtractis, & hæc opinio ſeruatur in Re-
5 gno, quando latrones ſunt publici, & famoſi, ſecundum quam pluries iudi-
6 cauimus, licet vt verum fatear, contraria ſit de iure verior, *vt poſt infinitos teſtatur Clar. in d. quæſt. 38. num. 15. & Boſſ. in tit. de fur. num. 18.* qui dicunt ita ſeruari in illo Ducatu, *& quod opinio Barto. eſt communiter reprobata, ſecundum Angel. in dicta l. ſi dominium, n. 1. Couarru. libr. ſecundo variarum reſolut. capit. 20. num. 15. verſ. 28. in fin. & pract. quæſt. cap. 11. nu. 9.* & ideo in cauſa Ill. Marchionis Sortini, qui petebat remiſſionem Antonini Boſcarini capti in territorio Syracuſarum, ibiq; carce-

Digitized by Google

rati de mãdato Sp. Capitanel, licet in principio fuerit denegata ex rationibus præallegatis, quinimò fuiſſent expeditę literæ eidem Capitaneo, vt procederet iuxta formam literarum poteſtatis ſibi conceſſæ, attamen viſis informationibus, me referente Excellentiſſimo Prorege fuit conceſſa remiſſio, quia non conſtabat, quod erat
7 publicus latro, cum furta de quibus inquirebatur, fuiſſent tantummodo duo, licet in campis, & cum violentia, *iuxta text. in l. capitalium, §. graſſatores, ff. de pœn. ibi (ſi ſæpius atq; in itineribus hoc admi-*
8 *ſerint,)* & oportebat, quod ſæpius, atq; in itineribus viatoribus prædæ cauſa inſidiatus fuiſſet, & non ſemel, vel bis, *vt dixit gloſſ. in d. l. capitalium. §. famoſos, in verb. graſſati ſunt, in ſecunda expoſitione, & gl. in Auth. ſed nouo iure. in verb. caſtigabitur, C. de ſeru. fugit. Angel. in conſil. 403. in princ. Fulgoſ. in conſ. 157. num. 3. Thom. ad ot. conſ. 197. n. 4 & per totum. Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 28. num. 2. vol. 2. Boer. declarando text. in d. § graſſatores in deciſ. 131. num. 16. 17. & 18. & optimè Eruditiſſimus Ludouic. à Peguer. in deciſ. 40. & ipſe dixi in Comment. ad indul. gen. cap. 33. nu. 7.* ſecus eſſet, quo ad obtinendum immunitatem eccleſiaſti-
9 cam *ſecundum Peguer. d. deciſ. 40. in addit. & ſequitur Alexan. Ambroſ. in tract. de immu.*
10 *eccleſ. cap. 3. num. 5. & 6.* quo in caſu procedere poterat opinio *Ang. in d. §. famoſos, qui & alios refert, & ſequitur Muſca-*
11 *tell. in tit. de fur. & rapi. num. 18.* Nec Pragmatica Regia imponẽs pœnam mortis naturalis contra tales latrones in publica via pro minimo furto obeſſe videbatur in caſu iſto: etenim eius diſpoſitio procederet, quoad imponendam pœnam, quod quidem ſatis diuerſum erat à caſu propoſito, vbi quæſtio erat, an comprehenderetur ſub priuilegio meri, & mixti imperij, *vt in ſimili poſt infinitos dixit Ioan. Fab. de Luc. in allegat. ſuis inſertis in tract. de Indult. D. Aloyſ. Catal. poſt cap. 26. num. 44. fol. (mihi) 219. & Ambroſin. in loco ſupra relato,* & cum literæ prædictæ remiſſionis fuiſſent per officiales d. Ciuitatis conſultatæ, fuit iterum per M. C. reſponſum, quod exequantur.

Præterea deneganda eſſet remiſſio Baronibus, quando vaſallus fuiſſet cō-
12 demnatus per ſententiam foriudicationis, vel aliter in cauſa criminali, *vt poſt Salicet. in l. 1. C. vbi de crim. agi oport. & Bal. in l. executorem, num. 23. C. de execut. rei iud. dixit Vinc. de Ann. in ſing. 56.* ſubdens ita in collaterali Conſilio fuiſſe determinatum, quicquid in cauſa ciuili di-
13 xerit *in ſing. 55. ex Rebuff. in tract. de lit. obl. art. 1. gl. 9. num. 21. eandem opinionem tenuit Grammat. in deciſ. 26. n. 5. & allegat Bald. in loco præalleg. & Salic. in l. ſi cui, §. fi. ff. de accuſat. idemq; firmauit Capibla. de auth. Baro. prag. 8. num. 230 Georg. Cabed. deciſ. 210.* vbi refert ita iudicatum. *Auiles. in cap. Prætor. c. 7. fol. 226.* qui alios refert, & licet con-
14 trarium teneat *D Carol. Tap. in lo. præalleg. nu. 49.* vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum in cauſa Principis Biſiniani, qui petierat remiſſionem poſt ſententiam, nihilominus arbitror in cauſa illa forte
15 proceſſiſſe ex ampliſſimis priuilegiis illius Principis, *nam Anna per eum relatus in d. ſing. 56.* firmat contrarium, vt ſupra dictum eſt, & ita fuit concluſum in M. C. in cauſa Ioſeph. Iogurgloia nautæ, qui fuerat pro crimine nefandi condemnatus

demnatus ad mortem, prout fuit executum, non obſtante remiſſione petita per fiſcum Magni Admiratus poſt condemnationem, de anno 1609.

Rurſus deneganda erit remiſſio Ba-
16 tonibus, quando per vaſallos offenderentur Officiales, & Alguziuij Regii in exercitio officii, *ad text. in l. nullum, C. de*
17 *teſtib.* per quem text. derogatur omni priuilegio ſpeciali, *vt expreſſe ibi apparet, & plenè poſuit Couar. pract. quæſt. c. 18. Aloyſ. de Leo in l. 1. num. 91. C. de teſt.* & licet lo-
18 quatur de teſte falſum deponente, tamen ſemper fuit intellectus, quomodocunq; iudex offendatur, *ſecundum D. Vincent. de Franch. in deciſ. 722.* vbi ſubdit, quod maior ratio erit in iſto caſu, quia in illo text. verbis tantum fuit offenſio, & in caſu propoſito erat facto, & teſtatur ita pluries fuiſſe iudicatum tàm per Magnam Curiam Vicariæ, quàm per Sacrum Conſilium, & fuit per nos pariter determinatum in M. C. pro Regio fiſco contra Illuſtr. Comitem Moac, cui fuit denegata remiſſio nonnullorum vaſallorum ob offenſionem, & reſiſtentiam factam cuidam porterio eiuſdem M. C. qui acceſſerat ad Terram Caccabi pro exequendis literis citatorialibus eiuſdem Tribunalis; in tantum, quod poſt paucos dies mortuus fuerat; ideoq; dictum fuit, quod cauſa remaneret in M. C. de anno
19 1606. & quamuis in cauſa relata per Franc. fuerat contrarium iudicatum, pro qua conſuluit *Fab. de Anna in conſil. 107.* cæterum ipſe aliter ſentiit, prout nonnulli ex aliis dominis Regiis Conſiliariis tenuerunt, vt ex eius lectura oſtenditur, & nobis retulit Doctiſſimus Arcualus Sedenno, qui in Regno illo erat vnus ex Regiis Conſiliariis, licet in cauſa non interuenerit, & poſtmodum electus in hoc Regno Excellentiſſ. & Proregis Conſultor, & fuit præſens in deciſione, dum cauſam prædictam votauimus. Et alliàs idem iudicauimus in Conſiſtorio de anno 1601. condemnando quēdam actuarium ad priuationem officii ob falſitatem per eum commiſſam in receptione teſtiū, qui producebantur in cauſa pendente in eodem Tribunali: quamuis eius cognitio ſit tantum circa appellationes, & reuiſiones cauſarum ciuilium ab omnibus Regni Tribunalibus.

Item deneganda erit remiſſio vaſallorum Baronibus, quando per M. C.
20 fuerit aſſignatus terminus, vt eorum cauſas expedirent ſub pœna auocationis cauſarum, & fuiſſet elapſus, prout fieri conſueuit in generali viſitatione carceratorū, quæ detineri ſolet per tres vices quolibet anno in præſentia Illuſt. ac Excell. D. Proregis, cum toto Conſilio M. C. *ad not. per Vinc. de Anna. in ſing. 269. vbi Fabius in additio. dicit*, quod hæc
21 pcepta Baronibus regulariter fieri poſſunt, *& allegat Aret. in c. cæterū, n. 7 in 3. notab. de iudi. Frec. de Subfeud. lib. 2. auth. 11. per tex. in §. ſi vero forſan. in Auth. de quæſt. Vin.*
22 *dec. 208. vbi n. 5.* ampliat non obſtante, q. Barones haberent priuilegium cum clauſula, quòd mediante mādato non poſſit comminari, & cauſas à ſuis officialibus auocari, quia non obſtāte tali priuilegio, poterit Princeps ob iuſtitiā retardatam, & denegatam ſuis vaſallis huiuſmodi comminationes facere, & cauſas ad ſe auocare, *vt latè plauit, Gram.*

ver,

vot.28. & refert in Regno illo ſuper hoc extare Regiam Pragmaticam Carol. V. emanatam de anno 1563. incip. Mandamus etiam, vt Barones in tit. de Baron. & eor. offic. Azeued. addit. l.1. tit.16. lib.8. noua recol. num. 48. & optime D. Carol. Tap. in conſtit. Statuimus, num.36. & in loco prealleg. num.50. Quini-
23 mo poterit Magna Curia in remiſſionibus, quæ fiunt, Baronibus mandare, quod certiorent de exitu cauſæ ſtatim pro lata ſententia, vt non ſemel ſeruauimus, & maxime ſi Baro malitioſe, aut negligenter retardaret expeditionem cauſæ ipſius vaſalli *ad tradita per And. in capit. imperialem, §. preterea. ſi inter duos. colum. 6. verſ. hic eſt vnus de caſibus. de prohib. feud. alien. per Feder. quem allegat Anna in d. ſing. 269. vbi Fab. in addit.* cumulat alios in materia iſtarum comminationum.

Itē deneganda erit remiſſio, quando tractaretur de exceſſibus officiali-
24 um, quorum cognitio ſpectat ad ſolam M.C. in hoc Regno ex antiquiſſima conſuetudine, quæ ortum habuit *ex*
25 *tex. in conſtitu. Statuimus de offic. Magiſt. Iuſtit. in verb. & de quæſtionibus noſtrorum Cardinalium, Curialium*, & licet ſecundum verum intellectum loquatur de illis, qui ſtipendiis acceptis Curiæ inſeruiunt, *vt dixit Afflict. in d. conſtit. Statuimus, num.13. & Carauit. Rit. 232. num.1.* & pariter de Officialibus Regiarum Audientiarum Aduocatis, Procuratoribus, Actuariis, & Scribis M.C. *ſecundum D. Carol. Tap. ibi, num.13.* qui refert ita in praxi receptum eſſe, tamen in Regno fuit ampliata, vt comprehendat omnes officiales, qui Regi inſeruiunt; & clarius id exponitur *per Conſtit. Magiſter Iuſtitiarius, vbi latiſſime idem Tap.* qui illam conſtitutionem ad omnes officiales exten-
26 dit, etſi in Regno Neapolitano diſpoſitum hoc reperiatur etiam per Ritū, *ad tradita per Vinc. de Franc. deciſ. 407. in pr. & D. Tap. lib.3. iuris Regni, ſub ti. vbi de crim. agi oport. num.41. & 44.* & ita pluries iudicauimus, & præcipue hoc anno, dum fuiſſet inquiſitus de tonſione monetæ quidam Algozinius Regius per Curiam Capitanialem huius Vrbis Panormi; fuerunt ad nos tranſmiſſæ informationes, vna cum inquiſito, qui poſtea fuit tortus. Idem eſt in officiali-
27 bus Baronum, qui Regi ſeruire dicuntur mediate, vt pariter hoc eodem anno fuit determinatum pro quodam fiſcali, & ſeruari in Regno Neapolitano tradit idem *Franch. in loco ſupra relato. Capibla. de autho. Baron. prag.5. nu.38. D. Tap. in d. tit. vbi de crim. agi. limit. 18. num. 41. & in d. Conſti. Magiſter Iuſtitiarius, n.4.*

Item deneganda erit remiſſio Baronibus etiam, quod vigore ſuorum priuilegiorum habeant ampliſſimam iuriſdictionem, merum, & mixtum imperium, & cognoſcant de omnibus, & quibuſcunque cauſis aliis abla-
28 tis: ſi cauſæ eſſent viduarum, pupillorum aut alterius miſerabilis perſonæ, quæ velint variare forum Baronis, & eligere ſibi forum Principis, & ſuperioris Tribunalis, *iuxta terminos d. Conſtit. Statuimus, & tradit D. Tap. in loco præalleg. num.48.* niſi variauerit vaſallus ite-
29 rum ad Curiam Baronis, *vt dixit Afflict. in d. Conſtit. Statuimus, nu.34. & 35. & Vincent. de Franch. deciſ.100. n.20.* non conſti-
30 to de aliis, vti iudicauimus ſecundum prædictos, *quem ſequitur D. Carol. Tap. in d.*

Conſti.

Digitized by Google

Conſtit. Amplia. 7. vel in priuilegio non adeſſet clauſula non obſtante, *l. vnica, C. quan. Imper. inter vid. & pupill.* quæ clau-
31 ſula ſpecialis requirebatur, nam alias ſub generalibus verbis non comprehenderetur, iuxta tradita *per Grammat. deciſ. 20. Arno. empt. 6. Afflict. in Conſtit Regni Præſenti, & deciſ. 257. idem Affl. & And. in Conſtit. Regni Statuimus, vbi etiam D. Tap. num. 30 Foller. in pract. crim. verb. audiantur excuſatores, Couar. pract. quæſt. cap. 6. & 7. Vincent. de Franch. deciſ. 189. & 192.*

Item deneganda eſſet, quando ſuſpicaretur, quod Baro ad quem remittitur non puniret ipſum, vt quia forte
32 eſſet eius domeſticus, vel aliter vrgeat
33 aliqua cauſæ ſuſpicio, *ſecundum Azeued. ad l. 1. tit. 16. lib. 8. nouæ recompil. nu. 45.* & ita fuit determinatum in M. C. de menſe Auguſt. 1609. pro quibuſdam vaſallis Ill. Marchionis Inſpice furni, qui non obſtante remiſſione petita fuerunt torti per M. C. *& ſequitur D. Carol. Tap. in loco præallegat. num. 32. & melius in Conſtit. Statuimus, num. 34.* vbi etiam dicit, quod
34 tali caſu poſſet Baro nominare iudicem in Ciuitate, quod mihi tutum nō videtur data ſuſpitione Baronis, licet admitterem, quando terra Baronis longe diſtaret, & non adeſſet timor ſuſpitionis.

SVMMARIVM.

1 Fructus in retractu competunt à die litis conteſtatæ. & nu. 11. intellige, nu. 12. amplia etiamſi non fuerint petiti, num. 2.

3 Poſſeſſor malæ fidei dicitur à die depoſiti.

4 Retrahens tenetur depoſitare pretium rei venditæ, intellige, nu. 27. contra nu. 29. & 30 amplia nu 31. & in non liquidis ſufficit præſtare fideiuſſionem, n. 5.

6 Retrahens non tenetur depoſitare capitale annui redditus attollati, & n. 26.

7 Recuſans reſtituere bona, dicitur in mora, & tenetur ad fructus.

8 Obligatio facta verbo an ſufficiat in retractu.

9 Exceptio rei iudicatæ in articulo, quando videatur obſtare in cauſa principali, limita ſi eſſent reſeruata iura, num 10. & num. 36.

13 Emptor facto depoſito dicitur in culpa circa retractum.

14 Retrahens dicitur in mora, ſi depoſitum integrum non fecerit.

15 Fideiuſſio de non liquidis nil releuat, vbi retrahens eſt certioratus de pretio.

Item procedit quoad ſummas illiquidas, numer. 32.

16 Depoſitum non integrum nihil operatur.

17 Depoſitum illegitimum perit deponenti, ſi depoſitarius decoxerit.

18 Depoſitum factum à retrahente, ſi ſequeſtretur per eius creditores nil releuat.

19 Fructus ſequuntur dominium.

20 Fructus in venditione conditionali quando veniant, & num. 23 & 24.

21 Fructus debentur domino ante translationem dominij.

22 Conditio, purificata conditione non retrahitur quoad dominium.

25 Agnati non admittuntur ad retractum, niſi integre depoſitato pretio.

28 Retrahens tenetur depoſitare pretium vere ſolutum.

33 Exceptio peremptoria non impedit proceſſum, & quando ibidem.

34 Exceptio reiecta ad impediendum ingreſſum litis, admittitur ad effectum perimendi in deciſione cauſæ, & n. 35.

ARGVMENTVM.

Fructus in retractu quando competant, ſi depoſitum per retrahentem non fuerit integrum, & quid ſi per iudicem fuerit admiſſus, reintegrato prius depoſito.

DECISIO CXLVIII.

PEtitio Ioannis Matthæi Bonauia circa reſtitutionem fructuum percepto-

Digitized by Google

rum per fratrem Ioannem Saluum de
Balſamo, & conſortes ex bonis Ioan-
nis Matthæi Bonauia ſenioris, in qui-
bus fuerant condemnati ad relaxan-
1 dum iure retractus ſanguinis, videba-
tur ſatis iuridica ſaltem à die litis con-
teſtatæ, *ad tex. in l. ædiles. §. item ſciendum,*
ff. de ædil. edict. Bald. in l. edita, nu. 27. in 1. lect.
C. de eden. Tiraq. du retraict. Ligna §. 15. gl. 1.
n. 2. Marta. dec. 96. n. 11. & 12. vbi ampliat
2 etiamſi per actorem non fuiſſent peti-
ti, *l. ſi nauis, ff. de rei vend. Bonadel. de iu. pro-*
thomiſ. §. imprimis, num. 96 Mut. ſuper Con-
ſuet. Panor. 26 nu. 71. cum ſeq. Surd. conſ. 293.
& Cabed. dec. 68. maxime ſtante depoſi-
to, à quo die poſſeſſores effecti fuerant
3 malæ fidei poſſeſſores *ad tex. in l. certum,*
& l. moræ. C. de rei vendic. l. fructus, & l. ex di-
uerſo, ff. de eo. tit. c. illud, de praeſcr. Bar. in l. li-
gator, C. de fruct. & lit. expen. Doc. in l. apud
Iulianum, §. fructus, ff. de leg. 1 Pereg. de fideic.
art. 49. n. 137. Roder. de annu. reddit. li. 2. q. 15.
nu. 71. cum ſim. Nec obſtabat, quod depo-
ſitum non erat integrum, quia nõ fue-
rat depoſitatum capitale reddituum
accollatorum, & aliarum pecuniarum
4 ſolutarum creditorib. nam ſatis ſuffi-
cere videbatur depoſitum pretii ipſius
5 adiudicationis. vna cum expenſis, &
fideiuſſione præſtita de non liquidis,
ſecundum diſpoſitionem. text. Conſuetudinis
Meſſan 31. & tradũt. Tiraq. du retraict Ligna.
§. 12. gl. 1. n. 6 Mut. in d. Conſuetud 26. n. 196.
Boer. dec. 112 ſub n. 2. in fin. & in conſuetud. 19.
n. 7. qui ad hoc allegat *text. in l. ſtatuliber*
ratione, ff. de ſtat lib. & dicit eſſe valde ſin-
6 gularem, nec aliter tenebatur depoſi-
tare capitale, ſeu pretium redditus ac-
collati, ſed tantum cenſum annuũ ſol-
uere, *vt dixit Peregrin. de fideicom. art. 50.*
7 *numer. 50.* eoque magis, quia conuenti
ſemper recuſauerant reſtitutionem
prædiorum, etiam impediendo exe-
cutionem literarum de tradenda poſ-
ſeſſione *ad tex. in l. qui ſolidum, vbi Doct. ff.*
de legat. 2. & l. fideicommiſſi, ff. de vſur. Guid.
Pap. deciſ. 496. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 205. in
princip. quo caſu tenebatur tantum of-
8 ferre verbo, *ſecundum Boer. Gail. & alios*
relatos Doctor. Accedebat prædictis ex-
ceptio rei iudicatæ, quæ obſtare vi-
debatur petitioni horum fructuum,
dum prætenderent actorem audiri nõ
debere, allegando, quod per ſententias
in petitione retractus non fuerant ali-
as condemnati ad fructus; Item, quod
depoſitum non erat integrum, & pro-
inde, quod fructus non competebant,
fuerat tandem per M.C. determinatũ,
quod audiatur ſimpliciter, quæ inter-
9 locutoria tranſierat in rem iudica-
tam, in tantum, quod pronunciatio
facta ſuper cauſa principali *ad tex. in l. 1.*
& 2 C. de ordina. iudic. l. ſi inter me, & te. ff de
except. rei iud. vbi Dd. D. Marchio, Ioan. Frãc.
de Pont. in conſ. 49 n. 3. & 4. cõſ. 90. n. 9. cum
ſequ. licet ſecus eſſet ſi fuiſſent reſerua-
10 ta iura in deciſione cauſæ, put iudicari
conſueuit in huiuſmodi articulis, *vt tra-*
dit Mil. dec. 3. n. 19 p. 1 & Sur. cõſ. 223. n. 16.

Dicebatur ex aduerſo, quod etſi re-
gulariter in retractu veniant fructus à
11 die moræ, & ſecundum alios à die litis
conteſtatæ, *vt dixerunt vltra cumulatos, ex*
aduerſo Albert. in 1. par. ſtatu. quæſt. 97. Guid.
Pap. dec. 257. Boer. du retraict. in §. 4. Couar.
late variar. reſolut. cap. 15. num. 8. Tiraq. de re-
tractu conuen. §. 2 glo. 2. Ioan. Igne. in l. ãduũ,
n. 49. C. de contrahen. empt. & tradunt Docto.
in l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. verum
proce-

Digitized by Google

12 procedit dicta concluſio, præcedente prius legitimo depoſito, & obligatione, tunc enim intelligitur emptor, ſeu
13 poſſeſſor in mora, alias non poterat in eo conſiderari culpa, nec mora, *vt poſt alios voluerunt Tiraq. in d. tract. de retrac. cõuen. §.5. gloſ.2. nu 4. quem ſequitur Cornaza, dec.19. num.12.* & iſto caſu ſi agnatus certioratus de pretio, non conſignet o-
14 mnia, potius dicitur in mora ipſe trahens, quam emptor, *vbi ait Ferron. in Conſuetud Burgund. §.1. ſub titul. du retraict.* quo in caſu non ſufficiebat oblatio per
15 fideiuſſionem, ſed neceſſarium erat depoſitum, *vt latè Tiraquel. §.7. gloſ.3. du retraict. lignag. Menoch. conſ.756. libr.8. Azeued. ſuper 5. recompil. titul.6. num.3. & 9. n.8.* & in facto apparebat, quod conuenti nedum non recuſauerant reſtitutionem bonorum, ſed quod multas fecerant cedulas iniunctorias actori, vt vellet depoſitare integrum pretium; vt proinde ſemper fuerat determinatũ,
16 & dum depoſitum non eſt integrum, nullum operatur effectũ, nec eius dominium in emptorem transfertur, ſed remanet periculo ipſius deponentis, in tantum, quod ſi decoxerit depoſita-
17 rius, perit deponenti, ſicut interim perit res emptori, *Dd. in l. acceptam, C. de vſur. & Cagnol. poſt alios, in d. l. 2. nu.111. C. de pact. int. empt. & vendit.* & fuit alias iudicatũ pro Baronem Montifortii. Hinc eſt, quod ſi facto depoſito non integro,
18 pecunia depoſitata ſequeſtretur per eius creditores, quod interim illud depoſitum non producit effectum & tẽpus retractus labitur, *vt poſt Dec. in conſil. 543. dixit idem Cagnol. vbi ſupra, num.114.* ideoq; cum tale depoſitum non operetur vim ſolutionis, nec tranſlationem dominii, imo dominiũ remaneat penes emptorem, eius interim eſſe debe-
19 bant fructus, cum ſequantur dominũ. *Rogg. in cõſ.18. n.11. lib.1. Maluaſ. conſ.66. n.15.* & quod depoſitum non fuerat integrũ oſtendebatur, quia ſolummodo factum fuerat de pretio vna cum expenſis, cum fieri debuiſſet de vnciis mille quinquaginta octo, prout per plures ſententias fuerat inde determinatum, vt dictum eſt, tam pro capitali redditu um, quam pro aliis pecuniis ſolutis creditoribus, quibus tãdem depoſitatis, fuerat in cõtinenti reſtituta poſſeſſio, & tanto magis, quod in petitione retractus conuenti, ſemper excipiebant de illegitimitate depoſiti, ex quo non erat integrum, & fuerant exhibita inſtrumenta pro dictis creditis, & partitis. Item faciebat, quia facto depoſito prædicto, & præſentatis oppoſit' omnibus, fuerat deciſum, quod procederet adiudicatio ſolutis prius pecuniis legitime ſolutis per ipſos de Balſamo, & ſic cõditionaliter fuerat admiſſa petitio retractus, & propterea fructus acquirebantur ipſi de Balſamo, etiamſi
20 poſtea extiteret conditio, vt in venditione conditionali *dixit Alexand. conſil.73. numer.7. lib.3. Pancirol. conſil. 33. numer. 4.* & ratio eſt: quia dum dominiũ
21 non eſt tranſlatum, fructus debentur domino, *Socin. conſ.170. n.5 lib.2. Pancirol.*
22 *conſ.330. numer.8. & 11.* vbi ait, quod conditio, licet inde purificetur, non retrotrahitur quo ad dominium, *ſecundum Rim. iun. conſ.162. num. 22. lib.2.* & maxime, quia conditio prædicta in ſententia appoſita fuerat in fauorem ipſo-

rum de Balſamo, & conſequenter ad
23 ipſos ſpectare videbantur fructus percepti medio tempore, vt in indiuiduo dixerunt *Tob. Non conſ. 26. nu. 18. & Ioſeph. Ludou. deciſ. Lucen. 7. poſt multos ibi relatos,*
24 & licet ſecundum aliquos emptor ſub cõditione interim faciat fructus ſuos, cæterum id ſibi locum vendicat, ſi facta fuerit illi traditio, & pretium ſit liquidatum, *vt tradit Tiraq. de retract. conuent. ad fin. num. 43. Surd. conſ. 52. num. 75. & conſ. 372. num. 19. lib. 3. Ludo. d. deciſ. 7.* Item concurrebat in caſu iſto maxima æquitas, dum enim conuenti pretium conſequuti non fuerant, nec illud diminu-
25 te accipere cogebantur, cum non niſi integro depoſitato pretio agnati admittantur, vtiq; nec debebant carere fructibus, nam alias aduerſarius lucraretur detinendo pretium vſq; ad totalem ſolutionem, & fructus acquireret. Nec obeſſe videbatur, quod retrahens non teneatur ad debita accollata, & pecunias creditoribus ſolutas exbur-
26 ſare, nam dictum fuit in hoc obſtare tot ſententias latas in liquidationibus factis, per quas ſemper actor fuerat cõ-
27 demnatus: & quamuis vera ſit propoſitio illa, quod retrahens non teneatur depoſitare niſi pretium ſolutum per primum emptorem, *attamen text. d. conſuetud. & Docto. ex aduerſo allegati,* procedere non poterant in caſu iſto, vbi facta adiudicatione iudiciali Donnæ Dianæ, comparuerat ſecundus creditor iure offerendi, qui obtulerat non
29 ſolum ſummam, pro qua facta fuerat adiudicatio, verum & alias ſummas, & aduerſus iſtum ſecundum creditorem
28 offerentem petebatur retractus, qui iuſte poterat dicere depoſitum eſſe debere de toto eo, quod ipſe vere ſoluerat, ne remaneat in damno, & cum onere reuendendi, *vt per Tiraquel. du retraict. lignag. §. primo, gloſ. 18. nu. 8. & 9.* cum ita factum non fuerit, non mirum ſi in ſententiis addita fuerat per iudices illa Clauſula, (ſolutis prius aliis pecuniis,) *& ob id poſt Caſtren. dixit Tiraquell. in loco*
29 *præalleg. num. 13.* quod nedum offerri debeat pretium rei venditæ, ſed etiam pretium partis donatæ, & ſi non deponatur, quod debeat ferri ſententia ſub conditione, ſi ſoluat, prout factum fuerat in caſu iſto; quapropter interim non poterat retrahens prætendere fuiſſe ſimpliciter admiſſus, & in for-
30 tioribus terminis, quod depoſitum fieri debuerat de pecuniis neceſſario ſolutis ab emptore, *voluit Ferron. de retract.*
31 *§. 15.* maxime quando emptor fuiſſet compulſus à iudice ad ſoluendum *Tiraquel. in d. gloſ. 18. nu. 54. & 57. & poſt alios Azeued. ſuper tertio lib. recompil. tit. 11. lib. 7. num. 32.* nec aliquid ſibi imputandum erat, cum pro conſeruatione ſuæ hypothecæ ſoluerit.

32 Minus obſtabat fideiuſſio de non liquidis, præſtita per actorem: nam illa ſuum operari poterat effectum, quoad ſummas prorſus illiquidas, vt recte fuerat determinatum. Et pariter minus faciebat, quod fructus prædicti fuiſſent in condemnatione, etiam non petiti, *ad tradita per Marilia. & alios, ex aduerſo relatos,* etenim, prædicta ceſſabant in iudiciis particularibus, vbi nõ veniunt fructus ex ſententia, ſi nihil de eis dicatur, *ad text. in l. 1. vbi om. Dd. ff. de re iudic. l. terminato, C. de fructib. & lit. expẽſ. Boer. deciſ.*

Digitized by Google

deciſ.18.num.1.Rota Roman.deciſ.807.num.3. verſic. quo vero ad fructus, lib.1. Gabriel. latè conſil.35.num.7.& 19.lib.2. Surd.conſil.293. num.16.

33 Præterea, dictum fuit, quod exceptio peremptoria non impedit proceſſum, niſi tranſactionis, rei iudicatæ, &
34 præſcriptionis, & ideo ſi exceptio opponatur ad effectum impediendi litis conteſtationem, ſi reiiciatur, poteſt admitti ad effectum perimendi in cauſa principali, *Bald.in l.peremptorias, C.ſent. reſcind. non poſ.* nec aliter impedit,
35 quin exceptio, quæ opponitur ad proceſſum, poſſit pariter opponi ad merita, *Bart.in l.eleganter, §.ſi quis poſt, ff.de condict. indeb. num.8.* vbi quærit, quid ſi opponatur vna exceptio ad impediendum litis ingreſſum, & ſuper ea fuerunt examinati teſtes, & ſuccubui, an poſt litem conteſtatam potero opponere ad iuſtitiam cauſæ, *allegat text.in c. veniens.ill.2. de teſtibus*, & non determinat, *ſed in Extrau. Ad reprimendum, in verbo, ſummariè, n.85.* decidit affirmatiuè, quod poſſit opponi in vim peremptoriæ; ad merita cauſæ, *& refert Innocent. Bald. & alios, idem dixit Boer.in ſingula.incipien.Ex-*
36 *ceptio. Anchara.in conſ.372.num.3.* ſubdens, quod ſi iudex non reſeruat, videtur ius commune reſeruare, quia iudex potuit procedere ad vlteriora, *Fulgoſ.conſil.163. col.final. verſic. nam & poſt litis conteſtationem, Archidiac. in c.1.de lit.conteſt.in 6. Ang. Aret.conſil.20.num.20.& 21. Federic. de Sen. conſil.222.& nouiſſimè D.Cardin.Tuſc.Concluſ.383.& 394.in verbo Exceptio.tom.2.* Et ſecundum prædicta iudicauit Magna Curia, & per tres doctiſſimos viros, qui tunc reſidebant in illo Tribunali, licet in Conſiſtorio commiſſa cauſa Sp.Hieronymo Veglie, ſoli fuerint conuenti cōdemnati ad reſtitutionem fructuum à die litis conteſtatæ, exceptis fructibus melioramentorum, & e conuerſo actor fuerat condemnatus ad intereſſe pecuniarum, per eum debitarum ad rationem de decem pro centenario, exceptis pecuniis ſolutis pro melioramentis, quæ ſententia in iudicio reclamationis, vbi ego interueni, fuit per maiorem partem votorum approbata, ſed quid ipſe ſenſerim, ex prædictis facile cognoſci poterit.

SVMMARIVM.

1 *Laudemium an debeatur ex emphyteuſi in dote data, & refertur communis diſtinctio.*

2 *Dominium emphyteuſis æſtimatæ tranſit in maritum.*

3 *Maritus tenetur ad laudemium pro emphyteuſi æſtimata ſibi in dotem tradita, limita, vt num 5.*

4 *Æſtimatio facit emptionem, & venditionem, & num.15.*

6 *Maritus matrimonio ſecuto tenetur ad laudemium.*

7 *Emphyteuſis æſtimata ſi poſt dotationem reſtituatur vxori per maritum, debetur iteratum laudemium.*

8 *Laudemium non debetur ex donatione emphyteuſis facta per patrem eius filia.*

9 *Æſtimatio quando in dotatione facta cenſeatur.*

10 *Maritus, & vxor non poterant innouare dotationem ad præiudicium emphyteutæ, intellige, vt num.11.*

12 *Dotatio emphyteuſis æſtimata facta per patrem, non dicitur neceſſaria.*

13 *Verba promiſſionis reſtitutionis dotium, quando operentur æſtimationem.*

14 *Dotatio facta cum poteſtate alienandi, dicitur æſtimata.*

Digitized by Google

16 *Confeſſio facta in ſupplicationibus præiudicat offerenti.*
17 *Teſtes recepti in alio iudicio, non probant.*
18 *Teſtes non dato termino ad reprobandum parti, non probant parti. amplia, vt num. 19. & 20.*

ARGVMENTVM.

Laudemium quando debeatur pro emphyteuſi in dotem conſtituta per patrem.

DECISIO CXLIX.

IN cauſa Marfiſæ, Perpiniano, & Sylua, cum Ioanne de Sancto Stephano, dubitatum fuit, an ex dotatione
1 emphyteuſis facta per patrem, laudemium debeatur, & communis eſt Dd. diſtinctio, quod aut emphyteuſis dotatur æſtimata, ea æſtimatione, quæ faciat emptionem, & venditionem, & debetur; ſi verò dotaretur inæſtimata, vel æſtimata, ſed non ea æſtimatione, quæ faciat emptionem, & venditionem, & tunc non debetur; *ita tradit Specul. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua, verſic. 110. Aufrer. ad Capell. Tholoſ decis. 278. verſic. non autem, Guid Pap. quæſt. 48. nu. 2. communem dicit Amad à Pont. q. laudem. 29. Tiraquell. du retraict. lignag § 1. gloſ. 14. num. 108. Tepat. de Laudem. tom. 2. fol. (mihi) 98. Velaſ. de iur. emphyt. quæſt. 14 num. 10. de communi etiam teſtatur Aym. Publ. in Conſuetud. Aruer. tit. 16. artic. 16. num. 3. & doctiſſimè more ſuo poſt alios D. Maur. Burg. in tract. de Laudem.*
2 *part. 2. inſpec. 12. nu. 6.* ratio eſt ſecundum eos, quia eo caſu dominium ipſius rei tranſit in maritum ipſum, ita vt libere valeat illum alienare conſtante matrimonio, vel eam ſibi retinere eo ſoluto, æſtimatione reddita, ac proinde cum
3 ſit noua perſona ſub primæua inueſtitura non comprehenſa, ad laudemium tenebatur, *l. quoties, C. de iur. dot. Tiraq. d. gloſ. 14 num. 21 & 108.* vbi aſſeuerat talem
4 æſtimationem, *Becc. conſ. 42. num. 4. poſt Beer. Anchar. & alios, dixit Magon. deciſ. Lucenſ. 76. num. 12. Honded. conſ. 77. num. 5. volum. 2. Grat. deciſ. March. 12. num. 1. & 2. D. Maur. Burg. in loco præallegat. num. 7.* quod ſecus eſſet, ſi dotetur res inæſtimata,
5 quia in eo caſu dominium non tranſit in maritum, ſed remanet penes mulierem comprehenſam in inueſtitura paterna, *ſecundum Spec. & cæteros Dd. ſupra relatos*, in tantum, quod maritus vti nouus acquiſitor ipſius emphyteuſis, tenetur ad ſolutionem laudemii ſtatim
6 poſt contractum dotalem, & matrimonio legitime ſecuto, cum ab eo tempore cenſeatur facta venditio, *vt in ſpecie tradit Do. Amad. de Pont. in quæſt. 29. verſ. ego autem, & in quæſt. 37. col. 5. circa mediũ,* vbi ait, quod ſi ſoluto matrimonio prædium æſtimatum reſtitueretur, de-
7 betur iteratum laudemium, prout nec ſine iterato conſenſu domini reſtitui poſſet, ſed in caſu, de quo agebatur, dictum fuit, quod dotatio emphyteuſis
8 facta fuerat à patre filiæ, quo caſu laudemium non deberi videbatur, *vt dixit Iaſ. in l. final. n. 49. C. de iur. emphyt.* cum dicatur alienatio neceſſaria: quandoquidem facta fuerat à patre, qui tenebatur dotare, *& eum ſecuti fuere Bentrand. conſil. 380. in 2. dub. vol. 2. Crauett. conſil. 215. nu. 6. lib. 2. Gamm. deciſ. 127. num. 2.* vbi refert ita iudicatum fuiſſe per binas ſententias, *Molin. de contract. diſput. 461. num. 9. & 10. Proſper. Paſcet. conſ. 137. n. 4. Viui. deciſ. 495. num. 9. Cumi. in cap. ſi aliquem, verſic. antiquis, num. 24. de ſucceſſio. feud. Rodoan. de reb. eccleſ.*

Digitized by Google

eccleſ.non alien.quaſt 11.verſ.ita autem,n.12. Item dicebatur, quod æſtimatio prædicta, emptionem, & venditionem non poterat operari, cum in contractu dotali ſponſus promiſiſſet in caſu diſſolutionis matrimonij, reſtituere do-
9 tes, & bona dotata, & ſic non poterat cadere interpretatio, quod pretium reſtituere promiſerit, prout eſſet, ſi ſimpliciter dotes reſtituere promiſiſſet, *ad not.per Ludou.concl.19.verſ. ampliatur ſexto,* & maximè, quia æſtimatio facta fuerat ad effectum ſciendi valorem rei, vt cõſtabat expreſſe per multos teſtes, vbi plus dicebat, quod ſponſus non aliter voluerat contrahere matrimoniũ, niſi prædium dotatum daretur inæſtimatum, & quod ita fuit per contrahentes accordatum, & ob id nunquam facta fuerat æſtimatio, quæ omnia licet con-
10 ſtante matrimonio fieri nõ potuiſſent, *ſecundum Bero. in conſ.1 5.n.41.& ſeq.lib 2. Honded.in conſ.41.nu.26.& 27.vol.1. & conſ. 77 nu.9.& 10 vol.2.Moroſ.reſponſ.44.num 1.*
11 verum in caſu iſto proceſſerant ante contractum matrimonium, & ſic re integra, *ex Rip.in l.quæſitum, §. 1.num.3 ff.de priuileg.credit.& n.9.& 60.* At ex aduerſo dicebatur, quod iſta dotatio nullatenus dici poterat neceſſaria intuitu æ-
12 ſtimationis, licet ſit in conſtitutione dotis, eo quod pater poterat ipſam emphyteuſim dotare inæſtimatã. quo caſu laudemium non debetur, vt ſupra dictum eſt, vnde cum neceſſitas non vrgeat, vt æſtimatam illam dotet: volũtarie id potius fieri videbatur, quam ex neceſſitate, *vt dixit Gabr.conſ.84 nu.15. vol.1. & optimè poſt Aym. Public. in Conſuet. Aruer,tit.16,art.16,tradit D.Burg.in d.inſpe,*

12. nu.15. & ſentit Amad.de Pont. in d.q.29 circa medium, qui reprobant opinionem Laſ. & aliorum præallegat. Dd. Nec verba inſtrumenti dotalis erant formata ſub illis verbis (dotis, & bona,) ſed ſimplici-
13 ter dotes ipſas reſtituere promittẽdo; licet verbum illud (bona) in alio pacto appoſitum reperiatur, *ſecundum Bal.in l. quoties,n.8.C.de iur.dot.cum ſi.* idq; clarius
14 oſtendebatur ex poteſtate alienandi emphyteuſim dotatam, conceſſa per dotantem, *Ludouic.d.concluſ.10.ampliat.10. Tob. Non. conſ.52.num.7.* & pacto expreſ-
15 ſo, quod emphyteuſis dotata æſtimaretur per expertos eligendos per contrahentes, *Socin.ſen.conſil.57.num.7 lib.1. Soci.iun.conſ.141. lib.1.Couar. pract qq.c.28. num.1.Ioſeph.Ludou.d.concluſ.10.num.15 ampliat.* vbi hoc intelligit, etiam quod arbitri electi nunquam arbitrati fuerint, quia fauore dotis receditur à perſona. Poſtremo dicebatur, quod teſtes deponentes ſuper illa conuentione facta per patrem dotãtem cum genero, nullius erat momẽti, quandoquidem ipſe conuentus cõtrarium affirmauerat in ſupplicatione per eum porrecta, dum faſſus fuerat inſtrumentum dotale eſſe verum, & eius virtute acquiſiuiſſe poſ-
16 ſeſſionem rei emphyteuticæ *ad tex.in l. cum precium,C.de liberal.cauſ. Afflict.dec.14. num 6 Oſaſc. deciſ.38.num. 37. & deciſ.138.*
17 *nu.3.Capic.deciſ 71.* Item fuerant recepti in alio iudicio, & cum alia perſona, *tot. tit.C.res int.alio.act.vbi Dd.l.3 §. idem diuus Adrianus,ff.de teſtib. Natt.conſ 29.in pr. Oſaſc. dec.128.n.12.* Item deponebant per eundẽ præmeditatum ſermonem adeo, q̃ nõ modica oriebatur ſuſpitio falſitatis, prout ex eorũ depoſitionibus in cauſa criminali

minali oſtenſum fuerat, & deniq; da-
18 to, quod prædicta ceſſarent, nulla eis erat adhibenda fides non dato termino ad reprobandum aduerſus eorum dicta, *ſecundum Bart. in extrauag. Adreprimendum. verb. de plano, num. 3. Roman. conſil. 519. Socin. iun. conſil. 134. num. 4. lib. 2. Ioan. Baptiſt Ferret. conſil. 95. num. 2. & conſil. 99. nu. 3. & conſ. 219. nu. 3.* vbi ampliat etiam,
19 quod cauſa eſſet commiſſa omiſſis terminis, *Marſil. ſing. 81. Pedem. deciſ. 1. nu. 47.*
20 *cum ſequ.* vbi extendit etiam in teſtibus in alio iudicio receptis, & inter eaſdem perſonas, & ſecundum prædicta iudicaui de menſe Februarij 1609.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus annuus debet conſtitui ſuper bonis ſuis.*

2 *(Suis) pronomen, denotat dominium de præſenti, intellige, ut num. 3.*

4 *Cenſus annuus poteſt conſtitui ſuper rebus fideicommiſſo ſubiectis.*

5 *Bona fideicommiſſo ſubiecta tranſeunt in vocatum ex teſtamento.*

6 *Contractus venditionis annuorum redditum expirat mortuo ſubiugante ſuper bonis vinculatis.*

7 *Alienatio feudi valet in vita alienantis.*

8 *Hæres mortuo alienante reuocat feudum alienatum.*

9 *Dominus reuocabilis poteſt conſtituere cenſum.*

10 *Cenſus an poſſit conſtitui ſuper feudo recuperando, & num. 14. contra num. 20. intellige, num. 21. 24. 27. & 29.*

11 *Exceptio, quod res non erat in dominio ſubiugantis admittitur aduerſus executionem cenſus, & num. 13.*

12 *Executio annui redditus non datur contra tertium poſſeſſorem feudi recuperati.*

15 *Contractus cenſualis reſoluitur ratificatione non facta ſtante pacto, amplia, nu. 16. & num. 19. & 35.*

17 *Mandatum datum infra certum tempus non valet vltra illud.*

18 *Argumentum valet de ratificatione ad mandatum.*

22 *Hypothecaria non datur, ſi res non fuerit in dominio obligantis, & num. 23.*

25 *Obligatio facta ſub conditione, ea purificata valet.*

26 *Obligatio purificata conditione retrotrahitur ad tempus contractus.*

28 *Statuta recipiunt interpretationem à iure communi.*

30 *Dominium ex ſententia declaratur ex tunc, non ex nunc.*

31 *Ratificationis tempus currit à die ſcientiæ, amplia, num. 32.*

33 *Interpellatio requiritur ad ratificandum actum.*

34 *Dies quando interpellet pro homine.*

36 *Minor reſtituitur in termino conuentionali.*

37 *Mora quando purgetur aduerſus terminum ad ratificandum.*

38 *Dictio (&) quando ſtet alternatiuè.*

ARGVMENTVM.

Cenſus iuxta formam Bullæ, an poſſit conſtitui ſuper rebus recuperandis, & quando non facta ratificatione iuxta formam pacti, ſit validus.

DECISIO CL.

1 INter alia requiſita ad iuſtitiam contractus annui redditus neceſſaria, ſecundum Bullam Nicolai V. quę in Regno ſeruatur ex confirmatione Greg. XIII. illud quidem tanquam ſubſtantiale requiritur, quod cenſus imponatur ſuper rebus, & proprietatibus ſuis,
2 quod pronomen (ſuis) denotat dominium de præſenti, *ad text. in l. ſi ita, & ibi declarat Bart. ff. de auro & argent. leg. Pet. de Gregor. in Commentar. ad d. Bullam, quæſt. 5.*
3 *num. 8.* vbi hoc intelligit, durante toto tempore vitæ contractus, vſque quo talia

Digitized by Google

talia iura cenſualia redimantur; vnde ſi quis imponeret huiuſmodi iura cen-
4 ſualia ſuper rebus ſuis fideicommiſſo ſubiectis, licet res illæ ſint in dominio venditoris de præſenti tempore venditionis prædictæ; cæterum, quia mortuo eſt locus reſtitutioni, & reſoluitur dominium, quod erat in perſona ſubiugantis, nec illud tranſeat in eius hæredem, ſed in eum, qui vocatus eſt fi-
5 deicommiſſo facta reſtitutione, *adnot. in auth. Res quæ, C. communia. de legat. & in l. Marcellus, §. res quæ. & in l. reſtituta ff. ad SC. Trebellian.* tunc reſoluto dominio in perſona venditoris ſubiugantis, expi-
6 rat talis contractus venditionis iurium
7 cenſualium, iuxta formam Bullæ, ſicut etiam dicitur in alienatione feudi, quæ facta eſt contra formam priuilegii, vt
8 illa valeat in vita ipſius alienantis, & hæres eius poſt eius mortem confecto Inuentario per ſententiam, & non ipſo iure reuocabit eius alienationem, *vt voluit Andr. de Iſern. in capit. 1. an agnat.*
9 & ideo infert ipſe Gregor. quod dominus reuocabilis poteſt ſubiugare, licet ex poſt facto deſinat eſſe dominus rei ſubiugatæ, ſed ex prædictis non modica fuit orta difficultas in cauſa V. I. D. Ioſeph Pariſii, & conſor. cum Tullio Trigona, an potuerit per D. Siluiam Criximanno, (cui per Siluiam Ruſſo, & conſortes, fuerat renunciatum omne ius, quod ſibi competebat ſuper
10 feudo Beſſimæ) in excambium conſtitui cenſus annuus ſuper dicto feudo recuperando à poſſe D. Tulii, prout poſtea fuit recuperatum, ſtante nullitate alienationis, *de qua diximus in dec. 13.* & videbatur dicendum, quod non:

quandoquidem feudum prædictum tempore ſubiugationis non fuerat in dominio ſubiugantis de præſenti, ſecundum ea, quæ proxime dicta ſunt,
11 quæ exceptio admittitur in Regno, aduerſus executionem dictorum iurium cenſualium, non obſtante priuilegio Regiæ Pragmaticæ Alfonſi denegantis omnem exceptionem, præterquam realis ſolutionis, *vt poſt alios adnotaui in Comment. ad Pet. de Greg. in d. quæſtio. 5. num. 163.* & vtitur M. R. C. eoque magis in caſu iſto, vbi executiue pro-
12 cedebatur contra dictum de Trigona, tanquam tertium detentorem feudi, vigore huiuſmod. Pragmaticæ, dantis executionem paratam contra tertios poſſeſſores, *vt in terminis decidit Montal. Doctor antiquus, in quadam apoſtilla ſuper d. Bulla, in verbo, (rebus, & proprietatibus ſuis) dicens, quod notata per Bar. in l. 1. C. de pignor. & alios infra allegandos*, procedere minime poterant in Bulla, vbi vere probari
13 debebat rem fuiſſe in domino ſubiugantis, & non per fictionem, *idemq; tradidit D. Scipio Rouit ſuper Pragm. de Cenſib.*
14 *n. 15.* qui loquendo in terminis noſtræ Bullæ Nicolai V. dixit, quod ad hoc vt cenſus ſit legitime conſtitutus, requiritur, quod ij tertii ſint poſſeſſores eorum bonorum, quæ poſſidebantur per conſtituentem tempore conſtituti cenſus, ſecus ſi poſtea acquirantur, quia non poterit agi via executiua, ſed bene iudicio ordinario, *& teſtatur quod ita in Sacro Conſilio iudicatur, & ſentire videbatur Molan. in deciſ. 15 n. 4. par. 4. Pizar. ſuper ſtatuto Guadalup. ſuper gloſ. y futuros, & expreſſe Io. Aloyſ. de Septim. in annotat. ad dictã Bullam, in verbo, in generali,* & ipſe firmaui

T *in ad-*

in addit. ad Petr. de Greg. dicta q. 5. n. 155. cum ſequen. ſecundum quam fuit iudicatum, vt ibi retuli.

Accedebat prædictis, quod in contractu ſubiugatorio, cuius vigore agebatur quo ad portionem competentem d. V.I.D. de Pariſio aderat pactum, quod ſi dictus Ioſeph de Pariſio modo actor, non ratificaſſet dictum contractum ſubiugatorium, & tranſactionis infra certum terminum in contractu ipſo aſſignatum, cum authoritate iudicis, ſtante quod eo tempore erat minor, tali caſu ſubiugatio, & promiſſio eſſet nulla, & inualida: in tantum, quod
15 non facta dicta ratificatione, executio cauſæ videbatur omnino retractanda cum contractus fuerit reſolutus, eti-
16 am quod extra tempus fuerit ratificatus, *vt dicit Gabelli. in Milleloq. 187. & Me-*
17 *noch. in conſ. 443. n. 5. 6. & 7. vol. 5.* vbi ait, quod mandatum datum infra certum
18 tempus, non operatur vltra illud, & valet argumentum de ratificatione ad mandatum, & idem ſequitur *Raudenſ. de Analog. cap. 21. nu. 49. 52. & ſeq.* & in terminis cenſus dixit *poſt Imol. Milan. deciſ.*
19 *4. n. 28. par. 2.* & maxime vbi tempus initii in ſpecie apponeretur in ipſo cõtractu vt de cõmuni teſtatur, *Aret. in l. ſi cui legetur, in pr. col. fi. ff. de leg. 1. Sim. de Pret. cõſ. 94. n. 5. vol. 1. Tiraq. du retraict. conuẽt. §. 1. gl. 2. n. 66. Hipp. Rim. conſ. 610. n. 18. cũ ſeq. vol. 5.*

In contrarium dicebatur, quod ſi de præſenti habeo ius in re, puta ius luendi, & fuerit facta ſubiugatio ſuper illo iure in ſpecie, facta eius recuperatio-
20 ne, ſubiugatio ſubſiſtit ſuper illa re recuperata, ac ſi tempore celebrati contractus fuiſſet in dominio ſubiugantis, *ad tex. in l. 1. §. 1. ff. de pignor.* vbi habetur, quod adhoc, vt valeat obligatio ſpecialiter de aliqua re, & contra poſſeſſorẽ agi poſſit directa actione hypothecaria, requiritur quod ſit in dominio debitoris tempore obligationis, nec ſufficit ſi exinde acquireretur, *vt per glo. & Doct. ibi, tamen fallit. vt dicit ibi tex. & Bar.*
21 niſi illa res eſſet debita ipſi debitori, vt quia haberet ius in re, vel ad rem, cuius iuris vigore acquiuit poſtea dominiũ, nam valet obligatio, ac ſi fuiſſet in dominio debitoris tẽpore obligationis, *ſequitur Caſtr. in l. rẽ alienam, n. 4. ff. de pign. act. Menoch. conſ. 77. nu. 1. vol. 1.* & iſto caſu cõfirmatur hypotheca per acquiſitionem, etiam quoad directam hypothe-
22 cariam, quæ nõ datur niſi res ſit in dominio tempore obligationis, *ad text. in d. l. 1. in pr. & l. 3. §. cum ex cauſa, ff qui pot. in pign. habean. Neguſ. de pig. 3. mẽb. 8. par. n. 14.*
23 prędicta procedere videbantur, quoad ipſum debitorem hypothecantem, *vt ex Montal. in loco præællega. dixi in addit. ad Petr. de Grego. in d. q. 5. num. 149.* & fuerat punctus deciſus à me ibi relatus. Cæterum in caſu de quo agebatur, vbi ſubiugatio facta fuerat ſuper ipſo feudo
24 recuperando, res de plano procedebat, *ad text. in l. ſi fundus, §. aliena res. ff. de pign. Bart. in l. 2. §. in ſpeciem, circa medium, eo tit. Bar. Bal. & Salyc. in l. cum res, C. ſi alien. res pign. Neguſ. de pig. 3. memb. 2 par. nu. 5.* & in *tertio memb. 2. part. n. 53. & in 1. memb. 3. par. n. 37. & 3. memb. 8. par. n. 15.* vbi dicit, quod licet à principio obligatio nõ valuerit, ſed fuerit in ſuſpenſo, tamen purifica-
25 ta poſtea cõditione, quia res effecta eſt debitoris, valebit obligatio vſq; à principio, etiam quoad directam hypothecariam,

Digitized by Google

cariam, nam debitor verbis expreſſis voluit obligare adueniente conditio-
26 ne, & ideo retrotrahitur tempus futurum ad tempus contractus, *ad tex. in l. ſi. §. 1. vbi Alex. ff. de vul. & pup. Sur d. conſ. 301. nu. 27. & conſ. 129. n. 11. vol. 2. D. Ioan. Bapt. Coſt. de retract. c. 2. n. 14.* Nec obſtabat, quod Regia Pragmatica det executionē contra tertium poſſeſſorem rei ſpecialiter obligatæ, & quæ ſit in dominio ſubiugantis, nam vtrumq; in caſu iſto interueneat, ſpecialitas nempe, vt dictum eſt; & dominium tempore ſubiugationis, *ſecundū iura, & Dd. relatos*, qui contentunt quod in ſpeciali hypotheca, in qua requiritur dominiū de præſenti, vt agi poſſit directa actione hypothecaria, ſufficiat vt debitor tēpore obligationis habeat ius ad rem, eoque magis, cū ſubiugatio facta fuerit expreſſe ſu-
27 per feudo recuperando, quo caſu, nul-
28 lum eſſe dubium *dicit Bar. in d. §. ſpeciem*, & ſtatuta loquentia in materia iuris, recipiunt ab eodē iure ampliationes, reſtrictiones, & declarationes, ideoq; ſufficere videbatur, quoad probandū
29 extremum dominii, quod probetur eo modo, quo lex in ſimili caſu, vbi expreſſe requiritur, contenta eſt, & ita alias fuerat iudicatum, vt dixi in relato loco de anno 1583. per doctiſſimos Iudices pro Paulo de Cannizario contra Baronē Caſtelutii, & fortius prædicta procedere videbantur, quia tempore celebrati contractus ſubiugatorii, iam ad inſtantiam ſubiugantium fuerat per M.C. declaratus nullus contractus vēditionis dicti feudi, & tantum pendebat appellatio in Conſiſtorio, & ſic obſtabat ſententia, cuius natura eſt, de-
30 clarare dominium ex tunc, non ex nūc. *Vinc. de Fran. in dec. 61. n. 14. Boer. deciſ. 211. n. 25. & 26. par. 1.* & ſecundū prædicta iudicatū de menſe Ianuarii 1609. prout alias in aliis catamenis, tam in M.C. quā in Tribunali Sancti Officii determinatum fuerat inter eaſdē partes; Nec obſtabant ea, quæ vltimo loco ex aduerſo adducta fuerant circa reſolutionem contractus ob ratificationem non factam; nam dictū fuit, quod ratificatio iam facta fuerat per publicum inſtru-
31 mentum, & tempus adiectum in ipſo contractu ſubiugatorio non potuerat currere, niſi à die ſcientiæ, cū celebratus fuerit eo abſente, & minore, ꝓ quo Notarius ſtipulatus fuerat, *ſecundū Bar. in l. ſcimus, § cum igitur, C. de iur. delibe. Barbat. cōſ. 50. vol. 2. Dec. reſpon. 32. n. 34. vol. 3. late Rot. Rom. in nouiſſimis deci. 421. nu. 21. & dec. 481. n. 2. par. 1.* & ꝓcedit etiam in ter-
32 mino præfixo ſecundum *Alex. conſ. 35. in in 1. & conſ. 35. in 4. Bar. in l. Labeo, ff. de iureiuran. Sur. conſ. 467. n. 13. lib. 4. Caualca. dec. 19. nu. 26. & 82. par. 2.* quia requiritur in-
33 terpellatio, *Bal. in l. Lucius Titius, ff. de actio. empt. quem refert, & ſequitur Caſtr. ibi*, ſubdens ita fuiſſe iudicatum. *Dec. reſpo. 84. n. 13. Sur. de alimen. tit. 9. q. 26. n. 96. concluſ. 9. ſub tit. de interpellatio. nu. 25. & bene Turret. in conſ. vltim. volum. 3.* vbi ait, quod quan-
34 do dies eſt appoſita cauſa multiplicandæ obligationis, tunc non interpellat, ſed requiritur interpellatio, maxime quando adeſt pœna, & ita refert fuiſſe iudicatum. Nec *dictum Aret. in. quem ſecu-
35 ti fuerunt Docto. ex aduerſo præallegati*, *qui indifferenter loquitur*, procedere poterat contra minores, & vbi oritur maximū præiudicium, *vt dixit Sfor. de reſtitut. in*

integr.quæſt.15.num.64.& ſeq. & *limitando dictum Aret. quem ſecutus fuerat Iaſon, dixit Purpura. in addit. ibi per doctrinam Bald. in*
36 *rubr.C.de contrah.empt.quæſt.23.* eoq; magis quia in termino conuentionali minor reſtituitur, *vt in fortiorib. terminis dixit idem Sfor.in quæſt.82.art.10.* Item ratificatio nedum facienda erat in minori ætate cum authoritate iudicis, vt dictum eſt, ſed iterum poſt completam minorem ætatem, ideoq; licet defecerit prima ratificatio in primo termino, iam factus maior compleuerat ſecundam, & ſic moram purgauerat, *ad*
37 *text.in l.ad petitorium,ff. de iudic.* vnde illi duo termini reſoluebantur in alternatiuam, ex illa dictione (&) quæ ſtat
38 alternatiue, quando debet ſaluari aliquid præiudiciale. *Caualc. deciſ.25.num. 2.part.3. Surd.conſil.429.num.26.in 3. Affl. deciſ.397.num.9.*

SVMMARIVM.

1 *Iudices non poſſunt ſe ipſos ſuſpectos ſponte reddere, & num.20.21.limita,num.2.*

3 *Conſanguinitas qualiter intelligatur per Pragm.de recuſat.*

4 *Iudex qui fuerat aduocatus cauſa poteſt ſeipſum reddere ſuſpectum, & nu 8. & 9.*

5 *Pœna Vnciarum quinquaginta imponitur recuſantibus iudices abſq; cauſa.*

6 *Sententia lata per iudicem de iure ſuſpectum, & non recuſatum, an ſit Valida, & num.14.contra num.16.& 19.*

7 *Inimicus effectus iudex, dicitur ſuſpectus.*

Idem, ſi eſſet conſanguineus, Vel aduocatus, ibidem.

10 *Text.in l.quiſquis. C. de poſtul. declaratur.*

11 *Text.in l.final.C.de aſſeſſ.declaratur.*

12 *Ioannes de Monteya, & Cardona Præſident Regia Camera Summaria, laudatur.*

13 *Leges Vbi prohibent, partes renunciare non poſſunt.*

15 *Suſpicio Vbi eſt iuridica, non indiget recuſatione, contra num.17.*

18 *Iudex ſuſpectus iuriſdictionem habet, licet elidibilem.*

22 *Bertaz.in conſil.550.declaratur.*

23 *Filius iudex appellationis an ſit ſuſpectus in cauſa, quam pater pronunciauerat in primo iudicio, contra num.27.*

24 *Filius corrigit patrem in his, quæ pertinent de iure, & num.25.& 26.*

28 *Recuſatio fieri debet ante collatam cauſam.*

29 *Vniuerſitas reſtituitur aduerſus recuſationem omiſſam, ratio num.30.*

Idem in minore, num.31.

Idem in Eccleſia, & fiſco, num.32. amplia, Vt num.33 & 34.

35 *Aduocatus an poſſit recuſari ſuſpectus per clientem, contra num.41.*

36 *Iudex tenetur iudicare ſecundum acta, & probata.*

37 *Recuſatio à quo proponi debeat, & num.38. & num.42.ratio num.43.*

39 *Aduocatus poteſt eſſe teſtis contra clientem, & num.40.*

44 *Gl. in c. dilecto, de teſtibus, declaratur, & num 45.*

46 *Inimicitia iudicio recuſati, quæ requiratur per Reg Pragmat. intellige, numer.48.*

47 *Inimicitia quæ dicatur leuis, & quæ capitalis, remiſſiuè.*

49 *Fiſci patronus effectus iudex, poteſt recuſare per inquiſitum, ratio num.50.*

51 *Fiſci patronus poteſt recuſare officialem conſanguineum inquiſiti.*

52 *Fiſci patronus æquiparatur aduocato priuato circa recuſationem.*

53 *Aduocatus prohibetur eſſe iudex in cauſa ſui clientis, intellige num.54.*

55 *Aduocatus, qui interuenit in collegio, & in conferenda cauſa non apertè ſe declarans, poteſt recuſari, intellige num.56.*

57 *Iudex poteſt recuſari ab eo, qui litem cum ipſo habet.*

58 *Vincentius Maſtrillus Regius Conſiliarius laudatur.*

59 *Iudex, qui iudicauit in cauſa ſimili, an poſſit recuſari.*

60 *Iudex, qui in primo iudicio cauſam terminauerat,*

Digitized by Google

nauerat, eſt ſuſpectus in iudicio appellationis, ampliа, num. 61.
62 *Iudex litigans cauſam ſimilem, vt priuatus poteſt recuſari.*
63 *Cauſa ſimilis quando dicatur.*
64 *Suſpitio oritur, ſi decidatur cauſa ſtatim poſt recuſationem.*
65 *Iudicis aſſertione non creditur, quod ſimilem cauſam votauerat non conſtito de de alio.*
66 *Suſpitionis cauſa eſt probanda, & nu. 74.*
67 *Verba (de nouo emerſerit) adiecta in Pragmatica, declarantur, & quando ſcientia præſumatur, n. 72 & 73.*
68 *Suſpitio debet proponi ante litem conteſtatam, & quando poterit proponi vſq; ad ſententiam, num. 69.*
70 *Iurari quando debeat, quod cauſa ſuſpitionis de nouo ſuperuenit.*
71 *Statutum debet aliquid operari vltra ius commune.*
75 *Recuſatio non admittitur poſt concluſum in cauſa.*
76 *Ignorans non præſumitur in alium conſentire.*
77 *Prorex in Regno an poſſit vt ſuſpectus recuſari.*
78 *Conſiliarij an ſint ſuſpecti data ſuſpitione in perſonam D. Proregis, & num. 80. 85. & 86.*
79 *Præſes prouinciæ poteſt vt ſuſpectus recuſari.*
81 *Suſpectus in iudicando, non eſt ſuſpectus in delegando, & num. 82.*
83 *Subſtitutus non poterit recuſari ex perſona ſubſtituentis.*
84 *Vicarius non eſt ſuſpectus in cauſa, vbi Epiſcopus eſt ſuſpectus.*
87 *Recuſatio Proregis an fieri poſſit coram eo.*
88 *Herarius Baronis quis dicatur, & quale ſit eius officium.*
89 *Recuſans iudicem, an cedendo liti euadat pœnam Pragmaticæ.*
90 *Actuarij ſolo iuramento recuſantur.*
91 *Magiſter notarius M. C. debet recuſari ſeruata forma Pragmatica, & vti perpetuus non poteſt mutari, nu. 93.*
92 *Suſpecto Magiſtro notario, eligitur alius de eius Archiuio.*
94 *Prouentus Magiſtri notarij qui ſint.*
95 *Prouentus officij quando poſſint vendi. Et quid in prouentibus beneficialibus n. 96.*
97 *Suſpitio quando eſt notoria, non requiritur ordo nec iudicium.*
98 *Filius non poteſt eſſe Magiſter notarius in cauſa, vbi pater eſt procurator.*
99 *Prorex in cauſis ſibi notis poteſt remouere iudices, & alios ſubrogare.*

ARGVMENTVM.

Ad intellectum Pragmaticæ. de recuſationibus.

DECISIO CLI.

EX diſpoſitione *Prag. 3. de recuſat. iud.*
1 non poſſunt officiales, & iudices recuſati ſe ipſos ſponte reddere ſuſpe-
2 ctos, niſi in caſibus, inimicitiæ, conſanguinitatis, ſeu affinitatis in gradu à iu-
3 re diſpoſito, quod intellige vſq; ad ſeptimum gradum de iure Ciuili, ſecus de iure Canonico, *ad tex. cum gloſ. in cap. poſtremo, de appellat. & text. in l. fin. vbi Doctor. C. de ſucceſſor. edic. Rebuff. in tit. de auocat. artic. 3. verſ. 4. conſtituit. in 1. tom. Vincent. de Anna, ſingul. 397. vbi teſtatur ita ſæpe fuiſſe iudicatum. Menoch. de arbitr. caſ. 152. Viu. deciſ. 319. num. 2. & Milan. deciſ. 15. num. 40. part. 1. Carol. de Graſ. excep. 24. num. 27. & 46. cum ſequ. & poſt alios, quos ibi allegat, D. Carol. Tapp. in lib. 3. iur. Regni, tit. de ſuſpit. official. Prag. 23. in princ.* licet ſuper hoc
4 adſit nouiſſima Pragmatica. Idem eſt, ſi iudex, ſeu officialis fuerit aduocatus in eadem cauſa, idq; appareat per ſcri-
5 pturam, alias incurrant in pœnam vnciarum quinquaginta monetæ huius Regni, quæ pœna etiam impoſita reperitur recuſantibus iudices, ſi fuerit declaratum non eſſe ſuſpectos, Hinc plures fuerunt ortæ difficultates in his Tribunalibus, quæ quidem, cum ſint

Digitized by Google

practicabiles, & non ſine maxima diſcuſſione fuerint deciſę, arbitratus ſum eas breuiter in præſenti deciſione ſubnectere; quarum prima illa fuit, an caſu quo iudex ſit ſuſpectus, (quin imo poſſet ad inſtantiam partis ſe ipſum ſuſpectum reddere ex prædictis, ſi non fuerit à parte recuſatus), valeat ad vlteriora procedere in deciſione cauſæ, in
6 tantum quod ſententia ſubſecuta non irritetur? & pro nullitate faciebat, *dictum Spec. in tit. de Aſſeſſo. in fin. quem ſequitur Dec. in l. pen. ff. de offic. Aſſeſſor.* vbi ini-
7 micus, conſanguineus, ſeu aduocatus in eadem cauſa non poſſunt, imo prohibentur eſſe iudices, & ſic impeditur quaſi iuriſdictio, *ad nota. per gloſ. in verbo, vel cognitor, in cap. ſtatutum ſecunda quæſt. 6. & melior gl. in l. Prætor, ff. de iuriſd om. indic.* quæ ponens caſum in aduocato, dicit
8 quod eſt iuxta cauſam delegandi, ſi iudex primo in ea cauſa alterius partis fuerit aduocatus, ſubdens quod hodie eſt neceſſaria huiuſmodi delegatio,
9 quaſi velit inferre, quod volens etiam
10 non poſſit iudicare, *ad text. in l. quiſquis, C. de poſtulando. ibi (non in eodem negotio ſit*
11 *aduocatus, & iudex) & tex. in d. l. fin. C. de Aſſeſſor. ibi (nemo audeat)* quæ iura poſt hæc ſcripta ad hoc inuenio ſubtiliſſime ponderata. *per doctiſſ. Ioan. de Montoya, &*
12 *Cardona Præſidem R. C. S. fiſci partes tuendo in alleg. impreſſa, ſub D. Tapp. in loco præalleg. fol. (mihi) 189.* dum ait, quod verba prædicta ſunt potentiæ, & habitui iuriſdictionis, & prohibent actum, & ideo non poterat iudex eis contrauenire, nec partes eorum deciſionibus renun-
13 ciare permittebantur, cum leges ſint prohibentes, *ſecundum gloſ. in l. 1. & 2.*
14 *C. ne fideiuſſ. dot. dent. cum ſimilib.* & propterea nullam eſſe ſententiam tradiderunt, *Specul. & Dec. vbi ſupra, Montal. in lib. 4. tit. 9. foro legum, in gloſſ. in verb. por Chriſtiano. Auiles in c. Prætor, glo. aduogados, & concludit Bertaz. in conſ. 550. n. 13 cum ſeq.* ad quē ſimpliciter ſe remittunt, *D. Addentes ad deciſ. Capic 146. & Rouit. in prag. 1.*
15 *de ſuſpit. nu. 19.* & facit, quia vbi ſuſpitio eſt iuris, & de iure, non indiget recuſatione, *Bald. in l. eos, per illum text. nu. 4. C. de appell. Greg. Lopez in l 22. tit. 4. par 3. in gl. magna, col. 2. ante medium.*

Sed contrarium fuit iudicatum in
16 Curia Prætoriana huius Vrbis, declarando ſententiam validam, vbi conſanguineus in primo gradu in cauſa ſui conſanguinei ſimul cum aliis collegis votauerat, ex quo à parte, quæ de conſanguinitate pleniſſimā ſcientiam habebat, non fuerat recuſatus, *ad text. expreſſum in primo eius dicto, in cap. iudex ab Apoſtolica, de offic. deleg. in 6. in l. apertiſſimi, C. de iudic. ibi, (libello recuſationis porrecto) cap ſecundo requiris, §. 1. extr. de appell. ibi, (ſuſpitionis cauſam allegare tenetur) & ibidem gl. & Doct. Dec. in cap. cum ſpeciali, n. 4. de appell. & text. in c. poſtremo, de appell.* vbi non dicitur, quod ſentētia ſit nulla, ſed quod iudex poteſt recuſari tanquam
17 ſuſpectus, *& expreſsè ibi Peruſ.* exigit fieri recuſationem, *Iaſ. in d. l. Prætor, vbi reprobat Specul. contrarium tenentem, & in l. qui iuridictioni. ff. de iuriſdict. omn. ind. vbi etiam Caſtr. ſubdens ita communiter teneri. Fel. in cap. cauſam quæ, de off. deleg. Pariſ. conſil. 109. num. 4. vol. 4. Rebuff. de recuſ. art. 1. gl. 5. & de magis communi, teſtatur Bertaz. d. conſ. 550. num. 10. Pariſ. de Put. de Syndic. in c. poteſtas, cum eſſet in officio, n. 11. & in fortioribus terminis*

Digitized by Google

minis tradit Caſtren.in conſil.441.incip.Viſo puncto,n.4.in 2. part. nouiſſimæ impreſſionis,
18 idq; quod iuriſdictionem habet iudex, licet elidibilem, & quando iuriſdictio competit, licet ſit exceptione, vel recuſatione elidibilis, tamen tenet ſen-
19 tentia, ſecundum prællegatos, cum
20 non poſſit iudex abſtinere, niſi recuſatus, *tam ex forma d. Pragmaticæ, quàm ex communi concluſione Dd. ſecundum Bald.in l. vnica,n.4.C.ſi quacunq; præd.pot. Ang.in d.l. apertiſſimi,n.10.C.de iudi. Rom:conſ.220.n.1. & alij relati per D.Tapp. in loco alleg. nu. 30.*
21 & partes forſan in eo poterant confidere,*vt dixerunt Rebuſ.in tract.de recuſ.art. 2.gloſ.1 in fin.Carol.Tap.in loco prealleg.ſub nu.25.verſ.his tamen non obſtant*. vbi refert ita etiam iudicatum in cauſa prædicta contra Regium fiſcum. Quia habitum fuit pro vero, iura in contrarium allegata non procedere, quin adeſt partis conſenſus,quæ poterat diſſentire. Ibique inferit etiam allegationes factas per D Orolandum Francum aduoca-
22 tum D.Ducis Seſſæ, & Bertazol. ſi bene aduertatur loquitur in iudice delegato, & vbi pars ignorauerat iudicem fuiſſe aduocatum in cauſa; & ideo non poterat recuſare.

Secundo fuit dubitatum,ſi filius iu-
23 dex appellationis ſit ſuſpectus in cauſa, in qua eius pater in primo iudicio pronunciauerat; & videbatur dicen-
24 dum quod non, *per text. in l.3.§.ſi quis,ff. de condit.cauſ.dat.* vbi filius in his, quæ pertinent de iure, corrigit patrem, & *ibi gloſ.*dat rationem:quia non fit iniu-
25 ria ipſi patri, *& ſequuntur ibi Bart.Bald. Alex.Roman.& communiter Dd.quinimo di-*
26 *cit Bal.* quod hoc ad ſummam lætitiam patris reducitur,*Gramm.deciſ.71.num.19. Rebuſ.de priuil.ſcholar.neceſ.6.trac.2.tom.5. in antiquis,& faciunt tradita per Mandell.in*
27 *conſ.92.vol.1. & D.Anto.de Ball.in comment. d.pragm.nu.5.* Sed contrarium tenuit in ſpecie,*Arim.Topat.remiſſ.varia iur.ſentent. tit.de recuſ.verſ.an filius, & fuiſſe indicatum teſtatur Papo.lib.7.tit.9.arreſt.3. Don Maſul. ad Cap.in d.deciſ.146.num.7. & latiſſimè obiectis reſpondendo dixit Ferdin.Vaſq.de ſucceſ. creat.li.2.§.20.par.2.requiſ.declar.29.n.44. fol. (mihi) 423. Lancell.de attent. poſt recuſ. n 50.fol.(mihi)170.* & ita fuit determinatum in Conſiſtorio die 6.Maii 1603. ꝑ Donna Franciſca Ferrerio cum illis de Caluello,licet aliqui ex Dominis votarint in contrarium,*per deciſ.*ſup relatas.

Tertia fuit dubitatio,*an ſtante prag.1. eod.tit.de recuſ.*per quam prohibetur iu-
28 dicũ recuſatio, poſtquam incœperint conferre cauſam ꝑ ea expedienda, niſi noua cauſa ſuſpitionis emerſerit, *ad tradita per Rebuſſ.adConſt.Gall.art.1.gl.6.*an
29 poſſit vniuerſitas admitti ad allegandum ſuſpitionẽ omiſſam per viam reſtitutionis in integrum, & fuit determinatum quòd ſic, pro Ill. Senatu huius Vrbis, contra Don Antonium Aurellum de menſe Iulii 1601.*per deciſ. D.*
30 *Vinc.de Fran.431.*quia enormiſſime læſa eſſet, ſi cogeretur coram iudice ſuſpe-
31 cto litigare, *ad tex.in l.apertiſſimi,C de iudic.* & in minore, quòd admittatur per viam reſtitutionis in integrum, aduerſus exceptionem ſuſpitionis omiſſam, tenuerunt *Maurit. de reſtit.in integ.q.233. Couarr.pract.quaeſt.c.26.nu.4. ſubdens ita ſæpiſſimè in Regno Granatenſi Pretorio ſeruatũ fuiſſe, & loquitur in Eccleſia, Fiſco, Repu-*
32 *blica,& alijs ſimil.quem ſequitur D.Tap. vbi ſupra.*

Digitized by Google

ſupra num. 8. idq; procedit etiamſi cauſa
33 orta fuerit ante concluſionem, *vt concludit Sfort. Odd. de reſtit. in integr. part. 2.*
34 *queſt. 64. artic. 6.* & pariter ampliat ſi ſtatutum expreſſe excluderet minores, ſecundum eundem *Sfort. part. 1. q 15. art. 7.* vbi ait hanc eſſe communem opinionem, & per multas rationes tradit *Caldas Periera, in repet. l. ſi curatorem habens, in verbo, implorare in integrum reſtitutionem, numer. 46. ver. non videtur, & in verb. læſus, num. 30. C. de in integr. reſtit.* idemq; fuiſſe determinatum in Sacro Conſilio teſtatur *D. Carol. Tapp. in d. lib. 3 de ſuſpit. offic. prag. 5. num. 1.* vbi ad hoc adducit rationes, & ſubdit fuiſſe deciſum in alijs cauſis, & ita in Regno eſt receptum. *licet Lancellot. de attentat. poſt recuſat. nu. 77. dicat contrariam opinionem eſſe veriorem.*

Quarto fuit dubitatum, ſi cliens poſſit allegare ſuſpectum ſuum Aduo-
35 catum, qui poſtea effectus fuerat iudex? *gloſſ. in cap. dilecto, in ver. recuſaſtis, de teſtib.* dixit, quod non, & idem confirmauit *Felyn. in cap. irrefragabili, num. 4. de offic. ord. & ibi addit.* ratio eſt: quia ſua non intereſt, & licet ſecreta audiuerit,
36 tamen tenetur, & debet decidere ſecundum acta, & probata, non autem ſecundum conſcientiam, & ſecundum ea quæ cognouit vt iudex, non vt priuatus, *Alex. in l. ſolet, vbi etiam Iaſon, paulo ante finem, ff. de iuriſdict. omnium iudic. D. Carol. Tap. in loco præallegat. n. 37. fol.* (*mihi*)
37 *193.* ſubdens generaliter, quod ſuſpitio oriens ex vna parte, non poſſit proponi, niſi ab aduerſario, *vt dixit Innocent. in cap. inſinuante, in fin. de offic. deleg vbi allegat text. in §. offertur 3. quæſt. 3.* quo loco diſponitur, quod iudex obtentus ab vna
38 parte, vel eius procuratore, non poteſt
39 ab eadem parte recuſari. & idem in aduocato producendo in teſtem, cuius receptio eſt prohibita ex parte ſui clientis, *l. fin. ff. de teſtib. cap. fin. eod. tit. in 6.* at-
40 tamen poteſt compelli ad deponendum pro aduerſario, ne illud quod in eius fauorem eſt introductum, retorqueatur, vt iudicauit Sacrum Conſilium, *teſte D. Vincent. de Franch. deciſ. 222. ſecundum iura prædicta:* in his tamen, quæ ſciebat vt teſtis, non vt aduocatus. Et ſecundum hanc opinionem fuit iudicatum per M.C. contra Don Cæſarem Lancea, in fauorem illorum de Bauera; Sed introducto proceſſu via reuiſionis, Conſiſtorium determinauit cōtrarium, declarando iudicem ſuſpe-
41 ctum, qui fuerat aduocatus ad inſtantiam clientis, de menſe Decemb. 1597. authoritate *Butri. in d. c. dilecto,* vbi dixit, quod aduocatus poteſt recuſari per clientem, quando propalauit votum ſuum, *& idem dixit in d. c. inſinuante,* dum
42 ait ſuſpitionem poſſe ab vtraque parte proponi, vt æqualitas ſeruetur, *& optimè Imol. in d. c. dilecto, vbi hoc expreſsè tenet,* quando aduocatus propalauit votum contra clientem, vt erat caſus de quo
43 agebatur. Ratio eſt, quia cum propa-
44 lauerit cōtra me, non eſt iuſtum, quod litigem coram eo, *& gloſſ. cum alijs ex aduerſo relatis,* procederent, quando aduocatus ſimpliciter audiuiſſet ſecreta clientis, & votum pro eodem propalaſ-
45 ſet. *Item gloſſ. loquitur in teſte, vt rectè conſiderat D. Montoya, in d. alleg. Azeued. conſil. 19. num. 10. D. Franc. Alſar. de iur. fiſc. gloſſ. 34. §. 8. num. 221.*

46 Quinta fuit dubitatio, qualiter eſſe debeat

Digitized by Google

debeat inimicitia requiſita per hanc Pragm. ad hoc, vt iudex porrecta ſibi recuſatione per partem, poſſit ſe ſuſpectum reddere? Conſiſtorium de anno 1597. in menſe Nouembris, iudicauit ſufficere leuem inimicitiam probabilem, *ſecundum Marant. in Specul. par. 6. verſ. ſexta eſt cauſa, & allegat ad hoc Peruſ. in cap. poſtremo. de app. Rot. deciſ. 93. in nouiſſimis. Farin. conſ. 83. nu. 10. Oſaſc. dec. 15. nu. 8. Carol. de Graſ. de excep. excep. 24. n. 31.* vbi multas ponit ad propoſitum, vt quia ſi ad inuicem ſe recuſauerint ſalutare, prout antea ſolebant, *vt dixerunt Pariſ. de Put. de Syndic. verbo, ſuſpitio, num. 6. fol. (mihi) 291. à tergo. Farinac. de indit. & tortur. quæſt. 49. num. 53. & 54.* vbi ponit, quando di-
47 catur leuis inimicitia, & quæ capitalis, per totum, & fuit iudicatũ in alia cauſa per Illuſtr. Præſidem de Ameſcua de
48 Menſe Octobris 1599. quod intellige, quando inimicitia eſſet contracta inter partem, & iudicem, fratres, ſorores, & deſcendentes in infinitum, ſecus quo ad alios gradus, *ſecundum nouiſſimã Pragmatic. de recuſationibus.*

Sexta fuit dubitatio, an fiſci patro-
49 nus, qui interuenerat in cauſa criminali inquiſiti, effectus iudex, poſſit vt ſuſpectus recuſari; & affirmatiue determinaui in Curia Capitanali huius Vrbis, dum fuiſſet recuſatus V.I.D. Antonius de Neapoli, collega meus, qui antea fiſci partes ſuſtinuerat, contra recuſantem, inquiſitum de tonſione monetæ, & pro dicta cauſa tortum de negatum de anno 1606. quia effe-
50 ctus fuerat quaſi eius inimicus, *ſecundum gloſ. in l. ſi pecuniam, in princip. in verbo, repetetur, ff. de condict. cauſ. dat. Paris de Put. in d. verbo ſuſpitio, num. 5. & ſequitur D. Scipio Rouit, ſuper eadem Pragm.* vbi ex
51 hoc infert, quod talis officialis poterit ex hoc capite allegare ſuſpectum officialem cõſanguineum illius inquiſiti, contra quem functus fuerat officio fiſci patroni, & reſpondet obiectis *Farinac. de indit. & tortur. quæſt. 29. nu. 65.* nam
52 fiſci patronus in hoc æquiparatur aduocato priuati, qui in eadẽ cauſa pro-
53 hibetur eſſe iudex, *ad text. in l. qui præeſt, ff. de iuriſd. om. iud. & tex. in l. ſi. C. de Aſſeſſor.* vbi dat rationem, ne affectionis ſuæ, vel aduocationis memor, incorrupti iudicis non poſſit nomen proferre, *& vtrobiq; Doct. Lanfr. in cap. quoniam contra, verſ. recuſatio, de prob. Vincent de Franc. dec. 87. nu 38.* & faciunt tradita in prima difficultate per nos propoſita in præſenti deciſione idque procedit, nedum ſi clare propalauerit votum, *vt dixerunt*
54 *Abb. Imol. Innoc. in ca. irrefragabilis, verſ. exceſſus, de offic. ordin. Curt. & alij, in l. Prætor, ff. de iuriſdict. omn. iud. Rimin. iun. conſil. 100.* verum etiam, ſi interuenerit in colle-
55 gio, ſeu conferenda, & votum ſuum non ita aperte declarauerit, vt alias iudicauit Conſiſtorium de menſe Octobris 1600. pro Ioan. Franciſ. Maſtiani, contra Marium Teſtai, *ad textum, in l. obſeruandum, ff. de offi. prætor, ibi, (animi motum) & text. in l. vbi falſi, C. ad leg. Cornel. de falſ. Decian. reſpon. 26. numer. 9. lib. primo,* quod tamen minime procedere pote-
56 rit, ſi collegium non fuiſſet detentum pro illa eadem cauſa, ſed pro alia ſimili, *ad not. per Vincen. de Franciſ. deciſ. 87. numero 18.* vbi facit mentionem de cauſa ſimili, quæ acciderat in perſonam
57 D. Vincentii Maſtrilli, Regii Conſi-

Digitized by Google

liarii patrui mei, ac Doctiſſimi Viri.
58 Septimo fuit dubitatum, ſi iudex
qui litigauerit cum eo, qui litigat co-
ram illo, poſſit recuſari? & fuit iudica-
tum, quod ſic; pro D. Aleonora de
Moncata de anno 1604. *ſecundum Rip.*
in c.1.n.15. de iudic. Maran. d.par.6. act.2.n.
47. Carauit. ſup. Rit. 288.n.32. Viui. dec.363.
quod refert, & ſequitur Carol. de Graſ. d. ex-
cep.24.n.80.
59 Octauo fuit dubitatum, ſi iudex, qui
alias iudicauit in cauſa ſimili, poſſit re-
moueri, vt ſuſpectus; & affirmatiue cō-
cludunt *Franc. Aret. conſ.29.nu.52. Innoc. in*
d. cap. irrefragabilis. in pr. Capic. Deciſ.146.n.
1. & 4. vbi nouiſſime Addit. Rebuff. in tit. de
recuſat. art.9.n.32. Marcheſan. in tract. de Cō-
miſſio. ſeu reſcript. comiſ.3.c.1.n.30. & ſeq. Ca-
rol. de Graſſ. d. except.24.n.109. Caualc. Deciſ.
38.n.114. li.2. Rim. iun. conſ.336. vol.3. ſicut
60 in ſimili quando iudex in primo iudi-
cio cauſam terminauerat, ſi ſit creatus
iudex appellationis, non poterit in ea-
dem cauſa iterū iudicare, *Menoch. de Ar-*
bit. caſ.458.n.14. Marc. Ant. de Amat. dec.14.
61 etiam quod factæ fuerint nouæ proba-
tiones, quia præſumitur, quod debeat
multum fauere ſuæ ſententię, & vna ſi-
mul, quod declarauit opinionē ſuam,
præſumitur habere vnum, & eundem
animum, & ſtultum eſſet dicere quod
vnum animum habuerit, reſpectu vni-
us perſonæ, & alium reſpectu alterius.
Aret. vbi ſupra, qui adducit aliud ſimile, quod
62 ſi ordinarius iudex vel delegatus liti-
garet, vt priuatus, cauſam conſimilem
coram alio magiſtratu, cauſæ ſibi
commiſſæ, poterit recuſari vt ſuſpe-
ctus, *Viu. d. deciſ.363.n.6.*
Eſt tamen aduertendum quod de
iure arbitrio iudicis remittitur, ad co-
63 gnoſcendum, quando cauſa ſit ſimilis,
quod ego intelligerem, quando par
ſubeſſet ratio, *ad text. in l. qui liberis, in pr.*
de vulg. & pup. & tex. in l. quæritur. ff. de ſtat.
hom. Bal. in l. illud, col.2. C. de ſacroſ. eccl. Dec.
conſ.526.n.11. Crauet. conſ. vlt. n.9. & Menoch.
poſt multos relatos de Arbit. iud. caſu 84.n.7.
& per totum, & in terminis ſuſpitionis dixe-
runt Abb. in c. cauſam, de iudic. & Franc. in d.
c. poſtremo, n.20. caſ.25. de appellat. quia nō
omne ſimile eſt idem, & in vna cauſa
poſſūt eſſe plura capita, ex quibus mi-
nime poterit arbitrari, ex quo capite
iudex fuerit motus ad iudicandum; id-
eoq; iudicis arbitrium debet in hac eſ-
ſe valde moderatū, & ſecundum præ-
dicta fuit ſemper practicatū in Regno,
& iudicatum, & præcipue per Conſi-
ſtorium, pro Vincentia la Canniez, cō-
tra Don Auritium de Bononia, vbi fue-
runt iudices vt ſuſpecti declarati, quia
nedum conſtabat de cauſa ſimili, ſed
etiam iudices in eodem inſtanti, quo
fuerant recuſati, cauſam terminaue-
rant, quod quidem etſi per Pragmati-
cam permittatur in ſupremis Tribuna-
libus, prout erat Conſiſtorium, tamen
64 augere videbatur ſuſpitionem. *ad not.*
per Menoch. conſ.865. lib.9. Oſaſc. deciſ.84.n.
11. D. Ioan. Bapiſt. Coſta, de fact. ſcient. vel i-
65 *gnor. inſpect.85.n.37. Cent.1.* non omittam
dicere, quod aſſertioni iudicis decla-
rantis ſe cauſam ſimilem votaſſe, cre-
dendum non eſt, ſi de alio non con-
ſtet, *ad not. per Rebuff. tit. de recuſat. art.1. gl.*
3.n.2. & nu.3. vbi reddit rationem, quia
66 cauſa ſuſpitionis eſt alleganda, & pro-
banda, *& faciunt verba Prag. ibi (che queſto*
appara per atto) & ita fuit iudicatum per
D. Bla-

Digitized by Google

D. Blaſio de Siluia, contra Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Archiepiſcopum Panormitanum de anno 1600.

67 Nono fuit dubitatum *ex verbis Pragmat. prim. eodem tit. de recuſatio. ibi (de nouo emerſerit)* quando dicatur poſt collatam cauſam, ſuſpitionē iudicis de nouo emerſiſſe. Et dicas, quod non ſufficiet id de nouo ad notitiam partis perueniſſe, ſed quod de nouo poſt collatam ipſam cauſam ortum habuerit, *ſecundum Bal. in l. ſi quis teſtibus, n. 1. C. de teſtibus, per illum tex. ibi, (niſi oſtenderit inimicitias inter ſe, & illos poſtea emerſiſſe) & tex. & ibi gl. & Bar. in l. de ætate, §. ex cauſa, ff. de interrog. act.* nam ſi aliter diceretur, nūquam Prag. locum haberet, quia litigantes pro dilatandis cauſis ſemper fingerent, quod cauſa iam collata, ſuſpitionis cauſa ortū habuerit. Et prædicta confirmantur, cum regulariter
68 ſuſpicio non poſſit de iure proponi, niſi ante litem conteſtatam, *ad tex. in d. l. apertiſſimi, C. de iudic. & l. fi. C. de except. Franc. Mar. dec. 775. lib. 1. Mynſing. Obſeruat. 59. Cent. 4. Gail Obſeru. 38. n. 11. D. Maſul. ad Capic. dec. 145. Rebuff. ad Conſtitu. Galliæ, art. 1. gl. 2. D. Carol. Tap. tit. de ſuſpit offic. c. 217. n. 1. (fol. mihi) 85. Craſ. qui teſtatur de communi, lib. 2. Commu. opin. ca. 8. q. 14.* quando tamen perueniſſet ex poſt facto ad cognitionem recuſantis, licet antea or-
69 tum habuiſſet, tunc poſſet proponi vſque ad ſententiam excluſiue. *Mynſing. Obſeru. 59. num 22. Centur. 4. Rebuff. in loco ſup. citato, Couar. d. c. 26. n. 3. Azeued. ad l. 1. ti. 16. lib. 4. noua recollect. nu. 33. Lancellot. de attentat. poſt recuſat. indic. c. 6. n. 16. & 59. Carol. de Graſſ. except. 24. n. 20. & ſeq. Io. Maria Rim. conſ. 469. ſub n. 3. & ſeq. Ioā. Bapt. Coſt. de fact. ſcien. vel ignor. diſtin. 89. nu. 5. Cent. 1. Aſin. de execut. c. 200. n. 3. (fol. mihi 74) Craſ. d. q. 14.* vbi ait, ꝙ iſto caſu debeat iurari,
70 ꝙ cauſa ſuſpitionis ſibi de nouo ſuperuenit, & quod hæc limitatio eſt vera abſq; controuerſia, *Paciā. de prob. c. 45. n.*
71 *87. li. 2.* & ſtatutū debet aliquid operari vltra ius cōmune, *Bal. in l. 3. §. ſi rem, ff. de leg. 3. Cremenſ. Sing. 129. Menoc. conſ. 5. n. 5. &*
72 *conſ. 323. n. 147.* & licet poſſit euenire, ꝙ non perueniſſet ad cognitionem litigantis, tamen ſtatutū præſupponit ſcientiam ſaltē præſumptam, ſi cauſa erat antiqua, tanto magis, qa tenebatur perſcrutari, quo non facto, erat in culpa, & præſumitur ſcientiam habuiſſe, *l. qui cū alio, ff. de reg. iur. l. 3. ff. de fideiuſſ. Rui. cōſ. 6. ſub n. 8. li. 4. Maſcar. Concl. 331. n. 38.* & ſecundū prædicta fuit iudicatum in M. C. & per Tribunal Conſiſtorii de menſe Martii 1607. inter Innocentiā Cino, & Antoninum Cauarretta, in cauſa ſuſpitionis D. Georgii Faia collegæ mei, ꝗ vti iudex d. Tribunalis, alias cauſam terminauerat, & exinde eandem mecū iudicauerat via reſtitutionis in integrū, & idem fuit iudicatum per Ill. Præſidem de Xirotta, & D. Don. Antonium, Romeo Iudicem d. Tribunalis, ꝑ Vincentio la Canita, contra Don Auritium de Bononia, declarando cæteros iudices inſuſpectos, quia adparebat, ꝙ recuſatio, licet petita fuerit poſt collatam cauſam, tamen ortum habuerat eodē die, nam cauſam ſimilem determinauerant de anno 1606. licet non omittam quod alias fuerit contrariū iudicatum, & ſeruatum in M. C. quod ſuffici-
73 at, quod ſit orta cauſa, vel ſciētia ex notitia ipſius cauſæ, *ex Ruyno, in conſil. 6. in fin. volum. 4. Lancellot. vbi ſupra, & Couar.*

Digitized by Google

pract.queſt.cap.26.num.3. vbi ſubdit, qua-
74 liter facienda erit probatio ſuſpitionis in caſib. prædictis. nam ob id poſt concluſum in cauſa nō admittitur re-
75 cuſatio, quia cenſetur partim conſentire in iudicem, & remittere ſuſpitionē; vnde ceſſante iſta ratione ex ignorantia, debebat ceſſare eiuſdē Pragma-
76 ticæ diſpoſitio, ignorans enim non poterat dici ius ſuum remittere, & in aliū conſentire. *c.Paſtoralis, de excep.& tradunt omnes, in c.inſinuante, de off. deleg. & in ſpecie dixit Spec.in lib.1.tit. de recuſat. quando fie.poſſ.nu.2.& Bertach.in verb. recuſatio iudicis ordinarij.*

Decimo dubitatum fuit, ſi poſſit re-
77 cuſari vt ſuſpectus D.Prorex in Regno; & Ant.de Ball. vir quidem doctiſſimus inter noſtrates, *in Comment.ad d.pragm. lib.5.varior.tract.crim.num.26.* dixit quod in Regno conſueuit recuſari, prout teſtatur ſeruatum fuiſſe in perſona Illuſtriſſimorum D.Ioan.de Vega, Ducis Medinacelli, Ducis Terrenouæ, Comitis Albæ, Marci Antonii Columnæ, & Marchionis Hieraci, & ego vidi in perſona Illuſtriſſ. ac Excellentiſſ. D. Marchionis Viglenæ, qui fuit recuſatus per Illuſt.D.Duciſſam Biſbonæ; & ſimiliter fuerunt recuſati ex eadem ratione Illuſtres Præſides, & Conſultor, & Sp. Iudices M. C. qui fuerant dati iudices in cauſa, & propterea ne cauſæ trahe-rentur in infinitum, mandatum fuit dictis Illuſtri. Præſidibus, & Conſultori, vt darent eorum vota eidem Excellentiæ ſuæ abſq; figura iudicii, ſi caſu, quo Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. D. Prorex
78 eiſet in aliqua cauſa ſuſpectus, Conſiliarii, & cæteræ perſonæ huius Regni poſſent recuſari vti ſuſpecti, & die 31. Auguſti 1607. fuit per eoſdem Iudices votatum, quod nō: dummodo de cauſis non fiat relatio ipſi Excellentiſſimo Protegi, & in eius executionem fuit cauſa commiſſa Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ.D.Inquiſitoribus, vt abſque aliqua relatione facienda, cauſam determinarent; & cum de eadem cauſa recuſationis fuiſſet conſulta Catholica Maieſtas, fuit cum voto ſupremi Conſilii idem determinatum per Regales literas datas Madrid, ſub die 14. Decembris 1607. declarando Conſiliarios nō eſſe ſuſpectos recuſato Prorege, & quod ipſe D. Prorex deleget cauſam M. R. C. quæ prouideat ſecundum iuſtitiam, abſque eius interuentu, & quia cauſa erat feudalis fuit auocata via recognoſcendi vna cum votis, & iuſtificationibus vt per alias Regales literas datas Lermæ die 25. Iulii 1608. quæ fuerunt in Regno executæ vigore actus redacti penes acta M.C. ſub die 13. Nouembris 1608. fundatur dicta prouiſio, quia Præſes Prouinciæ poteſt re-
79 cuſari *ad text.in l. Senatuſconſulto, de offic. Præſid. & in l. qui iuriſdictioni, ff. de iuriſd. om.iudi.* & in Prorege Neapolis, *conſuluit Port.Imol.in conſ.91.vol.2.* de Præſide Caſſinenſis ordinis, *reſpondit Menoch.conſilio 94.vol.1.* in Conſilio prouinciali idem *Menoch. caſu 458.de Arbi.iudic.centu.5.quem ſequitur Ioan.Iacob.Laurent.in tracta.de iudic.ſuſpect. cap. 3. num. 11. cum ſeq.* in Gubernatore Peruſiæ decidit *Ioſeph. Ludouic. deciſ. 108. lib.2.* in Præſule Regnorū Caſtellę, *dixit Azeued.in tit.de las recuſationes, nu.16.noua recompil.* In tantum q, ſecundum eos & alios quos refert, & ſequitur *Caualcan. deciſ.*

deciſ.28.num.111.lib.2.& Menoch.d.caſu 458. nu. 16. cenſentur ſuſpectio omnes offi-
80 ciales eiuſdem prouinciæ, *ad textum in l.1.C.ſi qua præd.poteſt, cap.quod ſuſpecti. 3. q 5.in fin. Doct. in c.1.de iudic. Decian.conſil. 26.lib.1.Rol.à Vall.conſ.19.lib.3.Brun.conſ.31. num 9.idem Menoch.in 2.reſpon.cauſa Vinarienſis num.90.& 91.Cabed. Deciſ.64.nu.3. part.1 Lancellot.de attent.poſt recuſat.n.44. Doctor Marta, voto 142 n.5. Quintil. Mandoſ. in ca.quoniam contra, num.169.de prob.* Nihilominus dictum fuit, quod contrariam opinionem tenuit *Ripa, in d. c.1. de iudic.* nam licet ſit ſuſpectus Prorex in
81 determinando, non tamen erat ſuſpectus in delegando aliis cauſam, *ſecundum Caſtr. Dec. & alios, in l prætor, & l.qui iuridictioni, ff.de iuriſd.om.iud. Bar.in Auth. Clericus, C. de Epiſc. & cler. Menoch. de arb. caſ.458.num.19.& in d.reſpon.2.n.91.Lancell. vbi ſupr.num.52.Capic.deciſ.173. nu.10. circa medium.* vbi dicit, quod remedium tutum eſt in caſu, quo ordinarius officia-
82 lis eſſet ſuſpectus, vt ipſe cauſam alteri
83 deleget, quo caſu ſubſtitutus non erit ſuſpectus, niſi alia cauſa emergat contra eum, nec poterit recuſari ex perſona ſubſtituentis, *ſecundum Spec. de recuſat. §.effectus recuſationis, num.34.* prout
84 dicitur de Vicario, qui non eſt ſuſpectus in cauſa, vbi Epiſcopus eſt ſuſpectus, *Cardin.in Clem.2.num.9. de Reſcript. Felin, in cap.inſinuante, extra, de off.deleg.* & ita fuiſſe iudicatum teſtatur *Lancellot.in loco præalleg.nu. 48.* Item procederet ſu-
85 pradicta Concluſio ex aduerſo allegata, *ſecundum Rip.in d c.1. num.41. in fin.* vbi Caput Conſilij amoueri non poſſet, quia totum Conſilium amoueretur, nam tunc ſi caput eſt ſuſpectum, totum Conſilium redditur ſuſpectum, quia à capite ipſo totum Conſilium pendet, & capite amoto, non datur Conſilium: ſecus tamen, ſi caput Conſilij amoueri poſſet, prout erat in Prorege, vel Præſidibus noſtrorum Tribunalium, & Conſilium ipſum ſubſiſteret, quia ſuſpecto capite, non redditur ſuſpectum totum Conſilium, quandoquidem poteſt illud amoueri, & ſi opus eſſet, aliud loco illius ſubrogari, *& ita firmat Menoch. declarando contrariam Concluſionem in d. caſu 458. num. 19. & ſub-*
86 *dit nu. 20.* quod Præſide Senatus ſuſpecto, totus Senatus ſuſpectus non redditur, cum amoto Præſide illo, remaneat Conſilium integrum, quod diffinire cauſas poterit. & ita ego determinaui in quadam cauſa ſuſpitionis contra Gubernatorem Comitatus Moac. licet alias non me lateret, quod audita ſuperficie concluſionis cōtrariæ, aliud fuerit ſeruatum, & præcipue pro Barone Veriæ, & aliis, & facit ratio euidentiſſima: quia aliàs cauſæ dilatarentur in
87 infinitum, & hæc recuſatio ad effectum validitatis iudicii, debet proponi coram ipſo Prorege, licet ſecus reſpectu cognitionis ipſius recuſationis, quo caſu proponenda eſt coram D.Rege, *ad tex.in d.l.qui iuridictioni, & ibi Caſtr. numer.11.* quia ceſſat iuriſdictio ipſo iure propoſita recuſatione, *cap. cum ſpeciali, de app.& ibi Doct.*

Vndecimò dubitatum fuit, ſi pœna, quæ per Pragmaticam eſt applicata pro dimidia parte fiſco Regio, & pro alia dimidia, parti, ſi habeat locum in cauſa, quæ agitatur cum Ærario Baronis non habentis merum, & mixtum

imperium, adeo, vt ipſi ærario compe- tat dimidia, quæ deberetur parti, & af- firmatiuè determinaui in M. C. prout aliàs in eadem cauſa fuerat per præde-
88 ceſſores pronunciatum, quia ærarii iſti de iure nominantur quæſtores, *ſecun- dum Lucã de Pen. in l. prima, C. de quæſto. lib. 10 Carauit. Rit. 45.* quorum officium eſt exigere introitus Baronum, ita quod dicuntur habere liberam procuratio- nem à lege, *Fran. Marc. deciſ. 207. par. 2. vbi latè,* & durant per annum, eoq; elapſo non poſſunt confirmari, prout fuiſſet iudicatum in Conſil. *teſtatur Capiblan. Pragm. nu. 68. & ſeq. de Baron. & eorum offic.* vbi multa tradit in materia, & ſic in to- tum reputabatur pro parte priuata.

Duodecimò fuit dubitatum, ſi pro-
89 poſita recuſatione, & cauſa, non pote- rit probari, vel aliàs pars nollet eam proſequi, an exceſſione articuli ante latam ſententiam euadat pœnam con- tentam in Pragmatica? & quod ſic, tra- dit *And. in ca. 1. in verb. pœnam, in addit. Quæ ſint regal. quem ſequitur Vinc. de Anna, in c. 1. num. 249. de vaſall. decrep. ætat.* ſed durum erit hoc obtinere in practica.

Decimotertiò dubitatum fuit, quid
90 dicendum in Actuariis, an requiratur recuſatio cum qualitatibus requiſitis per pragmaticam? & dicas, quod ſolo iuramento recuſatur, *Afflict. in Conſtitut. Iuſtitiarij per prouincias, nu. 1. Francus in d. c. cum ſpeciali, nu. 43. de appellatio. in 6. Rebuff. tit. de recuſat. art. 9 gloſ. 1. num. 4. Vincent. de Anna, Singul. 489.* vbi ait, quod ita ſerua- tur, & ita ego pluries ſeruaui, & ſerua-
91 ri vidi, licet Magiſter notarius M. R. C. in Regno habeat ſuper hoc literas Vi- ceregias, & alia decreta, quod non poſ- ſit recuſari, niſi ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ, & quod eo declarato ſu- ſpecto, non poſſit eligi magiſter nota- 92
rius, niſi perſona de eius Archiuio ad inſtar ſimilis decreti exiſtentis in Re- gno Neapolitano, *de quo meminit Ioan. Anton. Bot. in addit. ad Afflict. in d. conſtit. Iu- ſtitiarij. de iuſtitia Aſſeſſ.* quod eſt confor- me diſpoſitioni iuris communis, nam quando Magiſter notarius eſt perpe-
93 tuus, non poterit mutari, *ſecundum Doct. in l. 1. de ſportul. Boer. deciſ. 258. num 15. & 16.* eoque magis, quia officium fuerat ei venditum, & propterea omnes pro- uentus officij pertinebant ad empto-
94 rem, qui quidem nedum erant illi qui pertinebant ad laborem, *Surd. conſil. 42. lib. 1.* ſed illi qui ſpectabant ad fructus iuriſdictionis, & officii, qui non inhæ-
95 rent perſonæ laboranti, ſed poterant vendi, & legari, vt de fructibus proto- collorum, & de fructibus iuriſdictio- nis, *poſt alios dixit Surd. conſil. 575. num. 2.*
96 *& 4 volum. 4.* & in prouentibus benefi- cii eſt *tex. in cap. querelam, extra Ne prælat. vic. ſuas, vbi Bald.* & ita pluries fuit iudi- catum, & præcipue Don Antonij Au- telli, Magiſtri notarii Regiæ Cancella- riæ, quia in eius locum fuit per Illu- ſtriſſimum D. Proregem nominatus alius, ita quod prouentus acquirantur ipſi de Autello; Item in recuſatione d. magiſtri notarii M. R. C. ad inſtantiam Don Franciſci de Bononia, cum ea- dem clauſula, tam per M. R. C. quam per Conſiſtorium, & licet in cauſa prædicta non fuerit ſeruatus ordo Pra- gmaticæ, illud euenerat, quia recuſatio erat notoria, nam lis agebatur cum
97 matre, *ſecundum Specul. tit. de iudic. deleg. §. ſupereſt,*

Digitized by Google

ſupereſt, Franc. Marc. deciſ. 708. n. 3. lib. 1. Boer. d. deciſ. 258. nu. 3. & in fortioribus termi-
98 nis aliàs fuit determinatum, quod nec poteſt eſſe filius Magiſter notarius in cauſa, in qua pater erat procurator, quia non eſſet ſine ſuſpitione, *vt refert Lanfranc. de Orian. in d. cap. quoniam contra, num. 562. de probat.* ſic etiam refert fuiſſe deciſum *quadam Apoſtilla ad pragm. Regni Neapol. ſub tit. de ſcrib. poſt Conſtitut. Regni, ſol. (mihi) 473. & dixit Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 20. requiſ. 16. ſub num. 14. verſ. & hinc eſt*, & ideo in notorio permanente non requirebatur ordo, nec iudicium, *ſecundum Oldrad. conſil. 302. in fin. Bald. conſilio 502. num. 3. verſic. nam in notorijs, lib. 5. Bellam. conſil. 40. part. 1. Viui. deciſ. 331. nu-*
99 *mer. 3.* maxime in Regno, vbi quotidie in variis cauſis Principi notis, ſoleant remoueri iudices, & alii ſubrogari de eodem Tribunali.

SVMMARIVM.

1 *Inofficioſi teſtamenti querela quando detur fratri, inſtituta turpi perſona.*
2 *Text. in l. ſi fratres, C. de inoffic. teſtam. declaratur.*
3 *Spurij turpes perſonæ appellantur.*
4 *Naturales filij turpes perſonæ dicuntur, amplia, vt num. 5.*
6 *Pater poteſt relinquere filijs naturalibus.*
7 *Filij naturales quando dicantur, & numer. 8.*
9 *Filij ex vidua dicuntur nati ex punibili coitu, intellige, num. 26. & 27.*
10 *Filij nati ex damnato coitu, nil capere poſſunt à parentibus.*
11 *Pater exiſtentibus filijs legitimis, quid relinquere poſſit filijs naturalibus, & numer. 12. amplia etiam de iure Canonico, num. 13.*
14 *Text. in Auth. licet, C. de natural. lib. communiter declaratur.*
15 *Naturales nati ex meretrice, ſuccedunt ex teſtamento patris, & num. 16.*
17 *Naturales dicuntur filij nati ex ſoluto, & ſoluta, & num. 19. 20. & 21. & ſucceſſibiles dicuntur, num. 18.*
22 *Ius Canonicum magis abhorret concubinatum, quam ſimplicem fornicationem.*
23 *Concubinatus de iure Ciuili prohibetur.*
24 *In Regno proceditur ſola facti veritate inſpecta.*
25 *Filia nata ex moniali, dicitur ſpuria.*
26 *Filia beneficiati, vel Subdiaconi, eſt ſpuria.*

ARGVMENTVM.

Filius quando dicatur naturalis, & ſucceſſibilis ex teſtamento patris.

DECISIO CLII.

1 QVerelam inofficioſi teſtamenti fratri, & ſorori competere, quando in teſtamento fratris, vel ſororis eſt inſtituta turpis perſona, *dixit text. in l. fratres, C. de inofficio. teſtament. & ibi Docto. §. ſoror. Inſti. eod. tit. hoc idem tenuerunt Dec. in conſil. 530. Bero. conſil. 54. nu. 12. lib. 2. Vaſq. de ſucceſſio. lib. 1. § 10. num. 579. Theſſau. deciſ. 126. Maluaſ. conſ. 24. Honded. conſ. 47. vol. 2.*
2 & licet text. alternatiue loquatur, ſcilicet, quod ſit inſtituta aliqua turpis, vel infamis, vel leui macula aſperſa, tamen ſufficit in inſtitutione, vnam ex illis tribus qualitatibus concurrere, *ſecundum Decian. in d. conſil. 330. Bero. in cap. in præſentia, n. 332. de proba. Ioan. Fab. in §. ſoror, n. 2. & 3. Inſtit. de inoff. teſtam. Anchar. ium. in quæſt. famil. 36. nu. 3. lib. 3. Maluaſ. d. conſ. 24. num. 57. cum ſeq. & Honded. d. conſ. 47. vol. 2.* ideoq; videbatur ex prædictis iuxta petitionem factam per ſororem in M. R. C. ſuper querela inofficioſi teſtamenti conditi per fratrem, inſtitutis heredib⁹ filiis

Digitized by Google

filiis naturalibus,& ſpuriis,natis ex damnato coitu, ne dum quia ſpurii, qui
3 turpes perſonæ appellantur, ex *Alexan. in l. ex facto,in prin.num.2.ff. de vulg. & pup. Affl.lib.2. Conſtit. Regni, Rubr. de pugn.ſublat.num.7.Io.Lup.in cap.per veſtras,§.10.n.9. Anchar.d. quæſt.36. & poſt alios Honded.d.*
4 *conſil 47.* verum etiam, quia naturales, qui pariter turpes perſonæ nuncupantur, *Azo in Summa,tit.ex quibus cauſ.infam. irrog. num,4. & 5. Caccialup. in repet. l.admonendi,num 5.de iureiur.Bero.d.cap.in præſentia,num.131.Curt.iun.conſil.37.nu.3.lib.1. Anchar.quæſt.36.num.5.& ſeq.Maluaſ.conſil. 24.nu 32.vſq; ad fin. Honded.conſ.47.nu.24. Gabr.conſ.30.num.2.lib.2.Rot.Rom.dec.505.*
5 qui omnes ampliant in quolibet illegitime nato, & eſſe communem opinionem teſtatur *Theſſaur. d. Deciſio. 126. num.6.*

Nec obſtabat, quòd in caſu, de quo agebatur, filiæ inſtitutæ erant natura-
6 les tantum,quibus recte pater poterat relinquere, & eas hæredes inſtituere, *ad text.in l.matre,C.de natural.lib.& Auth. Licet,& ibi gloſ.* quam communiter approbatam eſſe dicit, *Vaſq. Controu.illuſtr. perſon.lib.3 cap.102.n.18.* nam dictum fuit, quod illæ erant naturales improprie,
7 & largo modo ſumptæ, & ſic non de illis,de quibus iura intellexerunt, vbi concurrere debent illa requiſita,quod ſint nati ex concubina domi retenta vxorio affectu, proteſtatione mediante, quod ſit ſoluta cum ſoluto, quod ſit libera,& quod ſit talis, quod cum ea potuiſſet contrahi matrimonium, *ſecundum Bart.in l.fin.ff.de his quib. vt indign. Dd. in l.fin.ff.de concub.Gramm.vot.4.Rip.in l.ex facto,§.hæres,ff.ad S.C.Trebell.Alex.conſ.147. lib.5. Ruin.conſ.119.num.11.lib.3. Maſcard.de probat.Concluſ.341.Surd.de alimen.tit.1.q 9. num.10.& in conſil.303.nu.28.29.& 30.vol.3. Natt.conſ.421.lib.2.& conſil.623.nu.7.lib.7. Menoch.conſ.60.num.3.vbi dicit communem, & conſ 283.nu.10.lib 3. & de præſumpt.lib.6. præſumpt.54. latè Honded.conſil.68.lib.1.Caualcan. deciſ.10. part.3.* in tantum,quod ſi aliqua ex prædictis qualitatibus defi-
8 ciat,non dicuntur naturales,ſed ſpurii incapaces,& in ſucceſſibiles, *ſecundum Bart.in d.l.fin.De his quib.vt indign.& determinauit Rot.Roman.deciſ.254.lib.2.* eo maxime, quia in caſu iſto mater erat vidua, vt ipſe teſtator aſſerebat in teſtamento, & ſic ex damnato, & punibili coitu, quia committitur ſtuprum, *ad*
9 *text.in l.ſtuprum,ff.de adulter Gramm.d.vot. 4. Maſcard.d.concluſ.341. Surd. de aliment. tit.1.quæſt.9.& 10. Honded. conſil.68. num.9.*
10 & à parentibus nihil capere poſſunt, ſecundum communem, de qua per *Molin. de primog. Hiſpan.lib.2.cap.11.nu.27. cum ſequent.* Sed pro parte filiarum di-
11 cebatur, quòd licet pater exiſtentibus legitimis liberis non poſſit in teſtamento filiis naturalibus,& eorum matri relinquere, niſi duodecimam partem bonorum, *ad text. in d.l.matre*, ve-
12 rum deficientibus legitimis liberis poterat pater eas hæredes inſtituere, *d. Authent. Licet, communiter approbata, Rip. in l.ſi vnquam, in verbo ſuſceperit liberos, q. 28.nu.78.C. de reuoc. donat.* & quod ita tenent omnes, *dixit Pariſ.conſ.1.nu.28.lib.2. Burſat.conſil.83.num.1.vol.1. Peregrin.de iur. fiſc.lib.3.tit.8.num.1.Gomez in l.11.Taur.n.5. Roland.conſ.85. num.1. vol.2. Craſſ de ſucceſſ. in §.inſtitutio. quæſt.7.* vbi ait, quod hæc
13 opinio hodie non eſt immutata, ſed procedit

Digitized by Google

13 procedit etiam de iure Canonico, *ſecundum Hoſtienſ.& alios communiter, in ca. lator,& c.tanta,extra,qui fil.ſint leg. Roder. Suarez,in l.1.foro,tit.de todo home.n.10.in fi.*
14 *& nu.12.verſ. & tene, quia expreſſe*, & ſubdit, quod *d. Authen.* diſpoſitio ſeruatur hodie in vſu, & practica, *vt dicunt Ang. Salyc.& Alber.ibi, Pariſ.conſ.14.n.15.lib.2. Caual.in Specul.commu.contra cōmu. q.565. n.4.* ideoq; procedit in naturalibus na-
15 tis ex ſoluto,& ſoluta, etiam meretrice, vt de communi opinione teſtatur *Rol. d.cōſ.85.vol 3. Burſat. conſ.6.n.7.vol.1.*& fuiſſe iudicatum refert *Craſ.in d.§.inſtitutio, quæſt.7.n.3.&* ſecundum prædicta iudicauit M.R.C. & fuit ſententia confirmata per Conſiſtorium pro Ioannella Caluagno, contra donnam Lauream Ruffito, de menſe Auguſti 1602. Et ad contraria dicebatur, quod ex prædictis ceſſabat querela inofficioſi teſtamēti, cū inſtitutio facta fuerit in perſonam
16 filiorum naturalium tantum, qui de iure ad ſucceſſionem paternam admittebantur, Nec obſtare videbatur, quod in eis non concurrebant requiſita ve-
17 ri concubinatus, *etenim Bald.in conſ.129. li.2.* dicit, quod filii naturales etiam dicuntur ſecundū vulgarem conſuetudinem,& communem vſum loquendi omnes filii nati ex ſoluto,& ſoluta, ideoq; non attenta iſta iuris ſubtilitate, quoad Deum, qui iudicat ſecundum veritatem, iſti tales ſunt naturales, &
18 proinde eſſe capaces ſucceſſionis, concludit ſtante communi vſu, ad quem trahitur ius Ciuile, vt in puncto eandē ſententiam confirmarunt *Iaſ.conſ.51.lib. 3.Hier.Gabr.conſ.29. lib. 1. & conſil.140. numer.22.* qui dicit Rotam ita tenuiſſe in diuerſis cauſis.*Bero.conſ.165.lib. 2. Berett. conſil. 90. & conſil. 117.* vbi latiſſime ait hanc opinionem eſſe veriorem, & receptiorem.*Crauet.conſ.166.numer.9.& 10. Rim.iun.conſil.187.num.82. cum ſeq. & conſ. 215.numer.76. & 77. lib. 2.* qui reſpondet contrariis.*Paul.Lancellot. inter conſ.vltim. volum.conſ.176.num. 52. lib. 1. Caphal.conſil. 48.numer.18.cum ſeq.Alphan. in Collect. 957. Surd.conſil. 355.nu. 55.lib. 2.* vbi hanc eſſe crebriorem opinionem, ait *Alciat.lib.4. Parerg.cap.5.Peregr.d.tit.18. numer. 20.* vbi ſubdit pluries fuiſſe deciſum pro hac opinione, & in *tractat. de fideicomm.art. 27.num.86.verſic. & ita eſt de ſtricto iure, & art.28.num 49.verſ.item nati. Eugen.conſil. 52.num. 44. Paſcet.conſ. 72. & de communi teſtatur Rol.conſ 74.lib.2. & d.conſ.85.lib.3. Craſ.in d.quæſt.7.num. 7.* vbi ait hanc opinionem receptam eſſe de conſuetudine.*Couar.lib.4.Decretal.2 par.capit. 8. §.4. num 3. Palæot.de Not.cap.40.* vbi ait, quod etſi natus ex duobus ſolutis, alio non concurrente, poſſit videri de ſubtilitate iuris Ciuilis non eſſe naturalis, non
19 tamen erit incapax, ſaltem ex patris teſtamento, cum iura Ciuilia repellant tantum natos ex damnato coitu, & ibi multis rationibus, & authoritatibus comprobat *Iacob. Aemil.in conſ.31. per totum,& expreſſe determinauit Rot. Rom.in*
20 *nouiſſ.1168.lib.3.* maxime in caſu iſto, vbi pater naturales filios nominauerat, *ſecundum gloſ.in ca. Michael,de fil.presbyt. Beret.d.conſil.117.num.19.Roder.Suarez. in d.l. 1.tit. de todo home.poſt allegationes ſuas, n.5.* dicens, quod dum erat aduocatus, ſēper vidit ita pronunciari in fauorem filiorum naturalium, quando erant nati ex ſoluto, & ſoluta, licet ſupradi-

Digitized by Google

ctæ qualitates ad vnguem non eſſent
21 obſeruatæ. & facit, quia iura Ciuilia loquentia de natis ex concubina, facilius trahuntur ad filios natos ex ſoluto, &
22 ſoluta, quia ius Canonicum magis abhorret concubinatum, quam ſimplicem fornicationem, *ſecundum Paul. Lancell. in d. conſ. 176.* in tantum, quod hodie non poteſt concurrere concubinatus
23 requiſitus à iure Ciuili, tam prohibentibus inſtitutis Eccleſiaſticis, quam etiam, quia de iure Ciuili eſt prohibitus concubinatus, ita vt non poſſit concubinatus requiſit⁹ ex aduerſo, *vt ex Marzar. & Decia. refert Baiard. ad Clar. in § For-*
24 *nicatio, n. 7.* maxime in Regno, vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta, & iudex vt Deus iudicare debet, *vt dixit Franc. de Aret. in cap. dilecto, colum. 3. de iudic. Marant. de iudic. part. 4. diſtin. 9. ſub num. 32. Roland. conſil. 7. num. 31. libr. 3.* & ſic patet, quod prædicta Concluſio attento numero DD. erat magis communis, & in iudicando recepta, licet non omittam dicere, quod maior pars DD. qui ex aduerſo fuerant allegati, loquebantur in diuerſis terminis; etenim *Surd.* hanc crebriorem, & magis receptam aſſerit *in conſil. 355. num 55. qui contrarium dixerat in d. conſil. 303. numer. 28. ex aduerſo relato.*
25 Item caſus *Honded. in conſil. 68.* erat ſatis diuerſus, quia filia, quæ prætendebat hereditatem patris, nata fuerat ex moniali intra monaſterium degente, & ſic ſpuria, & ex damnato coitu orta, nec ipſe audet recedere ab opinione *Gabr. in d. conſil. 29 ſi bene aduertatur, in num. 29.* & contra eum fuit iudicatum in illo Conſilio, vt ibi notatur in fine, licet ſubdat fuiſſe ex cauſa legitimationis facta inſtante patre, de qua in Conſilio nil diſcuſſum. *Item Caualcan.* loquitur etiam in damnato, & punibili coitu, &
26 eodem modo *Rot. Roman. in d. deciſ.* nam ibi filia erat beneficiati, & Subdiaconi, & ſic ſpuria. Nec obſtabat id quod vltimo loco adducebatur ex aduerſo, quod mater iſtarum filiarum erat vidua, & conſequenter coitus fuerat damnatus, & punibilis, nam dictum fuit, quod erat nutrix, & humilis conditionis, quo in caſu coitus non erat puni-
27 bilis, *ſecundum Baldum in conſil. 206. col. 2. lib. 3. Crauett. conſil 166. ſub num. 6. Gozadin.*
28 *conſil. 21. ſub num. 5. Beret. dicto conſil. 90. ſub num. 7.* & idem erat de generali conſuetudine, *vt dixerunt Gomez. in l. Taur. 80. numer. 14. Clar. in § ſtuprum, verſic. cæterum,* & in Regno nunquam audiui tale ſtuprum cum vidua fuiſſe punitum, etiam aliqua pœna extraordinaria. Et demum, in caſu iſto concurrebant multa ex requiſitis neceſſariis de rigore illo iuris Ciuilis, eo quia mulier illa ſemper fuerat detenta vti vxor in eius domo, etiam palam, conſentientibus parentibus, item erat ſoluta cum ſoluto, & matrimonium contrahere poterant, præterea erat libera, in tantum quod ad inſtantiam ſororis facta ſibi fuerant iniunctio de non conuerſando per Curiam Archiepiſcopalem, & ſic præſupponebatur concubinatus, quæ omnia pleniſſime in proceſſu conſtabant.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum pro matrimonio debetur pro monachatu, amplia num. 5. 7. 13. 15. & 16. ratio num. 6.*

2 *Mulier*

Digitized by Google

2 Mulier nubere dicitur monaſterium ingrediendo, & num. 3.
4 Statutum puniens cognoſcentem nuptam, procedit in cognoſcente monialem.
8 Teſtator legando quando dicatur intellexiſſe etiam de matrimonio ſpirituali.
9 Legatum factum puellæ in mille, ſi contrahat matrimonium, & in centum ſi monachetur, debentur mille, & num. 10.
11 Creator eſt dignior omni creatura.
12 Patri non licet abrahiſtere filias ab ingreſſu religionis.
14 Nuptiæ ſpirituales dicuntur nuptiæ.
16 Conditio (ſi ſine liberis deceſſerit) non excludit à legato ingredientem monaſterium, ratio num. 17.
18 Monaſterium non excluditur ob conditiones ſapientes naturalitatem, & n. 20. 21. limita num 36 contra num. 28. amplia num. 31.
19 Monaſterium verbis expreſſis poteſt excludi à teſtatore, & num. 28. 30. & 32.
22 Teſtator quando dicatur cogitaſſe de monaſterio, & num. 23. 24. & 34.
25 Legatum competit monaſterio durante vita monialis.
26 Vſuſfructus non finitur per ingreſſum religionis, ſi monaſterium eſt capax, amplia num. 27.
29 Monaſterium quando habeatur loco filij, & ibi ponuntur limit.
33 Ingrediens religionem renunciat mundo.
35 Text. in §. ſed & hoc præſenti, in Authen. de ſanctiſſ. Epiſc. declaratur.
36 Ratio vitæ contemplatiuæ ceſſat in puella dotata, & intra monaſterium profeſſa.

ARGVMENTVM.

Legatum factum pro maritagio, an debeatur pro monachatu?

DECISIO CLIII.

1 Legatum relictum pro maritagio,
debetur non ſolum ſi matrimonium carnale contrahatur, verum etiam ſi ſpirituale, ſatis enim dicitur mulier nubere, monaſterium ingredien-
2 do, *ad text. in §. ſed & hoc præſenti, in Auth. de ſanctiſſ. Epiſc. & in Authent. Niſi rogati, C.*
3 *ad SC. Trebell. vbi Cy.* ait, quod non videtur eſſe ſine nuptiis, qui intrat monaſterium, *& Bald. notat,* quod nubere dicitur, qui nubit cum Domino, *& idem dicunt ibi Paul. Caſtr. & Salicet. Socin. in l. mulieri, num. 12. ff. de condit. & demonſtrat. Anchoran. conſil. 108. Natta conſil. 296. libr. 2.*
4 vbi poſt multa dicit, quod ſtatutum diſponens aliquid contra cognoſcentem mulierem nuptam, habet locum in cognoſcente monialem, quæ etiam dicitur nupta, & tanto magis ſubdit
5 hoc procedere, quando legatum factum eſſet perſonis coniunctis, prout erat hæc, nam tunc propter præſumptam affectionem, latius interpreta-
6 tur legatum, ſic pariter capi debebat iſta interpretatio, ne vita contemplatiua impediatur, *vt dixerunt Bal. Nonell. de dot. par. 6. priuileg. 77. n. 2. Guttier. pract. qq. Canon. lib. 1. c. 32. n. 20 Gram. in Conſt. In aliquib. n. 25.* vbi teſtatur ita fuiſſe deciſum. item *Molin. dicens,* eſſe de mente omniũ *de iuſt. & iur. diſput. 207. Concluſ. 1. lib. 1. Menoch. lib. 4. præſumpt. 148. Surd. conſ. 69. n. 1.*
7 *& conſ. 192. n. 19. lib. 2.* qui ampliat, etiamſi legatum relictum fuiſſet pro puella maritanda per carnale côiugium, *Sanches de matrim. tit. de ſponſal. part. 1. diſp 33.*
8 *vbi num. 30.* ponit coniecturas, quando videatur teſtator ſenſiſſe de matrimonio carnali, de quibus nulla mentio apparebat in teſtamento, de quo agebatur. *Dec. latè, conſ 5. lib. 3. qui nu. 13.* inter
9 alia mouetur, quod ſi pater legat mille pro matrimonio carnali, & minus, puta centum pro matrimonio ſpirituali, debeantur omni caſu mille. *ad textum in l. Titia, ff. de condict. & demonſtr.*

Digitized by Google

& ſic procedit etiam contra expreſſam volũtatem teſtatoris, ne monaſterium ſit deterioris conditionis, & conditio illa (ſi nupſerit) reiicitur, tanquam turpis, & impeditiua vitæ contemplatiuæ, *vt tenent Ioan. And. ad Spec. de ſtat. Mon. But. Bald. Felin Aret. & Bero. in c. in præſentia, de probat. Roman. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, col. 7. verſic. vltimo ad idem, ff. de verb. oblig. Bart. in l. 2. ff. de his quæ pœn. nom. Boer. Deciſ. 3. num. 14. Alber. in 2. p. ſtat. q. 104. Abb. in c. ecclesia S. Mariæ, colum. 31. de Conſtitut. Campeg. de dot. part. 1. q. 50. Mattheſ. ſing. 52. Tom. Ferrar. cautel 8. Marquard. de Suſan. in tract. de cœlibat. part. 1. cap 9. num. 7. Ioan. de Monteſperel. conſ 252 ſub num. 3. Turrect. conſ. 4. num 11. & ſequ. lib. 3. Doctor Marta, de iuriſdict. par. 4 cap. 80. per totum. Eman. Roder. tom. 2 queſt. regul. q. 127. art. 1. Rip. in l. 1. n. 6.*
10 *ff. ſolut. matrim.* vbi quærit etiam, an poſſit pater minuere dotem primo viro, ſi illa velit ingredi religionem, & dicit quod non, quia dicitur contrahere nu-
11 ptias cum creatore, qui eſt dignior omni creatura, *allegat Ruin. ſingul. 784.* & ſubdit, quod hæc opinio eſt verior,
12 quia non licet patri quoquomodo filias abſtrahere ab ingreſſu religionis, & ita fuiſſe iudicatum Bononiæ teſtatur, *Addit. ad Bart. in l. 2. ff. de his quæ pœn. nom. Pariſ. conſ. 67. num. 14. lib. 2. & in d. cap. in præſentia, num. 219.* vbi refert hanc eſſe communem opinionem, *Anch. quæſt. 20. num. 5. & ſequ.* ſubdens ab hac opinione non eſſe recedendum, quia eſt communis, *Honded. conſ 62. num. 16. lib. 1.* idq;
13 fortius procedere videbatur, vbi non appareret de contraria mente teſtatoris expreſſa, ut etiam concludit, *idem Menoch. in conſ. 555. lib. 6.* quia dicit ipſe in
14 *num. 7.* nuptiæ ſpirituales dicuntur nuptiæ, & ſub appellatione matrimonij venit ſpirituale; Item, quia præſumitur teſtatorem voluiſſe ſuam voluntatem eſſe iuri communi conformem, & ius commune ſtatuit, vt pariter debeatur ingredienti religionem, & *num. 12. ſub-*
15 *dit*, quod etiamſi verba legati ſignificarent nuptias temporales, tamen dicta conditio habetur pro non ſcripta, *ad text. in d. §. ſed & hoc præſenti*, quòd Conſilium valde faciebat ad propoſitum in
16 caſu iſto, vbi teſtator in eodem teſtamento aliud legatum fecerat alteri remotiori, ſiue nupſerit, ſiue ingreſſa fuerit monaſterium, ex quo colligi videbatur, dum nepti ſuæ proximiori legatum reliquerit pro maritagio, intellexerit etiam de matrimonio ſpirituali, ne vna ſit deterioris conditionis, quàm altera, *ſecundum eum, & in lib. 4. præſumpt. 148. num. 16. Roland. conſil. 35. num. 16. lib. 3.* quia non poteſt teſtator ita diſponere, vt monaſterium excludatur, & cum hac opinione vltra relatos pertranſeunt, *Surd. in d. conſil. 69. num. 1. lib. 1. Pariſ. conſ. 26. num. 36. lib. 4. Maſuil. ad Capic. deciſ. 204. Ann. ſing 303. Maluaſ. conſil. 21. num. 16.* & præallegati Dd. loquuntur in eo caſu, cum teſtator heredem inſtituit, &
17 grauauit reſtituere alteri, ſi ipſe deceſſerit ſine liberis legitimis, & naturalibus, nam ſi hæres ingrediatur monaſterium, conditio pro non ſcripta habetur, *vt expreſſè voluit text. in d. Auth. Sed & hoc præſenti, ibi, (ſi liberos ſuſceperit) & ne vita contemplatiua impediatur.* & hanc eſſe magis communem opinionem, *dixit Crot. in l. nemo poteſt, num. 107. ff. de leg. 1. Eman. Coſt. in l. cum tale, §. ſi arbitratu, n. 45. ff. de*

ff.de condit. & demonſtr. & eſſe communem, & ab ea non recedendum in iudicando dixit *Decian. d. conſil. 5. n. 13. lib 3. de magis communi Rol. d. conſil. 35. numer. 29. lib. 3. de magis communi Decian. in conſ. 674. & in d. c. in præſentia, de prob. & de magis cõmuni poſt Soc. in conſ. 269. & alios teſtatur late Maluaſ. d. conſ. 21. nu. 17.* & pariter hanc eſſe communem, & ab ea non recedẽdum refert *etiam Sfor. Odd. conſ. 19. n. 19.* & plures ateſtantes de communi, veriori, & magis accepta, eos ſequendo, teſtatur *Craſ. in §. legatum, q. 50. nu. 12. Surd. in d. conſ. 192. num. 20. lib. 2.*

Nec obſtabant verba illa adiecta legato, de quo agebant, vbi teſtator voluerat, quod puella eius neptis eſſet tamen vſufructuaria de ſumma legata, & poſt eius mortem ſuccederent eius filii nepotes, & pronepotes in infinitum, in quorum defectu vocauerat hæredem vniuerſalem modo conuentum, ex quib. verbis inferebatur, quod teſtator intellexerit de matrimonio carnali, ex quo producũtur filii, nepotes, & alii deſcendentes, nam dictum fuit, quod ob id matrimonium ſpirituale non excludebatur, quia cõiectura deberet eſſe expreſſa, & non tacita, contra eccleſiam, in qua poſſit iudex firmiter ſe firmare, ideoq; etiam, quod à teſtatore addatur aliqua conditio ſignificans naturalitatem non intelligi-

18 tur excluſum monaſterium, *ſecundum Bar. in conſ 1. Fulg. in l. ſi ita, §. is cui, ff de leg. 1. Raynald. Cyn. Alb. Angel. & Caſtr. in d. Auth. Niſi rogati, Alex. conſil. 122. lib. 2. qui num 12. dicit*, quod licet per dicta verba importantia naturalitatem, videatur teſtator non cogitaſſe, niſi de veris liberis, & ſic de matrimonio, quo procreantur veri liberi, tamen lex ſupplet eius cogitationem & præſumit quod ſi cogitaſſet ingreſſum monaſterii, eodem modo diſpoſuiſſet, & ſic poſt alios concludit *Crauet. teſtando de communi opinione, in conſ. 152. n. 1.* vbi ſubdit, quod opus

19 eſt, quod expreſſe appareat de voluntate teſtatoris, quod monaſterium nõ admittatur, qua voluntas non colligitur ex eo, quod ſubſtituat, in caſu quo inſtitutus decedat ſine liberis ex eius corpore natis, & ſic per verba deno-

20 tantia naturalitatem, *ſequitur Gual. de art. teſtan. tit. de ſubſtit. caut. 18. Soc. in l. 1. num. 16. ff. de vulg. & pup. Soc. iun. conſ. 61. lib. 3. Couar. var. reſol. cap. 19. nu. 11. optime Aemilian. conſ. 109. nu. 14.* qui ait, quod non dicitur apparere teſtatorem per verba naturalitatẽ importantia velle excludere mo-

21 naſterium, quamuis illa verba non conueniant monaſterio, *vt per Caſtrenſ. Dd. & Alex. ibi allegatos*, quia potuit illa verba teſtator proferre ſolum cogitando de excluſione filiorum adoptiuorum & legitimorum, & fauore Religionis fit interpretatio, quod de monaſterio non cogitauerit, & lex ſupplet præſumendo, quod ſi cogitaſſet, idem de eo voluiſſet, vt de filiis, & deſcendentib. naturalib. & tunc ſecundum eũ

22 cenſetur teſtator de monaſterio cogitaſſe, quando dixiſſet; ſi deceſſerit ſine filiis de eius vero, & non ficto matrimonio, & eius vero corpore deſcendẽtib. *vt fuit in caſu Dec. in cõſ. 259.* vel quãdo

23 prouidiſſet quod caſu, quo monaſterium ingrediatur, habeat quid certum, vt fuit in caſu *Turretti, in conſ. 4. volum. 3.*

24 vel ſi dixerit; ſi deceſſerit ſine filiis, non

Digitized by Google

ſecundum iuris interpretationem, ſed ex ſuo corpore natis, alias non dicitur teſtator per alia verba denotantia naturalitatem excludere voluiſſe piam cauſam, & hanc eſſe communem opinionem teſtantur *Alciat.conſ 95.n.2.lib.9. Curt.iun.conſ.193.col.1 & 2.lib.2. & tenuerunt.Anto.de Butr.Io.de Imola. Abb. Aret.Fel. Dec. Bero.num.482.& Ferret.n.104.in d.c.in præſentia, Pariſ.conſ 129.n.136.Barb.conſ.40. Eman.Roder.d.q.127.art.1.* qui omnes diſputant punctum ad partes, & pro monaſterio concludunt. De magis communi refert, & ſequitur à *Gamm. dec 316.nu. 2. & de magis communi teſtatur Cioff.in conſ.144.nu.2.lib.1.Azeued.conſ.10. num.21.& conſ.34.num.3. Baiez.de dotib.filia.c.12.*

Præterea, in caſu iſto ceſſare videbatur difficultas prædicta, nam ſubſtitutio facta fuerat poſt mortem neptis, & tunc ea decedente ſine filiis, legitimis, & naturalib. tractandum erat, ſi monaſterium excluderet ſubſtitutum, vel è
25 contra, ſed hodie agendum non erat, ſi legatum pro matrimonio intelligatur, de ſpirituali, quod durante vita monialis admittendum eſſe dixerunt *Pereg.de fideic.art.28.n.80.Ant.Gomez. in l.Taur.40.n.61.Suarez.alleg.29.Molin.lib. 3.de Hiſpan.primog.c.13.n.93.per tex in l.Statius, §.Cornelio, ff.de iu.fiſ. cum alijs, quos ipſe congeſſi in deciſ.65. n.3.* qui in hoc omnes conueniunt, quia fuerat relicta vſufructuaria de ſumma contenta in legato, & vſufructus non finitur per ingreſ-
26 ſum religionis, quia monaſterium eſt capax bonorum, prout erat illud, ſed debetur vſq; ad mortem naturalem, eoq; magis, quia de eo facta fuerat do-
27 tato ab eadem vſufructuaria ante profeſſionem cũ ceſſione expreſſa iſti monaſterio, *ad tex.in Auth.Ingreſſi, C.de ſacroſ. eccl.vbi gl.& Doc.Pereg.d.art.28.nu.63.* vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum, *Surd.d.conſ. 238.volum. 2.* qui ait hanc eſſe receptiſſimam omnium ſententiam.

Dicebat hæres conuentus, quod opinio contraria longe probabilis, ac verior erat, quandoquidẽ poterat teſtator de bonis ſuis ad libitum propriæ voluntatis diſponere, & monaſterium excludere quoties de expreſſa volun-
28 tate teſtatoris conſtiterit, vel ex verbis naturalitatem importantib. colligeretur, *vt poſt infinitos concludit Turret. in conſ. 4.n.16.cum ſeq.vol.3.* vbi oſtendit hanc eſſe magis communem opinionem, & ſecundum eam fuiſſe bis deciſum *Vinc. de Franc.deciſ.29.* vbi idem determinatũ fuiſſe per Sacrum Conſilium refert, ſubdens, quod iſta opinio æquior eſt, & magis recepta, *Pedemon.dec.126.* idem ſubiungens fuiſſe deciſum, quia ſi teſtator voluiſſet bona ſua conferre monaſterio, profecto non locutus fuiſſet per verba naturalia, & naturalem procreationem importantia. *late Sfor. Odd. in tract.de ſubſtitut.parte ſexta, art. 6. dubio ſecundo, n.6. vſq. ad fi.* & licet ponat Con-
29 cluſionem affirmatiuam, quod monaſterium loco filii habeatur, attamen plures limitationes ſubnectit, quarum decima eſt, quando contrarium appareret de voluntate teſtatoris, & progreditur deinde ad coniecturas, earumq; vna eſt generalis, quando conditio appoſita eſſet cum tali qualitate, quæ adeo repugnaret monaſterio, vt manifeſtum ſit teſtatorem noluiſſe de mona-

ſterio

Digitized by Google

ſterio intelligere *Cauall.in commu.contra commu.q.192.& 193.* vbi diſtinguit plures caſus, *Didac.Spin.in Specul.teſtam. titul.de lega.mona.relig.gl 12.nu. 29.& ſeq* qui dicit hanc opinionem benigniorem, veriorem, & tenendam, quia adhæret voluntati teſtatoris, vt de re ſua quilibet diſponere poſſit ad libitum propriæ voluntatis. & contraria opinio procedit, quando ſimpliciter teſtator filios in conditione poſuit, & ita intelligitur *tex.in d.§.ſed & hoc præſenti, vt diſtinguendo dixit Dec. conſ.419.n. 3. & in cap. in præſentia, num.60.Gabr.de legat.Concluſ.2 num. 7.Guttier. d.q.32. per totam.Mantic. de coniect.lib.11.tit.7.& tit.8.per totum, D.Borell. in conſ.33.nu.300.& ſeq.Vaſq.de ſucceſſ.creat. lib.3.§.21.num.17.lib.1.Peregr. de fideicomm. d. art.28.Natta conſ.602.num. 4. Moline, d. diſp.307.lib.1.Couar.variar.reſol.cap.19.num. 9.Riminald.iun.conſ.85.per totum, lib.1.Menoch.præſump.83.lib.4.&* aperte diximus,
30 *in d.deciſ.65.num.2.* Hinc expreſſa voluntas teſtatoris ad excluſionem monaſterii in caſu iſto, oſtendebatur ex illis verbis ibi adiectis, (& ea decedente ſine filiis legitimis, & naturalib. &c.) dequib. ſup.dictũ eſt, quę minime ad monaſterium adaptari poterant, in quo non datur generatio, neq; deſcenden-
31 tia, eoq; magis, quia in eorum defectu vocabat hæredem ſuum nepotem, & ſic proſpexerat familiæ ſuæ *ſecundum Menoch. in d.præſump.83.num.36.Melch. Pelaez.de maior.3 p.q 1.nu.22.Cauall.d. q.193. & Sfor.in d.art. 6.Fran.Vegg.conſ.25.numer. 10.Guttier.d.quæſt.32.ſubdens ſecundum eam fuiſſe deciſum, D.Carol.Tap.in Auth Ingreſſi, cap.13.nu.18.Rim.conſ.17.lib.1.Ped. dec.126 Vinc.de Fran.dec.29.n.4.* vbi ait hãc opin. ſẽper fuiſſe obſeruatam, & conſuetudine receptam eſſe, & ita iudicaſſe Sac. Conſiliũ.per *Caua.dec.1 & 2.* Nec obſt.16
32 illa ex aduerſo deducta, ꝙ matrimonium ſpirituale impediretur, quia dictum fuit, ꝙ mens teſtatoris non fuit principaliter ordinata ad diuertendũ puellam ab ingreſſu religionis, ſed vt ipſi ꝓuideretur ꝓ matrimonio carnali, vbi maior exigĩt dos, & vt conſuleret poſteritati, & idem pariter dicebatur inſidendo alteri rationi ꝙ abſtraheretur à
33 vita contemplatiua, q̃a ingrediens religionẽ renunciat mundo, & vanitatib. *vt dixit Menoch.de præſump.83.n.6.& ſeq.& poſt alios Turret.in d.conſ.4.n.21.cum ſeq.* Itẽ videbatur in contrarium retorqueri obiectum ex aduerſo adductum de legato facto alteri puellæ, etiamſi mona-
34 ſterium fuerit ingreſſa, quia teſtator cogitauerat de monaſterio, & vbi voluit, diſpoſuit, & ſic in caſu iſto noluiſſe diſponere videbatur, alias enim expreſſiſſet, prout in alio factum fuerat, *ad not.per Menoch.præſumpt.110.num.34.lib. 4.Honded.conſ.49.numer.25.lib.1.* & ſecundum prædicta fuit iudicatum in M.C. ſed introducto proceſſu via reuiſionis, Conſiſtorium determinauit ꝓ monaſterio. Ego tamen nõ interueni in deciſione cauſæ prędictę, ſed vt audiui à D. Iudicibus, moti fuerunt, ex quo durante vita ipſius legatariæ monaſteriũ non poterat excludi, per deciſiones prædictas, ideoq; in ſentẽtia expreſſe addiderant Clauſulam: ꝙ ea mortua redditus aſſignandi pro ſumma legata peruenirent ad ipſum hæredem, vt vocatũ à teſtatore; Sed ſi vera eſt Concluſio, prout veriſſimam eſſe arbitror, *quod text.in*

d.§.

Digitized by Google

d.§.ſed & hoc præſenti, procedat, vbi non conſtaret de contraria voluntate teſtatoris, quam ex illis verbis cõtrariam eſſe oſtenſum fuerat ex prædictis; vtriq; monaſterium, neque in vita legatariæ poterat obtinere, cum relictum fuerit tempore maritagij; Accedebat, quod in caſu, de quo agebatur, legataria donauerat monaſterio ſummam ſcutorum duodecim mille, ſibi ex parentum ſucceſſione peruentam, & Dd. omnes pro monaſterio reſpondentes, eorum intentionem fundabant, *in d. §. ſed hoc præſenti,* vt ſupra reſponſum fuerat, &
36 quia eſſet impeditiua vitæ contemplatiuæ, quæ ratio ceſſare videbatur in caſu propoſito, vbi puella ingreſſa fuerat monaſteriũ cum magna dote, & profeſſa reperiebatur, *vt dixit in puncto poſt Aret. Pariſ. in conſil. 12. num. 6. cum ſeq. lib 3.* & ſequuntur limitando contrariam opinionem, *Anton. Gabr. concluſ. 2. num. 5. de legat. Turret. d. conſ. 4. num. 31. & ſequent. vol. 3. optimè Azeued. in conſ. 16. ſub num. 23.* & poſt hæc ſcripta viſus, ſatis eleganter *Caſp. Theſſaur. quæſtio. Forenſ. 60. per totam.* Articulus non modicam habebat difficultatem, ideoq; cauſæ adhuc pendent ſub reclamatione.

SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi competit creditori ad recuperandum rem emphyteuticam, intellige ſi res poſſit alienari ſine conſenſu domini, num. 10. ratio, num. 12. contra, nu 35.*
2 *Text. in l. lex vectigali fundo, ff. de pignor. declaratur.*
3 *Mora purgari poteſt per creditorem coloni.*
4 *Dominus directus recepto canone tenetur reſtituere rem emphyteuticam, ratio num. 5.*
6 *Creditor via reſtitutionis in integrum admittitur ad recuperandum rem emphyteuticam per dominum auocatam, limita num. 14. & 30.*
7 *Creditor ratione ſuæ hypothecæ poteſt ſoluere directo domino, & petere recognitionem, & num. 9. intellige num. 28. & 38. limita in extraneo, num. 8.*
11 *Emphyteuta non ſoluens canones, non præiudicat creditoribus, & nu 20. ratio nu. 21.*
13 *Alex. in conſ. 45. lib. 5. declaratur, & nu. 37.*
15 *Vxor admittitur ad recuperandum rem emphyteuticam à domino auocatam ex culpa mariti.*
16 *Re ad dominum auocata, extinguitur hypotheca.*
Idem eſt in feudalibus, num. 17.
18 *Ius creditoris quando reſoluatur ex ſolutione non facta per debitorem, & num. 19.*
22 *Res ſi euincatur nocet creditori, & num. 23.*
24 *Res cenſetur hypothecata, prout erat penes obligantem, & num. 32.*
25 *Emphyteutica res reuertitur ad dominum libera ab omni hypotheca, & num. 31.*
26 *Deuolutio ad dominum directum fit ex actu neceſſario, & non voluntario.*
Amplia etiam in præiudicium omnium creditorum, num. 27.
29 *Bart. in l ſi res, quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluit. communiter reprobatur.*
33 *Pater canones non ſoluens præiudicat filijs.*
34 *Etiam via reſtitutionis in integrum.*
36 *Dominus non tenetur rem ſuam alteri concedere.*

ARGVMENTVM.

Tertius pro ſuo intereſſe, an ſoluendo canones non ſolutos, admittatur ad recuperandum rem emphyteuticam ad dominum deuolutam.

DECISIO CLIV.

RE emphyteutica ad dominum deuoluta, ob canones non ſolutos,
1 datur creditori ius offerendi ad con-
2 ſeruandum eius hypothecam, *ad text. in l. lex vectigali, ff. de pignor.* nam dum ibi diſponitur, quod reſoluto iure datoris,

Digitized by Google

ris,reſoluitur ius acceptoris, dat ratio-
nem Iuriſconſultus,quod ideo illud p-
cedat,quia tam debitor,quam creditor
ceſſarunt ſoluere, *vbi Odoffr.* ait, quod
3 per creditorem coloni mora purgari
poteſt, *& notat etiam ibi Bar.Sali.& volu-
erunt Bal.& Iaſ.in l.2.n.67.C.de iur.emphyt.
Rip.in l.conuentio,num.12.ff.de pignor.Bero.
cõſ.196.n.12.li.1.Caual.deciſ 29.nu.40.lib.2.*
& æquitas ſuadet,quod dominus dire-
4 ctus recepto canone ab eo cui res fuit
licite hypothecata, eũ reponat in pri-
5 mum ſtatum,quia veriſimiliter, ſi iſte
creditor monitus fuiſſet ad purgan-
dum illam moram, de proprio ſatisfe-
ciſſet, & cum in facto alieno præſuma-
6 tur ignorantia, ex Clauſula generali, ſi
qua iuſta cauſa videbitur,debeat via re-
ſtitutionis admitti, *vt dixit Bar.in l ſi res,
ff.quib mod.pign vel hypoth.ſolu.& l in diem.
ff.de acqu.plu.arcen & in l.ſi ex duobus, §.ſed
& Marcellus, ff.de in diem addict. Alexand.
conſ.45.num. 4. & 5. libr.5. & ibi Addition.
Corn.in conſ.113.num.5. & in fortioribus ter-
7 minis dixit Iaſon.in conſ.74.lib.1.* quod cre-
ditor poterit ſoluere domino directo,
& petere ab eo recognitionem dire-
8 cti dominii, & licet hoc extraneus pro
emphytheuta facere non poſſit, atta-
men ille, qui habet hypothecam, po-
teſt pro ſuo intereſſe offerre inuito do-
mino directo, & eo recuſante recipe-
9 re,deponere,& conſignare; quæ ſolu-
tio,ſiue depoſitio, & conſignatio con-
ſeruaret etiam ius ipſi emphyteutæ, *vt
dixit Angel.in d.l.lex vectigali, Rip.in l.con-
uentio,num.12.ff de pignor.Iaſ.in d.l. 2. num.
67.Tiraquel.poſt multos per eum congeſtos, de
retract.conſanguin.§.36.gloſ.2.num. 19. Cor-
bol. de iur. emphyth. titul. de cauſ.priuat. ob
10 non ſolut.canon.* limitat, dummodo em-
phyteuſis, pro qua vult canonem ſol-
uere, ſit talis, vt poſſit ſine conſenſu
domini hypothecari, *vt declarat Apoſtil.
ad Alexand.in d.conſ.45 ſub num. 3. in verſic.
verius,idemq́; dixerunt Rimin. in conſ.128.n.
7.lib.2.Vincent.de Anna, ſing.168 vbi addit.
D.Fabij,Caroc.in titul. de oblat. par.2. quæſt.
24.num.8.Alciat.in conſ.285. num.10. verſic:
nec obſtat in caſu noſtro*, vbi ait, quod ſi
11 emphytheuta non ſoluit canonem, id
non præiudicat habentibus cauſam ab
eo, ſi non poteſt imputari, quod & ipſi
non ſoluerint, *idem Alciat conſ.136. num.
2.& in tract.de verb.ſignif.verb.creditor quo-
que, Gram conſ.ciuil.5. Plot.in conſ. 48. nu.2.
& Peruſ.deciſ.66. in fin. par. 2. D. Io. Baptiſ.
Coſt. de iur. & fact. ignorant. Centur.1. di-
ſtin.38.ſub numer.5.& Centur.2.diſtinct.46.
numer.12.* Idque maxime procedere vi-
debatur, cum alias non eſſet conſul-
tum creditori, nec haberet vbi ſibi ſa-
12 tisfieri poſſet, ſi emphytheuta caderet,
*ſecundum Alciat. in l. debitorum pactionibus,
num.13.C.de pact.Alexand conſ.1.in fin. vol.5.
Marſil.ſingul 368. D.Coſt.in tract. de remed.
ſubſidia.remed.52.num.10. & Mandel.in conſ.
13 397.qui reſtringit d.Conſ.Alexand. 45.* vt in
hoc tantum caſu procedat, vel quando
14 emphyteuta eſſet in fraude, quia forte
colluderet cum domino directo, pro-
ut dicitur de marito, qui ceſſauit in ſo-
15 lutione canonis rei emphytheuticæ
in dotem datæ, nam in ſubſidium mu-
lier habebit recurſum aduerſus domi-
num ſi maritus factus eſſet nõ ſoluen-
do, *Bal.in conſ.476. vol. 4. Hoſtienſ. in Sum-
ma.tit.de locat.nu.12.Burſat.conſ.80.n.33.* &
ſentire videtur *Surd.licet.inuolute, in dec.
286, in fine.Arag.dec.13, n.45.*

Digitized by Google

Sed in contrarium faciebat, quod
16 re peruenta penes dominum, dicitur
omnis hypotheca reſoluta, *ad tex. in d. l.*
lex vectigali fundo, & tex. in l. 3. ff. quib. mod.
pign. vel. hyp. ſolu & eſt tex. in feudalibus, in c.
17 *1. §. rurſus, quib. mod. feu. amittat.* vbi obli-
gatio feudi facta per vaſallum, reſolui-
tur feudo deuoluto ad dominum, &
ita tenuerunt *Bal. Alex. & ceteri, relati à*
Dec. in l. ſi ſocius, nu. 6. ff. ſi cert. pet. Doct. in l.
in diem, & ibi Bart. n. 4. ff. de aqua pluu. arce.
vbi dicitur, quod in facto voluntario
debitoris, non ordinato directe ad pri-
18 uationem, reſoluitur ius creditoris, *per*
tex. in d. l. lex vectigali fundo, quo in loco
habetur, quod ob defectū ſolutionis,
debitor priuatur etiam in præiudiciū
eius, cui rem obligauerat, quia etſi non
19 ſoluere, pendeat à voluntate debitoris,
tamen hæc voluntas directe ad id non
eſt ordinata, & hanc partem tenet *Bald.*
in l. 2. nu 17. C. de reſcind. vendit. vbi ponit
20 exemplū in emphyteuta, qui non ſol-
uit canonem, & ſubdit rationem eſſe,
21 quia res venit ad dominum affecta di-
ſpoſitione legali, & debitor pignoran-
do, vel alium actum faciendo, non po-
tuit facere conditionem domini dire-
cti deteriorem, *& Bal. ibi reprobat Bart. in*
22 *d. l. ſi res,* dicens quod ſi res euincatur,
ex l. 2. C. de reſcind. vendit. noceb't credi-
23 tori, quia conſideratur potius id, quod
eſt in natura reuocatoriæ actionis,
quam quod eſt in voluntate debitoris,
& idem dixit ibi Caſtr. nu. 11. quia res per-
ditur ex cauſa de præterito, quæ origi-
nem habuit, antequam res creditoris
obligaretur, & cui cenſetur obligata
24 eo modo, prout erat penes obligantē,
& ſequitur Alex. ibi in addi. Salic. ibidem, nu.
23. Crem. nu. 189. & Cagn. nu. 120. qui teſta-
tur hanc eſſe communem opinionē,
Fan. de pignor. 1. memb. 5. p. n. 45. in fin. Boer.
Deciſ. 181. num. 10. Pede Deciſ. 65. num. 2. quia
ad dominum directum res emphyteu-
25 tica redit libera ab omni onere hypo-
thecæ, vel obligatione impoſita per
emphyt. quando ad illum redit ex na-
26 tura rei, & quando res deuoluitur iure
principalis, & originariæ conceſſionis,
non dicitur factum voluntarium, ſed
neceſſarium. *Guid Pap. Deciſ 575. num. 2.*
vbi dicit ita fuiſſe iudicatum. *Cagnol. in*
d. l. 2. nu. 121. verſ. 2. limita, Guliel. de Bene-
dict. in cap. Raynutius, in verbo vxorem nomi-
ne delaſiam, num. 16. Pedem. Deciſ. 165. n. 9.
27 & reuertitur ad dominum ad præiudi-
cium omnium habentium ius, & cau-
ſam ab ipſo emphy. *Bal. in l. adoptiuum.*
§. patronum, ff. de in ius vocan. Corbul. d. tit.
de cauſ. aliena. ob non ſolut. Canon. ampli-
at. 7. quia in caſu non concurrit ſola
voluntas debitoris, ſed legis diſpoſitio,
& pactum inueſtituræ, & ita fuiſſe de-
ciſum per prædicta *dixit Surd. in conſil.*
101. numer. 14. & ſeq. & d. Deciſ. 286. numero
11. vſq. ad fin. R im. d. conſ. 128. num. 1. & 2. lib.
2. Caroc. deciſ. 117. n. 20. & faciebant tra-
dita per *D. Vinc. de Franc. in Deciſ. 226. per*
totam. Et licet creditor pro conſeruan-
28 da hypotheca poſſit ſoluere, *iuxta tex. in*
d. l. lex vectigali, cum alijs ex aduerſo relatis,
illud tamen procedit re integra, quan-
do per reuerſionem non eſt extincta,
h. e. antequam emphytheuta ſit moro-
ſus, & fuerit declarata caducitas, & ca-
pta poſſeſſio; iſto enim in caſu admit-
tendus non erat etiam quod haberet
intereſſe, & veniret ſtante ignoran-
tia, via reſtitutionis in integrum, *Bald.*
in d.

Digitized by Google

in d.l.2. C.de reſcind.vendit.& in l.acceptam, numero 18. C.de vſur. Afflict. poſt Iſern. in §. item ſi clericus, numero 20. de Capit. Conrad. & dixit per tres ſententias fuiſſe determinatum, Caual.in d.deciſ.29.numero 40. verſ.& idem ſi iſte tertius,& numero 41.par. 2.Mandel.in d.conſ 397.numer.4. & ſequen. volum.2. vbi ait opinionem Bart. in d. l.ſi
29 res, qua mouetur Alexand. in d.conſ. 45. eſſe communiter reprobatam. Rim. latiſſime, in d.conſ.128.lib.2,per totum, Surd.deciſ.
30 102.& 286. qui tantum in caſu colluſionis emphyteutæ cum domino, con-
31 trariam admittunt. Rationes ſunt: quia cum veniat in conſequentiam, & non principaliter, excluditur excluſo eo, à quo dependet eius hypotheca;& ſicut ille non habet reſtitutionem, ita nec iſte. Item quia a principio iuris ſui conſequutus fuerat hypothecam ſub
32 iſta conditione,quatenus res ad dominum non reuertatur,eo enim caſu, vt ſupra dictum eſt, reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris, abſq; alio re-
33 medio, in tantum, quod pater ſi ceſſauit ſoluere præiudicat filiis ſuis com-
34 prehenſis in inueſtitura, & amplius non audiuntur, ex Clauſula generali, ſecundum Alexand. in conſ.119. numer. 9.lib. 5.Goz.ad.conſ.46.num.13.& conſ.75 numer.
35 2.Rim. d.conſ.128. vbi ſubdit, quod alias nõ eſſet dare locum reuocationi, quia ſemper quilibet haberet creditores, qui inde ſoluerent,&peterent rem offerendo recognoſcere, & quod plus eſt, amitteret dominus etiam benefacta,&creditor multoties eſſet in lucro, q; paruo credito acquireret magnam rem, eaq; non eſſet conſeruatio hypothecæ, ſed acquiſitio dominii,& coge-
36 retur inuitus rem ſuam alteri concedere, ad tex. in l. nec emere, C. de contrah.
37 empt.& ipſe dixi in deciſ.17. Nec obeſſe videbatur Alex.in d.cõſ.45. quia vt reſpondet Rim. in eod. conſ. 128. num.6. loquebatur in caſu longe diuerſo, nẽpe quando contractus ipſe reſcinderetur ex voluntate, non autem ex neceſſitate, vt etiam intellexit Plot.in d.conſ. 48.num. 8. Item dicebatur, quod Doct.omnes ex
38 aduerſo relati, loquebantur, quando res erat integra, & adhuc non fuerat declaratum in commiſſum cecidiſſe, nec capta poſſeſſio, prout erat in caſu iſto; & in hanc ſententiam inclinauit vnus ex dominis,abſoluendo ſimpliciter dominum directum à petitione iuris offerendi facta per creditorem; licet cæteri collegæ addiderint clauſulam iurium reſeruatiuam creditori, caſu, quo ſuper aliis bonis non eſſet ſibi ſatisfactum, iuxta ſententiam Alciati, & aliorum prææallegatorum de anno 1609.

SVMMARIVM.

1 *Emittentes iſtum ſcloppeta, ſiue baliſta, puniuntur pœna vitæ.*

Amplia ſi ictus non percuſſerit num.2.

3 *Conatus an puniatur, ſi non ſequatur effectus,& num 4. limita vbi expreſſe id per ſtatutum diſponatur num. 5. diſtingue, num.6.*

7 *Emittens ictum ſcloppeta, etiam quod non offendat, dicitur deueniſſe ad actum proximum.*

8 *Animus ad occidendum, quando præſumatur.*

9 *Animus ad occidendum ex genere armorum cognoſcitur.*

10 *Animus ad occidendum qualiter probetur.*

Digitized by Google

11 *Animus nocendi qualiter probetur in emiſſione ictus ſcloppeta, ſeu ſagitta, & n.13.*

12 *Emittens ictum ſcloppeta accidentaliter, etiam in rixa, non punitur pœna ordinaria Pragmatica, ratio num 14.*

15 *Animus præſumptus non ſufficit ad puniendum pœna Pragmatica.*

16 *Reus non poteſt torqueri ſuper qualitate animi ad nocendum, intellige num.17.*

18 *Rubrica poteſt allegari ad deciſionem cauſarum.*

19 *Statutum puniens homicidium, intelligitur concurrente dolo.*

20 *Theſſaur. deciſ.243. declaratur.*

21 *Pœna vita impoſita per Pragmaticam 3. de ictu ſcloppeta, an intelligatur de morte ciuili, vel naturali, & nu.23. 25. & 26.*

22 *Pœna capitis appellatione intelligitur de ciuili.*

24 *Delictum maius, grauiorem pœnam meretur.*

27 *Pœna vltimi ſupplicij eſt mortis naturalis.*

28 *Vulnera vbi non interueniant ex ictu ſcloppeta, conſueuit recedi à pœna Pragmatica. Intellige conſulto Principe, num.29.*

30 *Iudex non poteſt minorare pœnas indictas per Pragmaticas.*

ARGVMENTVM.

Ad intellectum Pragmatica tertia, & quarta, de ictu ſcloppeta.

DECISIO CLV.

PRouiſum eſt in Regno *per binas Regias Pragmaticas, in ordine, tertiam, & quartam, ſub tit.41. de arm. probib.* quod e-
1 mittentes ictum ſcloppetæ, vel baliſtæ, animo damnificandi perſonam aliquã, ipſo iure incurrant in pœnam vitæ na-
2 turalis, ſiue ictus percuſſerit, ſiue non,
3 & ſic conatus expreſſe punitur, licet non ſequatur effectus, *ad not. per Angel. in l.1. §. fin. ff. quod quiſque iur. Carauit. Ritu 273. nu.22.* & quamuis ex generali conſuetudine Italiæ, etiam ſtante ſtatuto,
4 non puniatur conatus, licet non ſequatur effectus, *vt voluit Bal. in conſ. 356. vol.1. quem refert, & ſequitur Baiard. ad Clar. in §. adulterium ſub num.84. Gram. Deciſ.2. nu.12. cum ſequen. Vrſill. ad Afflict. Deciſ. 21. num.14. Marſill. in conſ.51. n.16. plura cumulat Tiraq. de pœn cauſ.37. Farinac. quæſt.17. nu.49. Ludouic. Deciſ. Peruſ. 80. n.3. Theſſaur. Deciſ.243. num.2. & 3. poſt Carol. de Graſſ. lib.1. Regal. Franc. Iur.7. in §. ſimiliter leges punientes affectum.* Cæterum, vt dixit idem Theſſa.
5 non procedit, vbi expreſſe id per ſtatutum diſponatur, prout erat hic, *ſecundum Foller. interpretando ſimilem Pragm. ſub tit. de ictu ſcloppeta, n.40. & in puncto Caſp. Theſſaur. filius, in addit.* vbi aduertendum eſſe ait magis communiter receptam eſſe à Dd. in materia conatus, ac in atrocioribus diſtinctionem illam,
6 quod aut quis attentauit, & non fecit, quod in ſe erat, & tunc habeat locum conſuetudo, aut venit ad actum proximum, & fecit quòd in ſe erat, & mors ſecuta non fuit, & tunc ſit locus pœnæ ordinariæ, *ad text. in cap. vnico, de homicid. in 6. vbi omnes ſcribentes, Clar. Plac. & Boer. ibi relati, Canter. in quæſt. crim. cap.6. nu.25.* ideoque omiſſis exemplis per eum adductis in propinatione veneni, ſecundum quæ pluries iudicaui, conatus
7 proximus erit in caſu propoſito, ſi quis proiecerit ictum ſcloppetæ, & leuauerit de focone, & non de canna *(vt vtar verbis Anton. Bal. in relato loco)* nam vt ipſe ait, inſtrumentum ignis fecit effectum ſuum, & ſimiliter puluis, & funis, & percutere volens fecit conatum ſuum, nec pro eo defecit, cum pro parte proiicientis nil vltrà agendum remanebat, vt deueniret ad effectum intentio-

ne, ope-

Digitized by Google

ne,opere,& facto,& ſi non occidit fuit ex iudicio Dei, & Pragmaticæ conſiderant animum nocendi, non factum,
8 qui animus fuit ordinatus,præparatus, & executus ad caſum, *ad tex. in l.1. cum ibi not. ff. de ſicar. & in c. ſignificaſti, ill. 2. & ibi Doct. de homic. & dixit in puncto Bal. in c.1. de præſump.* quod ille, qui alium ſagittat cum arcu, vel biſta, vel lanceam mittit in ipſum, præſumitur habere animum occidendi; & eum ſequitur *Fel. in d. c ſignificaſti. num. 8. Carauit. Ritu 278. num. 23. & 28. Gramma. Deciſ. 36. Corn. in conſil. 12. col. fin. verſ. itaq; genera. lib. 4. & Bal. in conſ. 58. alias 195. incip. Laudate, vol. 1.* & maxi-
9 me, quia vtens dictis armis ad nocendum videtur habere determinatum animum ad occidendum, & propter determinationem alteratur pœna in plus, *ſecundum Bal. in l. ſed etſi, § ſi magiſtri, ff. ad leg. Aquil. & ibidem Florian. Saly. in l. is qui cum telo, C. de ſicar. & tradit Foller. in lo-*
10 *co relato, num. 10. & 13.* vbi hoc ampliat, cum animus ſit quædam intrinſeca animi paſſio, & qualitas, quæ non poteſt probari directo, niſi per qualitates exteriores, *l. dolum, vbi Alex. C de dolo, l. 1. C. de ſicar. Gandi. in tit. de homic. in 4. & 11. col.* idq; magis procederet, quin ictus emiſſus eſſet recto tramite, vbi erat ille, cui emiſſus dicitur, & parum errauit, puta, quia dedit in capite, vel prope eius perſonam, tunc enim animus no-
11 cendi probatus dicitur, *ſecundum Foller. vbi ſub num. 21. & nu. 29. & poſt eum Muſcatell. in tit. de ictu ſclopet, nu. 19. & 17. Cabbell. reſol. crim. caſ. 152. n. 2. Gabr. conſ. 171. & Bertaz. conſ. 177. vbi addit.* Nam poſtquam ictus emittitur, non eſt in poteſtate emittentis nocere, vel non nocere ſe-
12 cundum eum; quæ quidem in Regno recepta fuere, probato animo doloſo, & præmediato, & non ſufficit rixa, vt pluries iudicaui, & per alios doctiſſimos Iudices iudicari vidi, cum enim
13 mortis pœna per Pragmaticam ſtatuta, fundata ſit in hac qualitate, ſi ad nocendum ictus ſit emiſſus, non niſi ea verificata, & probata, locum habere poterit, *ſecundum gl. in l. cum ita, §. fin. de*
14 *leg. 2.* & facit, quia dum punit affectum, ille probandus erit, & affectus non eſt niſi animus, & voluntas nocendi, *vt poſt multa congerit Foller. n. 20. cum ſeq.* ideoq;
15 non ſufficit animus præſumptus, *vt dixit Ant. de Ball. vbi ſupra, num. 5. Cephal. conſ. 205. & 327. num. 9. & 350. Bertaz. conſ. 30. n. 14. & conſ 208. num. 20. D. Borell. conſ. 45. nu. 19. & ſeq.* & firmare videtur *Muſcatell. vbi ſup. n. 17.* in tantum quod ſuper hac qua-
16 litate non poſſet reus torqueri, vt indies ſeruamus in M. C. licet aliter tenuerit *Muſcatell. vbi ſupra, num. 17. & Farinac. in tit. de homicid. quæſt. 126. num. 114.*
17 ſed bene quando qualitas eſſet iudicialiter probata, procederetur ad torturam pro delicto, vt pluries iudicauimus in M.C. & præcipue contra Iacobum de Giglia, *ex traditis per Farinac. vbi ſupra*, & ipſum colligitur expreſſe Ru-
18 brica ipſius *prag. 4. ibi, (inſultantes inimicos) qua poterat allegari ſecundum Gabriel. in conſ. 12. quem refert, & ſequitur Anton. de Ball. in loco relato, & lib. 7. caſ. 5. num. 7. Carrer. in §. homicidium, nu. 11. quod in libro meo eſt, fol. 88. num. 20.* & generale eſt, quod
19 ſtatuta intelligi debent concurrente dolo, *Clar. q. 84. vbi Baiar. nu. 14. Menoch. de Arbitr. Caſu 324. nu. 12. & 361. n. 15. latiſſime Honded, conſ. 104. nu. 13. 19. & 40. & in ſpecie*

Digitized by Google

conſ.26.lib.2. Bertaz.conſ.30.n.132. & conſil. 208. lib.2. Borell.d.conſ.45.num.17. Farinac. de pœn.temper.quæſt.87.num.25. & licet in conatu ſimili, apoſtato modo cõmiſſo, vbi nec vulnus interuenit, fuerit allegata *Deciſ. prædicta Theſſaur.243.* vbi pœna extraordinaria fuerat impoſita, non
20 obſt. inte ſtatuto: attamen dictum fuit, quod ſtatutum illud pœnam remittebat arbitrio Senatus, vt ipſe ait, & ſic non faciebat ad propoſitum, & propterea ſtante apoſtata, inquiſitus in caſu noſtro, fuerat laqueo ſuſpenſus. Et ex his oriebatur reſolutio alterius cõtrouerſiæ coram me pluries excitatæ,
21 dum diecebatur, an pœna vitæ ipſo iure impoſita per pragmaticam tertiam intelligatur de morte ciuili, cum idem ſit cum pœna capitali, *ad text. in l. iuſta.ff. de manumiſſ. vindic. Anto. Padil. in l. tranſigere,*
22 *n.34. C. de tranſact.* & appellatione pœnæ capitis, intelligatur de Ciuili, ſecũdum communem Concluſionem, & receptam, *de qua poſt gl. in l. vn. C. ne Chriſt. mancip. & infinitos alios Dd. teſtatur Farin. in tit. de delict. & pœn. q.19.n.13.* eoq; magis, quia in pragmatica quarta, videtur ex induſtria fuiſſe additum verbũ illud (*ne habbia à morire naturalmente*) prout in pluribus aliis adiectum eſſe oſtendebatur. Sed contrarium in Regno receptum
23 fuit, vt intelligatur de pœna vitæ naturalis, cum ipſa eadem Pragmatica contra geſtãtes ſcloppos rotatos factos ad nocendum, pœnam triremum in perpetuum imponebat, & ſic verum erat dicere, vt contra exonerantes animo damnificandi, pœna ſit vitæ naturalis, ma-
24 ius enim delictũ, grauiorem meretur pœnam, *ad not. per Vinc. de Franc. deciſ.140. n.9. & Farin. in d.q.19.nu.4. cum ſeq.* qui licet
25 *n.13.* loquendo de morte, ſubdat in dubio intelligendum eſſe de morte ciuili, cæterum dicit ipſe, quod verba ſunt potius naturaliter, quàm ciuiliter acci-
26 pienda. Item contrarium ipſemet tenet, vbi aliud ſuaderetur, vel ex qualitate delicti, vel ex mente diſponentis, prout erat caſus iſtius Pragm. quæ non loquitur de pœna mortis ſimpliciter, ſed de pœna amiſſionis vitæ: & termini ſunt longe diuerſi, nam vita vna eſt in homine, & eius amiſſio eſt naturaliter mori, ſed pœna mortis poteſt euenire multifariam, *prout docuerunt Dd. relati per Farin. in d. loco.* Præterea, tollitur omnis difficultas, & id expreſſe declaratur, ex
27 *Rubr. ibi, (& ſperantes animo lædendi, vltimo afficiantur ſupplicio)* quæ mortis naturalis eſt, non enim, *vt inquit Farin. in d. loco, nu.10.* grauius, ſæuius, amarius, & magis vltimum reperitur ſupplicium, quàm mortis, *ſecundum gl. in l. præſenti, in princ. in verbo, capitali, & vltimi ſupplicij, C. de his qui ad Eccl. confug. cum aliis relatis, & nouiſſimè tradit D. Aloyſ. Catalan. in ſuo eruditiſſimo tract. de Abolit. c.34.n.134.* Non o-
28 mittam, quod concurrente aliqua cauſa, vbi mors, vel vulnus non interuenerit, aliàs fuerit receſſum à pœna prædicta, prout fieri poſſe aſſeruerat *Anton. de Ball. & Foller. in locis allegatis,* quod tamen intelligo, conſulto Principe, & ita ego non ſemel ſeruaui, tam in pœna contenta in hac pragmatica, quam in aliis delictis, vbi per ſtatutum imponitur pœna mortis naturalis; cum iudex per ſe non poſſit pœnas minorare, *vt poſt alios dixit Muſcat. d. tit. de ictu ſcloppet. n.24. & alij multi Dd. qui cumulari poſſent.*

SVMMA-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Exemptus nemo eſt à gabellis impoſitis à Principe.*

2 *Iudex remittens exactionem gabellæ tenetur de proprio.*

3 *Exempti ex reſcripto Principis tenentur ad gabellas. Intellige ibidem.*

4 *Immunitatis priuilegia ſunt à iure prohibita. Intellige num 7.*

5 *Priuilegia immunitatis ſunt reſtringenda, & num.30.& quando obreptitia dicantur, num 6.*

8 *Clauſula (nemine exempto) quid operetur.*

9 *Conſiliarij Regij, quando ſunt exempti à gabellis, & num 13.& 17.*

Amplia num 10.

11 *Munera ordinaria, quæ dicantur, & numer. 14.*

12 *Nemo eſt exemptus à muneribus ordinarijs.*

15 *Immunitas conceſſa officialibus, intelligitur de extraordinarijs, & realibus.*

Amplia num.16.

18 *Conſuetudo ſeruanda eſt circa exemptionem gabellarum*

19 *Conſiliarij Regij Patrimonij ſunt immunes à gabellis in hac Vrbe Panormi, intellige num 29.*

20 *Adæquatio quid operetur. Et procedit etiam in pœnalibus, num 21.*

22 *Priuilegium Vni conceſſum, conceditur etiam illi, cui fit adæquatio, & num 23.*

24 *Priuilegium ad inſtar, quid operetur.*

25 *Rex concedere poteſt immunitatem ab omnibus oneribus.*

26 *Immunitatis conceſſio extenditur etiam ad præiudicium tertij.*

27 *Conſiliarij ſtatus in Regno, non ſunt immunes.*

28 *Clauſula (prout alij) quid operetur.*

31 *Officiales ſupernumerarij non gaudent priuilegiis ordinariorum*

32 *Supernumerarij non gaudent priuilegio fori. Nec participant de legato facto ordinarij, num 33.*

34 *Generales Equitum leuis armaturæ, reſidentes apud perſonam Excellentiſſimi Proregis, ſunt immunes à gabellis.*

ARGVMENTVM.

Conſiliarij an ſint immunes à Gabellis?

DECISIO CLVI.

1 INdubitatum eſt in iure, quòd pro gabellis impoſitis à Principe, vel Ciuitate, cum authoritate Principis, (quia idem eſt) nullus eſt exemptus, & omnes teneatur, *ad text. in l.omnes, ill.1. & 2.C. de annon. & tribut. lib.10. & l.1.C.de iudic.* & ſi Iudex remiſerit exactionem,
2 tenetur de proprio, & etiam tenentur,
3 qui habuerunt exemptionem ex Reſcripto Principis, ſi dictum non fuerit (non obſtante, &c.) *ad text. in l.in fraudem, C.de annon. & trib. lib.10. l.omnium, C.de vectigal & commiſſ. & in l.quidquid. eod. tit. vbi Bartol. Salic. & alij, gloſſ. & Bart. in l.omnes, C.de aquaduct. lib 11. Bart. in Authent. hoc inter liberos, C.de teſtam. Bertach. in verbo, gabella, num.28. Ferret. de gabell. num.105. Franc. Marc. deciſ.529. n.10. p.1. Rim. conſ.58. num 60. & Rim. iun. conſ.791. num.10. Pet. de Gregor. de republ. lib.3. cap.9. num.21. Boſſ. in*
4 *tract. de Princ.* & eius priuilegia immunitatis ſunt à iure prohibita, *Anchoran.*
5 *conſil.261. col.2. & conſ.304. col.1.* & vti odioſa, (quia alij grauantur) ſunt reſtringenda, *cap. porro, de priuileg. Bal. conſ. 122. ad fin. lib.1. Guliel. de Cuneo in l.vlt. ff. de conſtit. pecun. Alex. conſ.125. colum. vlt. lib.2. Decian conſ.223. Cott. in Memorial. in verbo, immunitas, verſic. ſed omitto, Lancellot. Gall. conſil.25. n.96. Franc. Marc. deciſ.259. n.14.*
6 *p.1.* & obreptitia dicuntur, etiamſi interueniat conſenſus ciuium. *ad textum in l.vacuatis reſcriptis, C. de Decurion. lib.10. & in l.1. C. de immun. nemi. conced. eod. lib.*
7 niſi eſſent exempti in corpore iuris,

quia

Digitized by Google

quia nil releuaret Clauſula (nemine
8 exempto) *Authent. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oport.* & ideo *Bart.* & *Luc. de Pen. in d. l. omnes. C. de annon. & trib. & in l. his noſtra. C. de immun. nem. conced. libro 10.* di-
9 cunt Conſiliarios Regios non eſſe exemptos, niſi eſſent munera perſonalia, quæ impedirent exercitium officii, vel extraordinaria, *l. vnusquisq;, & l. Decurionibus, C. de Silent. & Decur. eor. gloſſ. in l. honorem, ff. de muner. & honor. l. obſiſtere, C. de annon. & tribut. l. cum inſtitutionem, C. de ſacroſanct. eccleſ. Rebuff. in l. actores, C. de exact. trib. lib 10. Petr. de Vbald. in tract. de collect. num. 18. Mynſing. Cent. 1. Decad. 11. n. 103. Franciſc. Marc. deciſ. 102. num. 1. & deciſ. 458. nu. 7. Addent. ad Conſued. Neapol. fol. 25. lit. B.*
10 maxime, quia gabellæ, de quibus petebatur immunitas, impoſitæ fuerant pro reparatione murorum, Pontium, & pro Munitionibus Ciuitatis, pro liberandis Ciuibus à peſte, & ſic ordina-
11 ria, *l. vnica, C. de vacat. mun. lib. 10. & in l. omnes omnino, C. de ann. & tribut. d. lib. 10. Per. Antib. de muner. §. 3. num 9. Maluaſ. d. conſ. 5. num. 9. & 10. Iacob. Rebuff. in Rubr. de Muner. patrim. lib. 10. Monal. conſil. 142. in fin. lib. 1. Rimin. iun. conſ. 25. num. 1. & 2. & ibid. gloſſ.* quo in caſu, quidquid ſit de clericis, ta-
12 men omnes alii tenentur, etiam domus Auguſta, *ad tex. in l. abſit, C. de priuil. dom. Aug. lib. 11. ibi, (nullum genus hominum, nulliusq; dignitatis, ac venerationis meritis ceſſare oportet) & text. in l. fin. §. ab huiusmodi, ff. de muner. & honor. ibi, (ab huiusmodi munerib. neq; primipilares, neq; veteranus, aut miles, aliusve, qui priuilegio aliquo ſubnixus eſt) & text. in l. vnusquisq;, cum l. ſeq. C. de Silent. & Decur. eor. vbi Bart. & Rebuff. nu. 2. Ioan. de Platea. in l. iubemus, C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 2. & ibid. Luc. de Pen. Petr. Antib. de mun. §. 3. de ſecunda diuiſione mun. nu 27. & in 3. p. prin. num. 7. Maluaſ. conſ 5. num. 8. Ang. in d. l. his noſtræ, de immun. nem. conced. Surd. conſ 313. num 97. vol. 2.* quæ diſtinctio eſt fundata ex dictis iuribus, etenim *tex. in*
13 *d. l. vnusquisq;, & in l. decurionibus,* enumerat ea, à quibus eximuntur Conſiliarii, quę omnia ſunt perſonalia, & non realia, *& text. in l. iubemus, C. de proxim. ſacr. ſcript.* dum eximit illos officiales tributis, excipit canonicæ indictionis tributum, quod de ordinario interpretatur,
14 *ſecundum Ioan. de Plat. ibi, & ex Bald. Alex. & Iaſ dixit Lancell. Gall. conſil. 3. num. 33.* ideoq; immunitas conceſſa, intelligen-
15 da eſt de extraordinariis realibus, *Bal. in l. fiſtulas, §. frumenta, ff. de contrah. empt. Cremen. Singul. 108. Bimi. conſil. 12. num. 56. lib. 1.*
16 *Menoch. conſil. 267. num. 7.* etiamſi verbis ampliſſimis, & latiori priuilegio conceſſa fuerit, *d. l. final. § pen. ff. de mun. & ho. & l. fi. C. quib. mun. vel praſta. nemi. lic. lib. 10. Ioan. de Plat. in l. 1. C. de vacat. mun. libr. 10. Malua. conſ. 5. n. 4. Adria. Gilman. deciſ. Imperial. Camer. 14. nu 8. lib. 2.* In tantum, quod ex prædictis intendebat Senatus huius Vrbis, quod petitio Illuſtriſſ. D. Duciſſæ Terrænouæ, ſuper immunitate gabellarum huius Vrbis competenti D. Duci Don Carolo de Aragonia eius viro, vti Conſiliarios huius Regni, euanuerat, & conſequēter relatio per nos facienda cedere debebat in eius fauorem; Sed ex aduerſo dicebatur, quod etſi aliqua inter Dd. controuerſia fue-
17 rit, ſi Officialis, ſeu Conſiliarius ſit immunis à gabellis ex his, quę ſuprà dicta ſunt, *& tradiderunt Guid. Pap. deciſ. 376. & 377. Boer. deciſ. 377.* nihilominus Dd. o-

mnes

mnes ſunt concordes in hoc ſeruan-
18 dam eſſe conſuetudinem, *ad text. in l. ſi publicanus, §. in omnibus ff. de publica. Guid. Pap. & Boer. in locis proxime relatis*. At in
19 Regno Conſiliarii Regii Patrimonii, erant immunes non ſolum a gabellis Regiis, verum & à gabellis huius Vrbis, vt in proceſſu per acta publica oſtendebatur, ergo & pariter immunis eſſe debebat D. Dux, qui officialis erat eiuſdem Tribunalis, vt ex literis ſuæ Catholicæ Maieſtatis diſponebatur, *ibi (te dictum Don Carolum de Aragonia Ducem Terrenouæ conſanguineum noſtrum, in Conſiliarium noſtrum Regium in prædicto noſtro vlterioris Siciliæ Regno, tam noſtri Sacri Conſilij, quam militiæ, & Patrimonij noſtri Regij)*, & ſaltē hoc procedere debebat ratione æquiparationis, ſeu adæquationis, cum Officialibus Regii Patri-
20 monii, quia adæquatio efficit, vt diſpoſitum in vno, locum habeat in alio. *Rip. in l. 2. n. 21. C. de furt. Crot. in l. omnes populi, num. 109. de iuſtit. & iur. Cagnol. in l. Prætor bonorum, ff. de reg. iur. Bertaz. conſ. 97. nu. 11. in ciuilibus, Surd. conſ. 384. num. 22. cum ſequ.*
21 *lib. 3.* quod procedit etiam in pœnalibus, *Iaſ. in §. ex maleficiis, nu. 39. Inſtit. de actio. Dec. in l. factum. §. in pœnalibus. nu. 13. ff. de reg. iur. Surd. conſ. 33. num. 28. lib. 1. & conſ.*
22 *379. num 24 lib. 3 Honded. conſ. 84* & quod priuilegium, quod habet ille, cui fit adæquatio attribuitur illi, quia adæquatur, *dixit Crot. in l. 1. num. 12. & 21 ff. de*
23 *leg. 1. Bertaz. d. conſ. 67. num. 11.* & in ſpecie in priuilegio immunitatis conſuluit *Alex. conſ. 148. n 6. & 7. lib. 7.* prout dicitur de eo, qui habet priuilegium ad inſtar
24 alicuius priuilegati *Mandoſ. in tract. de priuileg. ad inſtar gloſ. 11. num. 9. Alc. conſ. 13. num. 3. lib. 4 Bertaz. d. conſ. 97. n. 16.* eo ma-
25 gis, quia dubitandum non erat quin D. Rex potuerit eum immunem facere ab omnibus immunitatibus, & exemptionibus ordinariis, vt latiſſime ſcripſerunt *poſt Petr. de Vbal. & alios ſupra allegatos, Surd. conſ. 419. nu. 17. lib. 3. Laderch. conſ. 38. Rim. iun. conſ. 25. num. 48. & ſeq. lib. 1. Don Franc. Alfar. de iure fiſc. gloſ. 20. §. 7. nu. 113. Natta conſ. 310. n. 1.* ſubdens, quod vbi fit conceſſio immunitatis, non expedit, vt fiat mentio de præiudicio tertii, quia conceſſio immunitatis de ſui na-
26 tura hoc importat, *vt eſt gloſ. not. quam Abb. ibid. notat, in c. cū olim, ill. 1. in rub. Diœceſani, de priuileg. & cap. 1. & 2. col. fin. ſuper gloſ. commiſerimus. de teſtibus.* Cauſa pluries diſcuſſa me referente in Senatu, iudicatum fuit immunitatem non competere ex ſupra relatis, & ad contraria dictum fuit, quod etſi verum ſit, conſuetudinem attendendam eſſe circa materiam immunitatis, attamen in Re-
27 gno de Conſuetudine cæteri Conſiliarii ſtatus, prout erat D. Dux, non erant immunes à gabellis, & muneribus huius Vrbis ordinariis, & realibus, nec in proceſſu contrarium apparebat; Item dicebatur, quod ex eodem priuilegio D. Ducis non fuerat ſibi conceſſa ali-
28 qua immunitas, ſed tantum prout alii Conſiliarii ſtatus habebant, & vſi fuerant, ibi, *(Gaudeas vero, & fruaris omnibus illis dignitatibus, & poteſtatibus ſuperioritatibus, prærogatiuis, præeminentijs, honoribus, fauoribus, priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, & gratijs, quibus cæteri Conſiliarij, graduiq; tuo aſſiſtentes, & conſiſtentes potiuntur, & gaudent, potiriq; & gaudere ſoliti ſunt, & prout melius, & plenius dictus Auus tuus*

Digitized by Google

iuſte vſus fuerit) & ideo diſpoſitione nulla concedebatur immunitas, ſed tantũ fiebat relatio ad immunitates, quibus gaudere poterant alij Conſiliarij gradui ſuo aſſiſtentes, & conſiſtentes, atqui ſupra oſtenſum fuerat Conſiliarios tantum frui, & gaudere exceptione à muneribus perſonalibus,& extraordinariis, non autem ab ordinariis,& realibus, ergo nil inferebant prædicta verba, ſed tantum oſtendebant mentem ſuæ Catholicæ Maieſtatis, velle ducem gaudere omnibus præeminentiis, & immunitatibus, quibus cæteri Conſiliarij Regii gaudere ſoliti erant, quinimo verba illa priuilegii (*& prout melius, & plenius d. Auus tuus iuſte vſus fuerit)* reſtrictiua erant ad illam immunitatem, qua vſus fuerat Auus, & nihil minus in proceſſu non conſtabat Auũ d.D. Ducis, nec alios Cõſiliarios ſtatus immunitatem aliquam habuiſſe. Nec
29 obſtabat quod Conſiliarii Regii Patrimonii erant immunes ab omnibus gabellis,&D.Dux erat officialis Regii Patrimonii electus,quia id procedebat in illo Tribunali ex ſpeciali ſtatuto edito tempore,quo Don Ferdinandus Gonzaga,erat huius Regni Prorex,de anno 1543.& in priuilegio D.Ducis immunitas patrimonialium ſibi conceſſa nõ fuerat, ſed prout alii Conſiliarii ſtatus, qui ab illis excluſi reperiebantur, & Dux non poterat dici Conſiliarius Patrimonii propriè,ſed erat Conſiliarius belli, & ſtatus, poterat tamen ingredi in cauſis Patrimonialibus,quia ibi ea ſtatus, & belli materia diſcutiebatur,
30 & quia,vt in principio dictum eſt, immunitas eſt ſtricti iuris, non debebat aliter extendi ad illos, *ſecundum Bald. in conſilio 112. ad fin. libro primo, cum ſimilib.* Item non poterat dici, niſi ſupernumerarius Conſiliarius, quia iam deſtinatus erat numerus Conſiliariorum in
31 Regno & Patrimonio, & ſupernumerarii non gaudebant priuilegiis ordinariorum, *ad textum in l. Decurionibus, C. de Silentiar. libr.12.* ibi enim triginta numero inſtituuntur Conſiliarii, & illi immunes dicuntur, & propterea ſi alii
32 creentur Silentiarii, non gaudebunt priuilegiis illorum, qui ſunt numerarii, *ad textum in l. fin. C. de apparit. mag. milit.* vbi diſponitur, quod illi,qui ſunt ſupra numerum, non gaudent priuilegio fori, *& per hunc textum, ita dixit in materia immunitatis, Rebuff. in d. l. Decurionibus, in fine, vbi infert*, quod ſi ſit factum legatum Canonicis Sancti Pa-
33 truini, & ſint aliqui vltra numerum, illi nihil habebunt de legato, & ſequitur *Andre. de Barul. in d. l. fin. C. de apparit. in l. non plures, numer. quinto, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* licet *ex Felin. in capit. conſtitutus. in fine, de reſcript.* limitet, quando conceſſio facta fuiſſet ad inſtar aliorum, quæ in caſu iſto, vt dictum eſt, reſtricta erat ad alios ſupranumerarios, *& facit Corſett. in Singul. incipient. Supernumerarius, Vincent. de Franch. Deciſio. 234. numer. nono*, & idem fuit determinatum petita reclamatione, & ſi conceſſa fuerit im-
34 munitas D. Duci vti Generali equitum leuis armaturæ pro tempore, quo in Vrbe reſidebat apud perſonam Excellentiſſ. D. Proregis, de qua vltima prætenſione, nobis relatio commiſſa non fuerit per Senatum.

SVMMA-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Eligens viam ordinariam, ſibi praiudicat in executiua, limita, num. 2.*

3 *Text. in Clementina, Sapè, declaratur,*

4 *Reus praeuentus via ordinaria, ex tacito conſenſu ſibi non praiudicat in via executiua ſibi competenti, & num. 23. limita, & vt num. 6.*

5 *Praeuentio non impedit executionem. Contra num. 38 39 & 40.*

Amplia in praeuento ſuper vſuraria prauitate, num. 41.

Idem quando executio fieret manu Regia, n. 42. & 43.

7 *Debitor praeueniendo, an retardet executionem, & num. 11. & coram quo iudice agere debeat, num. 8.*

9 *Text. in l diffamari, & in l ſi contendat, parificantur.*

10 *Creditor praeuentus excipiens, dicitur actor.*

11 *Pactum de non opponendo deficiente via executiua, nil operatur.*

13 *Idem quando creditor praeuentus inciperet à probatione.*

14 *Defenſio conceſſa creditori, competit etiam debitori.*

15 *Iudex facti praeuentione nullitatis, debet ſuperſedere in executione ſententia, & nu. 17. intellige num. 16.*

18 *Cautela pro debitore praeueniente, & nu 20. intellige num 22.*

19 *Praeuentio admittitur aduerſus executionem contractus Bullaris.*

21 *Iudicium praeuentionis, quando reſoluatur in vim exceptionis, & quando currere incipiat inſtantia, ibidem.*

24 *Reus conuentus aliquo modo incompetenti, ſi non contradicit, dicitur conſentire in illo iudicio, & num. 25.*

26 *Debitor recipiens teſtes ſuper ſolutione conſentiente creditore, auditur non obſtante priuilegio Bulla, & pacto de non opponendo.*

27 *Amplia in ſpoliato, non obſtante eius priuilegio.*

28 *Conſenſus tacitus in iudiciis, operatur tanquam expreſſus.*

29 *Parte non opponente, multa conceduntur, remiſſiuè.*

30 *Spolians praeueniens auditur conſentiente ſpoliato, & num. 31.*

32 *Gloſſ. in Clem. Sapè, declaratur, & num. 35.*

33 *Tacens, & non contradicens interueniente aliquo actu poſitiuo, dicitur conſentire, & num. 36.*

34 *Iudicium ordinarium fieri non poteſt abſq; conſenſu actoris.*

37 *Conſenſus tacitus creditoris ſufficit ad remiſſionem hypotheca.*

ARGVMENTVM.

Agens via ordinaria, an ſibi praeiudicet in executiua, & quid in reo praeueniente via ordinaria?

DECISIO CLVII.

1 ACtor eligens remedium ordinarium, non poteſt amplius deuenire ad iudicium executiuum, *ad text. in Clement. Sapè, de verb ſign Roman. conſ. 133. Imol. in l. 2. ff. à quib appellar. non lic. num. 4. in princip. Maran. in Specul. part. 6. in 8. act. num. 14. & in ſua diſputat. 5. num. 24. & 28. vbi dicit ita iudicatum fuiſſe. Lancellot. de attent. lit. pendent. part. 2. limit. 3. cap. 4. nu 80. cum ſequent. & poſt Roder. Suarez. Imol. Bal. Galeſ. & alios innumeros, dixerunt Caualcan. Deciſ. 1. num. 15. part. 1. Burgos de Paz, conſil. 39 num. 7. Velaſc. Conſult. 88. num. 9. eamq; in iudiciis ſeruari ait Guttier practic quaeſt. lib. 3. q. 39. Auiles ſuper cap. Praet. cap. 10. verb. executio, nu. 2. Auendan. ad l. 45. Taur. gloſſ. 7. num. 8. Monter. deciſ. Aragon. 22.* vbi hanc opinionem communem, & verio-

2 rem eſſe teſtatur, licet minime procedat, quando lis ordinaria fuiſſet impugnata ab altera parte, *ſecundum Lancellot. & Caualcan. numero 15. ſupra relatos, & Gabriel. plures ad hoc adducentem limitationes, in titul. de regul. iur. Concluſio. 1.*

 num. 31.

nu. 30. cum ſequentibus. mouentur omnes
3 *per glo. in d. Clement. ſæpe, vbi habetur,* quod ſi iudex incipit ordinarie procedere in cauſa, in qua ſummarie procedi poteſt de expreſſo partium conſenſu à principio, ille, in cuius fauorem ſtatutum eſt, quod ſummarie procedatur, non poterit pænitere, tanquam eligens vnum ex contrariis, *cap. neq; duas, de elect. lib. 6.* in Regno nunquam vidi dubitatum, quinimo ſecundum eam pluries iudicaui. Fuit tamen orta dubitatio, an habens viam executiuam ex inſtru-
4 mento, præuentus à debitore via ordinaria, & non contradicens, ſibi præiudicauerit? & dicendũ videbatur, quod non, quia requiritur expreſſus conſenſus, *ſecundum gloſ. in d. Clem. Sæpe, in verbo, partibus.* Item faciebat dictum *Innoc. in cap. cum in iure. extra, de offic. delegat.* vbi
5 tradit, quod præuentio non impedit executionem, quia nulla lege cauetur, *per tex. in l. fin. C. de ord. cognit. Ang. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. cum alijs, quos refert, & ſequitur Monter. deciſ. 22. num. 9.* Item concluſio prædicta procederet
6 in actore, non in reo, *ſecundum omnes Dd. præallegatos.* Sed contrarium verius videtur, quia licet reus debitor non poſſit ex ſtatuto aliquid opponere aduerſus inſtrumentum, nihilominus pote-
7 rit præuenire (circumſcripta renunciatione propter pactum de non opponendo, & de non præueniendo (ad retardandam executionem, iuxta terminos l. diffamari, & l. ſi contendat, & id-
8 eo talis debitor præueniens, vt reus, & non actor, adire debet iudicem, ad quem trahendus fuiſſet per actorem, ſi contra eum executionem exercuiſſet *ſecundum receptiorem opinionem ſeruatam in Magna Curia, ex Rom. conſ. 412. Cagnol. in d. l. diffamari, nu. 5. qui dicit eſſe cõmunem, C. de inge. manum* vbi pariſicat terminos l.
9 diffamari, & l. ſi contendat, *Caro. de Graſ. in tract. de except. in Prælud. n. 156. & ſeq. vbi citat Pand. de præſent. inſtrum. par. 4. n. 11. ſed debuit dicere nu. 111. dub. 19. tit. præuentio. fol.*
10 *520.* Si ergo creditor excipiens, maxime præuentus dicitur actor, *ad tex. in l. 1. & 2. ff. de excep. l. in except. ff. de proba. cum alijs.*
11 *Graſ. vbi ſupra, n. 271.* vtiq; agendo via ordinaria, ſeu illi conſentiendo & inhærendo, dicitur renunciaſſe incommutabiliter viæ executiuæ, & cum deficiat via executiua, deficit quoque & nihil operatur pactum de non opponen-
12 do, tanquam acceſſoriũ ad inſtrumentũ & ad viam executiuam, & tanquam qualitas executionis, *vt ex mente Ioan. Aloyſ de Sept. ſcribit Cumi. ſuper Rit. 37. nu. 85. & 87.* quem *refert doctus Catinenſis Maur. Burg. in tract. de Laudem. Inſpec. 40. num. 68.* vbi audet dicere, quod nemo ſani capitis audebit negare. & magis in propoſito ſcribit *idem Cumi. poſt Anton. Lanc. d. loco, n. 118.* quod poſtquam creditor incipit a probatione, & vtitur inſtrumento, ſiue ſentẽtia per viam proteſtationis ceſſat pactum de non oppo-
13 nendo, quod tunc operatur, quando incipitur ab executione, & non debet debitori reo negari, quod creditori a-
14 ctori conceditur, ſcilicet defenſio, & probatio, *quod dicit Anton. Lanc. maxime notandum*, quoniam ita ſeruat practica. *& ſequitur Maur. d. loco, numer. 71. & 72.* Præterea adducebatur doctrina *Baldi in Authent. Quæ ſupplicatio, C. de prec. Imperat. offerend,* vbi ait, quod facta præuentio-

15 uentione nullitatis, iudex non debet
eſſe velox ad exequendum ſenten-
tiam,cum dubium ſit iudici,licet ſi ex-
16 equatur, non dicitur attentare, nec re-
17 uocabitur executio, & quod debet ex-
pectari finis litis præuentionis, & ita
ſubdit intelligi debere dictum Innoc.
aliàs videretur falſum dicere, quæ opi-
nio Baldi,habet plures ſequaces, *de qui-*
bus per Lancellot.de attentat.nullit.pendent.
num.83 & ſeq. Monter. in d.Deciſ.22.num.6.
& 7.Natt.conſ.217. ante fin. ideoq; Caſtr.
ibidem pro cautela docuit, quod debi-
18 tor præueniat, *quinimo Innocent.* fuit pa-
rum conſtans *in cap. cum olim,de dolo, &*
contum. vt aduertit Caſtr. in d. §. condemna-
tum, & refert Apoſtill ad Suarez. in l.poſt
rem iudicatam,in declarat.leg. Regni,verſic.
19 *circa lit. E.* in tantum, quod præuentio
admittitur aduerſus executionem cõ-
tractus Bullatis, *Milan.deciſ.7.nu.2. & 3.*
deciſ.13.nu.64.lib.2. Carol.de Graſſ.excep.12.
20 *num.2.* & proinde cautela eſt ad tollen-
dam difficultatem præuentionis,& eli-
dendam cautelam Caſtr. quod credi-
tor ſtatim compareat, actionem pro-
ponendo executiuam ſententiæ, ſiue
21 inſtrumenti, tunc enim iudicium præ-
uentionis reſoluitur, & habet vim ſim-
plicis exceptionis, & inſtantia incipit à
ſecunda petitione, quia prima euane-
ſcit, *ita dixit Aret. in cap. in præſentia, de pro-*
bat. vbi Dec.num.5 poſt Socin. Franc. & alios,
dixit Milan. d Deciſ.7 nu.35. & 36. Contard.
in d.l.vnica, lim.num 24. Ronchagal.in Rubr.
de duob.reis.num.22.in fine. Cæterum, hoc
22 intelligendum erit, vbicunq; creditor
citatus, & præuentus illico executio-
nem proponat, vt eſt de mente Dd. ſu-
pra relatorum, quod ipſe præuentus
23 taceat, & conſentiat etiàm tacitè, cen-
ſetur renunciaſſe viæ executiuæ pro-
pter conſenſum viæ ordinariæ, *ſecun-*
dum Rom. Imol. & alios præallegatos Doctor.
qui etſi loquantur, quando actor eligit
viam ordinariam, tamen idem dicen-
dum erat, ſi reo prouocante, ipſe actor,
vel creditor non contradixerit, ſed cõ-
ſenſerit proceſſui ordinario, *vt dixit*
Anton.Galleſ.ad form. Camer. obligat.part.3.
quæſt.2.num 4. tom.6. part 2. Item dice-
batur, quia vbi proceditur aliquo mo-
24 do incompetẽti, putà ex abrupto, reus,
ſeu aduerſarius debet ſtatim reclama-
re, & diſſentire inſcriptis, aliàs dicitur
conſentire,& ſi non ſe opponit ad hoc,
debet ei patere via, quam elegit, *gloſſ. &*
Bart. in l.1.C. de relat. & notant. Ioan. Aloyſ.
de Scp. & Anton.Lanc. ſuper Rit.44. quos re-
fert, & ſequitur Cumi. in Proœm. Rit.36. &
d. Rit.44. nu.16. & ita quotidie practicatur.
idem Galleſ. in d.tract. par.4. quæſt.3. verſ. vi-
dimus, vbi ait, quod ſi opponitur aliqua
25 exceptio non admiſſibilis aduerſus
executionem inſtrumenti, conſentien-
te, & tacente actore, præiudicat, ac ſi
fuiſſet admittenda, & tacendo videtur
conſentire: quia in iudiciis taciturnitas
habetur pro conſenſu, & aduerſus ex-
ceptionem opus eſt replicatione, *alle-*
gat Lapum alleg.25. Fel. & Bart. & tandem
num.9. docet, quod illico proteſtandum
ſit, & à procedente appellandum, &
ſubdit, quod procuratores ſint memo-
res, quia alias detegitur eorum igno-
rantia, & in M.C. receptum eſt, quod ſi
creditor etiam in Bulla, patitur exce-
ptiones opponi, & probari per teſtes,
non obſtante pacto de non opponen-
26 do, & eius priuilegio, debitor audien-
dus

dus eſt, & ita paſſim iudicamus, *vt dixi ad Pet. de Gregor. de cenſib. quæſtio. 9. numer. 27. & 28. Milan. Deciſ. 13. num 112. lib. 2. Anton. de Call. ſuper ead. Pragm. quæſt. 25. Graſſ. de excep. in Prælud. num. 258. Surd. conſ. 237. num. 38. & 59.* qui mouentur *per tex. in ca. 1. de reſtit. ſpol.* vbi datur priuilegium ſpoliato agenti, vt ante omnia reſtituatur antequam ſpolians reus audia-
27 tur in lite ordinaria petitorii, & ſuper cauſa dominii, verum ſi ipſe ſpoliatus patiatur, & conſentiat tractari ſuper cauſa dominii, cenſetur renunciare viæ, & priuilegio ſpolii, & hoc procedit tam expreſſe, quam tacite, *vt poſt alios reſoluit Bero. ibi, num. 20 reiecto Innoc.*
28 quia tacitus conſenſus in iudicio operatur idem, quod expreſſus, *Iaſ. in l. quæ dotis, num. 77. ff. ſol. matrimo. & ex pluribus tradit Menoch. recuper. poſſ. rem. 1. quæſt. 15. n. 162. & ſequ. poſt Bart. & alios, in d. l. naturaliter § nihil commune, vbi Rip. num. 72.* qui
29 multa refert circa illud, quod parte non opponente plura conceduntur, & *nu. 174.* extendit idem Menoch. eti-
30 amſi reus ſpoliatus præuenerit, ſuper cauſa petitorii, quia ſpoliato tacente, amittitur priuilegium ſpolii, ideoq; oportet, quod ſtatim ante litem con-
31 teſtatam ſuper petitorio, ſpoliatus opponat de reintegratione, & quod prius cognoſcatur cauſa ſpolii, *ſecundum Bart. magiſtraliter, in d. l. naturaliter. § nihil commune de adquir. poſſ. nu. 24. & alios quos refert Menoch. vbi ſupra.*

32 Nec obſtabat *gloſ. in d Clemen. Sæpe, in verbo partibus,* vbi ad hoc expreſſum requiri conſenſum inferebatur; illa etenim, ſi bene aduertatur, dum quærit, an liceat partibus pœnitere, ſi primo cæperunt iudicium ſolemniter peragere, & inſiſtere, quod ſine forma, & figura iudicii procedatur, (quod idem eſt, ac ſi executiue) ſic diſtinguit, vt ſi partes expreſſe conſenſerunt, non poſſint, vbi vero nõ conſenſerunt expreſſe, ſed non contradixerunt, poterunt poſtea in occurrentibus contradicere; ex qua quidem diſtinctione in ſecundo membro eliciebatur, gloſ prædictam loqui in caſu, quo pars ſteterat prius in terminis taciturnitatis, & non contradixerat, ſed ſi pars non tantum non contradixit, ſed fecerit aliquos actus, ex quibus de iure præſumatur cõſenſus, de tali caſu gloſ. non loquitur,
33 & ideo tacens, & contradicens conſentire præſumitur, ſi fecerit aliquos actus poſitiuos, *vt dixit Abb. in cap. cum virum, n. 3. de regular. Iaſ. in d. l. quæ dotis, nu. 90. cum ſeq vbi etiam Barboſ. ſub num. 158. Tiraqu. de leg. connubial. gloſ. 7. num 30. Burſat. conſ. 59. num 14. Surd. conſ 164 numer 9. lib. 2. & deciſ. 199. num. 10. Maſcar. Concluſ. 1154. num. 44.* vbi varios adducit actus poſitiuos, qui magis clarum reddebant articulum, de quo agebatur, vbi proceſſum fuerat oblato libello, præſentatis exceptionibus, productis teſtibus, & datis terminis, adeo quod, vt dictum eſt, remanebat tantum concluſio proceſſus, & ſententia; *quin imo dixit Galleſ. in d. par. 3 quæſt. 2. num. 6.* quod difficile ſibi videtur, quod vigore inſtru-
34 menti intentetur iudicium ordinarium, & quod id non ſit factum de con-
35 ſenſu actoris. Item gl. locum haberet, vbi iudex procederet, ſecus ſi pars, quia tacitus conſenſus ſufficeret, ex prædictis, maxime, quia vbi lex requirit ex-

preſſum conſenſum & præſertim in
36 iudiciis, conſenſus præſumptus ex taciturnitate, & actibus poſitiuis, *ſecundum Tiraq. in d. gloſ. 7. num. 23 30 & 37.* pro-
37 ut dicitur in alienatione, vbi expreſſus requiritur conſenſus, vt creditor hypothecam remiſiſſe cenſeatur. *Maſcard. concluſ. 1173. num. 19. Milan. deciſ. 9. num. 85. lib. 2.* & nihilominus ſecundum eum, *num. 22.* ſufficit conſenſus inductus ex
38 coniecturis. Nec pariter obſtabat *Innocen. in loco ſupra relato*, eius namque opinio procederet, prout loquitur, quando ageretur de executione ſententiæ, quod nō impediatur, eo quod in proceſſu fuerunt oppoſitæ, ſeu opponi debuerant omnes exceptiones peremptoriæ, quæ poſt ſententiam opponi non poſſunt, ſecus autem in executione inſtrumenti vigore ſtatuti, tunc præuentio impedit, *ſecundum Bald. in l. peremptorias, C. ſentent. reſcind. poſſe. Soc. conſil. 78. numer. 70. verſicul. tertio, lib. 3. Suarez in d. l. poſt rem iudicatam, numer. 13. in fin.* Item
39 procedere coram diuerſo iudice, *Anto. Canar. de execut. inſtrument. quæſt. 15. num. 90. & 91. Maſcard. d. Concluſ. 686. num. 17.* Et deniq; Innoc. opinio penitus ceſſat,
40 quando nō ſolum ſuper nullitate ſententiæ, inſtrumentum eſt præuentum, ſed etiam eſſet lis conteſtata, & proceſſum ad teſtium productionem, & iam iudici conſtare poterat, & de nullitate inſtrumenti, & exceptione contra illud oppoſita, vt non remanear, niſi quod proceſſus concludatur, & fortius in caſu iſto, vbi nedum facta fuerat pub.icatio, ſed etiam & dati termini, & præſentatis exceptionibus recepti teſtes per vtramq; partem, in tantum, quod non remanebat, niſi concluſio, proceſſus, *vt notanter dixit Socin. d. conſil. 78. numer. 5. vbi ita reſpondet Innocent. & alij. Milan. Deciſ. 2. & 7. Apoſtil. ad Suarez. in d. litera E. Canar: d. quæſtio. 51. & 52.* & exceptio oppoſita erat taliter probata, quod per viam exceptionis ſine dubio impediebat executionem, non obſtante Ritu, & pacto, quia locator non impleuerat ex parte ſua, ſinendo Conductorem vti frui, re conducta libere: immo impediendo, vt alibi dicetur, in tantum, quod iudici quaſi pleniſſime conſtare poterat de maximo iure præuenientis, vt latiſſime, quando eſſet prouentum ſuper v-
41 ſuraria prauitate, *dixit Marant. inter conſil. Grammatic. 88. & conſil. 95. Capic. deciſ. 175. vbi Proſp. Petr. in addit. litera B.* qui loquitur de omnibus ſimilibus exceptionibus, *Vrſil. deciſ. 31. Frec. de præſent. inſtrument. par. 9. q. 5. numer. 7.* vbi ita concordat Inn. opinionem cum Bal. *& allegat Canar. Bart & alios, & in q. 7. n. 26. & 32. Menoc. conſ. 109. n. 40. qui ita declarat conſ. Bero. 85. lib. 3.* eoq; magis, vbi executio
42 fieret manu Regia, vt erat hîc, *ſecundum Soc. in d. conſ. 78. n. 7.* ſi enim competeret quindena, vtique teſtes, recepti, & alia acta iuuarent in iudicio executiuo,
43 vel quando executio eſſet irretractabilis. *Frec. q. 9. num. 12. Barc. de Guarentig. par. 6. q. 2. & q. 21. in ſecundo caſu*, & denique reſponderi minime neceſſarium erat, quod principalis cōcluſio in principio adducta ꝓcedebat in actore, cum ex ſupra deductis ſatisfactū erat. Punctus non fuit deciſus, quia viſis prædictis deciſionibus, fuerunt conceſſæ ſuperſeſſoriæ, quod idem erat, & tandem com-

Digitized by Google

compilato proceſſu præueniens obtinuerat, vt dicam infra in deciſ. 199.

SVMMARIVM.

1 *Reuiſio competit, vbi prohibetur appellatio ob praeminentiam iudicis, & nu. 6. intellige, num. 18. 20. & 21.*

2 *Appellatio non competit ab interlocutoriis M.R.C. Conſiſtorij, & S. Conſilij Neapolit.*

3 *Idem à ſententia Summi Pontificis, num. 3.*

4 *Idem in Curia Delphinali.*

5 *Reuiſio differt ab appellatione.*

7 *Appellatio arguit iniquitatem, ſeu imperitiam iudicis, ſecus reuiſio.*

8 *Statutum denegans appellationem, nõ comprehendit reuiſionem. Amplia num. 9. 10. & 12. contra num. 24.*

11 *Appellatione deſerta competit reuiſio.*

13 *Reuiſio datur in Regno Aragoniæ, vbi prohibita eſt appellatio.*

14 *Reuiſio datur à tribus ſententijs conformibus, vbi denegata eſt appellatio, nu. 15. Amplia num. 16. & 17. contra, num. 22. & 23.*

19 *Gloſ. in l fin. C. vt lit pend. communiter approbatur.*

25 *Reuiſio admittitur, quando conſtaret de iniuſtitia ſententiæ, & num. 29. intellige, vt num. 26.*

27 *Notoria iniuſtitia æquiparatur nullitati.*

28 *Appellatione prohibita, non cenſetur prohibita nullitas.*

30 *Notoria iniuſtitia quæ dicatur.*

ARGVMENTVM.

Prohibita appellatione, an cenſeatur etiam prohibita reuiſio?

DECISIO CLVIII.

1 PRohibita appellatione propter præeminentiam Tribunalis, prout eſt in Regno prouiſum ab interlocu-
2 toriis latis per M. C. & Conſiſtorium, ibi admittitur reuiſio, *ad text. in l. ſi quis aduerſus, & in Authent. Quæ ſupplicatio, C. de precib. Imper. offer. l. 1. C. de offic. præfect. prætor. gloſ. in l. fin. C. vt lit. pendent.* & in ſententia Sacri Conſilii Neapol. dixit *Vincent. de Franch. Deciſ. 148. num. 4. Afflict. in*
3 *Conſtit. Regni. Appellationum, quæſt. 10.* prout in ſententia Papæ eſt *text. in cap. ex literis, vbi Imol. de reſtit. in integrum, & in Cu-*
4 *ria Delphinali dixit Guid. Pap. deciſ. 50 Ruin. conſil. 34. & conſil. 157. col. penult. volum. 5.*
5 *Capic. Deciſ. 144. Roland conſil. 38. n. 3. vol. 2.* quia ea differt ab appellatione, *vt dixit gloſ. in d. c. ex literis, vbi Abb. num. 9.* ait ad hoc eſſe ſingularem, ideoq; ſiue in Inſtrumento, ſiue in Reſcripto, ſiue in aliqua iuris parte, remota ſit appellatio,
6 poteſt nihilominus aduerſus ſententiam ſupplicari, quia ſeparata ſunt remedia, & vnum eſt ordinarium, alterum vero extraordinarium, & vnum non remouetur ad remotionem alterius, *Imol. in conſil. 145. num. 7. Contard. in l. vnica, quæſt. 8. C. ſi de moment. poſſeſſ.* Ap-
7 pellatio ſiquidem arguit iniquitatem, ſiue imperitiam iudicantis, *l. 1. in pr. de appell.* ſupplicatio verò, vel querela, reſpicit proprii erroris veniam, *l. proficiſci, de minor. & ſecuti ſunt Ruin. d. conſ. 157. Vinc. de Franch. deciſ. 148. num. 3. Brunon. à Sole, quæſt. legal. quæſt. 24. num. 7. Cancer. variar. reſolut. lib. 3. cap. 18. num. 15. & ideo dixit Bal. in l. fin. § fin. C. de temp. appellat.* quod licet
8 valeat ſtatutum auferens appellationem, non tamen à tali ſtatuto tollitur recurſus ſupplicationis, vel querelæ, *Salicet. in l fin. col. fin. C. de ſentent. & interlocut. omn. iudic. Imol. in conſ. 152. Menoch. de arbitr. q. 70. num. 26. Maran. in Specul. par. 6. verſic. ſecundus actus, numer. 13.* vbi ampliat
9 etiam in Curiis inferioribus, *Abb. in d. c. ex literis, nu. 3.* & dicit eſſe menti tenendum,

dum,

Digitized by Google

dum, licet contrarium ſeruari aſſerat *Cancer.d.cap.18. num.33. Peguer. Deciſ.187.*
10 quod pariter procedit in cauſis criminalibus *Mich.Ferr.3.par.Obſeru.c.21.& 22. Vincent.de Franch.Deciſ.148. & Cancer.variar.reſolut.in loco relato,nu.19.& ſub nu.29. & in lib.1. capit.17. de appell.* idq; confirmari videbatur, quia ſi quis appellauit, & non eſt proſecutus appellationem, poterit ſupplicare, ſi appellatio
11 eſt deſerta, ſiue iudicialis ſit, ſiue extraiudicialis, *ſecundum Dec. in cap. cum ſit Romana, n.27. de appellatio. Contard. in loco relato, nu.12.* ſubdens ita iudicaſſe Rotam Romanam, & nos iudicauimus in Cōſiſtorio de menſe Auguſti, 1604. pro Barone Maſſariæ, contra Andream Iuſtiniano, quod extenditur, etiamſi ex
12 natura cauſæ prohiberetur appellatio, *Caſtr.in l.final.n.20.C.de edict. Diui Adri.toll. Dec.cōſ.533. Natta, conſ.172.n.13. vbi allegat Imol.& multis relatis, materiam examinat Farinac.de varijs crim quæſt.101.n.105.& ſeq.* Hinc dixit *Iband. de Bardaxi. in tractat. de offic.Gubernat.q.5.n.80.* quod in Aragonia
13 non appellatur à Domino Rege, & primogenito, neq; etiam à Regente officium gubernationis, cū in Regia Audientia præſidet, bene tamen ab eis dari recurſum ad iuſtitiam Aragonum iuris firmæ in ciuilibus, & manifeſtationis in criminalibus. & ſequitur *Ioſeph de Seſſe.in tract. Inhibitio. & Magiſt. Iuſti.Arago.c.1.§.2 n.24.& ſeq.* Et ex prædictis videbatur, quod Petrus Famularo, & conſortes, audiri debebant in reui-
14 ſione petita à tribus ſententiis conformibus contra eos prolatis ad inſtantiam Monaſterii Sancti Saluatoris, vt in ſpecie voluerunt *Ioan. Andr.& Butr.in d.c.ex literis, Franc. Marc. Dec.55.n.3.p.1.& videtur tenere Rui.in cōſ.158.n.18.vol.5. vt refert Sur. in conſ.277.n.8.vol 2.* quis de iure
15 communi non liceat tertiò prouocare, *ad tex.in l. j.C.ne lic.in vna ead.cauſ.* idq;
16 magis procedere videbatur in caſu iſto, vbi cauſa reuiſionis petita fuerat à Principe, & mihi commiſſa, *ſecundum Inno.in d.c.ex literis, vbi dicit,* ſolum Principem admittere ſupplicationem contra ſententiam, *quod Abb.ibi, n.10.* ait eſſe notabile dictum, quia quotidie allegatur, *Imol.in conſ.145.n.2.* dum dicit, quod nunquam cenſetur excluſa ſupplica-
17 tio, quæ porrigenda eſt Principi, vel ei, qui Principis tenet locum, etiamſi expreſſe moueretur ſupplicatio. *Franciſc. Marc.d.deciſ.55.n.4. vbi poſt Abb.dixit,* poſſe ſupplicari etiam poſt tres ſententias conformes, prout erat caſus, de quo agebatur, *& ſequitur Rebuf.in ti. de ſupplicat. in præfat.61.* Sed in contrarium iudicaui, non aliter admittendo reuiſionem de menſe Februarii 1608. *per tex.in d.l.1. C.ne lic.in vna ead.cauſ. vbi Bartol.& Caſtr.* quia fuerat bis appellatum, ideoq; ſi-
18 cuti prohibitum erat appellare, ita nec ſupplicare, vt infinitas euitetur, *ſecundum gl.in d.l.fin.C.vt lit.pend.* quem ſequuntur ibi *Doct.Imol.in l.ſi expreſſim,§.fi.col. penult.verſ.nec obſtat ſuperius, ff.de appellat. & in d.conſ.143.n.3. Caſtr.in d.l.ſi quis aduerſus, in fin.C.de prec.Imperat.offerend. Præpoſ. in c.ex ratione, num 73. de appellat. Aufrer.ad Cappell.Toloſan.Deciſ.479. Ruin.d.conſ.157.*
19 *n.18. Marſil.Sing.647.* vbi ſubdit gloſ. prędictam communiter à Doctoribus approbari, *Rol.d.conſ.38.n.10. cum ſequ.vol.2.* vbi dicit quod ſuper hoc facit magiſtralem regulam *Iaſon.in d.Auth. Quæ ſup-*

Dd plica-

Digitized by Google

plicatio,num.6. quod vbi quis prohibe-
20 tur appellare propter dignitatem iudicis,& ſic in priuilegium latæ ſententiæ, poteſt ſupplicare, ſed vbi non poteſt appellare de iure communi, nec pariter poterit ſupplicare, & ante eum conſtituerat, *Cy. in d.l.fin. vbi etiam Dec. nu.50.C. de edict.Diui Adr. toll.vbi ad hoc allegat Innoc. Bald. Butr. & Imol.& poſt multos alios dixerunt Peregr.in conſ.79.n.8.Becc. conſ.7.num.17.& conſ.93.n.12. Vinc.de Fran. d.deciſ.148.n.4.Surd.conſ.277.num 16.& 21.* vbi infert, quod ratio abbreuiandarum litium,& euitandæ infinitatis,per
21 quam appellatio prohibetur, militat quoq; in ſupplicatione, *ſecundum Imol. Natt. & Contard.vbi ſupra relatos, & Menoch. de adipiſcen. poſſeſ. remed.4.num.903.* Et contraria procedebant,vbi appellatio eſſet prohibita propter dignitatem iudicis, vt latiſſime ex regula prædicta fundatum fuit, quam communiter Dd.omnes ſecuti fuerant.

Nec obſtare videbantur tradita, *per*
22 *Ioan.Andr.& Butr.* quia in contrarium erat veritas,*ſecundum Gloſ.Caſtr. Prapoſ.Iaſ. & cæteros Dd. præallegatos, quinimo dixit Imol.in d.l.ſi expreſſim, quem ſecutus eſt Sur. vbi ſupra,ſub num.23. quod Ioan.Andr.& But.* non habuerunt recordium, ſeu memoriam, *de gl.in d.l.fin.C.vt lit.pend.*& licet reuiſio prædicta poſtulata fuerit à
23 Principe, attamen eam Princeps non conceſſerat de plenitudine poteſtatis, *ſecundum Bal. in conſ.252.* cum concernat meram Principis gratiam,&in tantum extenditur, in quantum Princeps voluerit, *Prapoſ.in d.cap.ex ratione*; ſed mihi commiſſa fuerat,vt prouiderem de iuſtitia, ſi, & quatenus admitti deberet.

24 Nec verum erat, quod vbi prohibita eſſet appellatio ex natura cauſæ,admitteretur reuiſio, *Iaſ. in d.Auth. Quæ ſupplicatio,num.6. Dec.in d.l fin.nu 50. C. de edict. D. Adr.& eſſe communem refert Boſſ.in tit.de querel.contra ſentent.num.3.& poſt alios refert,& ſequitur Surd.d.conſil.277.num.23.*& maxime, quod cognitis meritis cauſæ, prout in huiuſmodi articulis coram me pendentibus practicare ſoleo, apparebat de notoria iuſtitia ſententiarum, nam etſi prædicta vera eſſe non
25 dubitauerim, nihilominus, quando conſtaret de notoria iniuſtitia ſententiarum,v iq; ſemper eam admitterem, *ad not. per Vincent. de Franch.in d.deciſ.148. num 7.Farinac.d.quæſt.101.num.112.Cancer. vbi ſupra,nu.26.Honded.conſ.27.nu.42.lib.1.*
26 vbi declarat id procedere,quando grauamen eſſet adeo notorium, vt aliqua probabili dubitatione obfuſcari non poſſet, *allegat Bald. Dec. & alios, Menoch. conſ.345.num.47.cum ſeq.volum 4. Farinac. conſ.85.num.148. Mier. part.2. Collat.6.c.13. tit.de cauſ. minim. num:23.24.& 25.* eſtq; ratio ſecundum eos:quia notoria iniu-
27 ſtitia æquiparatur nullitati,*vt dixit idem Cancer. lib.2. variar.cap.15. de liter.requiſit. num.60.* & quemadmodum appellatio-
28 ne remota,non cenſetur ſublata nullitas, ſic neq; notoria iniuſtitia, *vt dixit Roginel.de appellat.§.12 c.3.num.14. & c.4.*
29 *num:3: Zuccard.in conſil 37.num 25. vbi ſubdit*, appellationem non intelligi ſublatam,quando clare conſtat de iniuſtitia, etiamſi ſtatutũ diceret, ſiue iuſta,ſiue iniuſta eſſet ſententia, *Farinac. d.conſ 85.*
30 *num.145.Ruin.conſ.131.num.13.vol 4.* dicens notoriam nullitatem, ſiue iniuſtitiam eam eſſe, quando conſtat ex ipſa ſententia.

Digitized by Google

tentia, ſeu actis, & ſenſerunt, *Marqui. in vſat. de omnib. namq. communib. q. 5. in fin. Ibar. de Bardaxi. ſuper foro Aragon. part. vlt. de apprehen. for. 25. num. 21. quos refert, & ſequitur Cancer. d. cap. 18. num. 29.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici tabellionatus officium exercere prohibentur.*

2 *Prælati interdicere debent clericis, ne tabellionatus officium exerceant.*

3 *Officium tabellionatus eſt vile, ratio. numer. 4.*

5 *Officium tabellionatus eſt ſeculare.*

6 *Clericus non habet exercere officia ſecularia, & num. 18.*

7 *Clericus in cauſa hæreſis tabellionatus officium exercere tenetur.*

Amplia in quacunque Curia Eccleſiaſtica, num. 8.

9 *Inſtrumenta facta per clericum notarium ſunt valida.*

10 *Clericus notarius committens falſum, an puniatur à iudice laico.*

11 *Argumentum valet de milite ad clericum.*

12 *Iudices laici ratione adminiſtrationis poſſunt capere clericum, & num. 15. & 16. Intellige num. 20. contra, num. 18. & 21.*

13 *Notarius effectus monachus cogitur ad reaſſumendum inſtrumentum coram iudice laico.*

14 *Falſitatem committens in officio punitur ab eligente.*

17 *Statutum prohibens, ne clerici admittantur ad officia publica validum eſt.*

19 *Officia committi non debent perſonis non ſubditis.*

22 *Clerici ſunt exempti à iuriſdictione laicorum de iure Diuino.*

Amplia, num 23.

ARGVMENTVM.

Clericus notarius ob falſitatem, an poſſit puniri à iudice laico.

DECISIO CLIX.

1 CLerici tabellionatus officium exercere prohibentur, *vt expreſſe cautum eſt in Regno per Capit. Alſon. 258. verſic. illo tenaciter obſeruando, & in Regnis Hiſpaniarum extant, l. 15. titul. 18. libro 2. ordinat. & l. 40. capitulo 36. in pragmat. antiquis ibi: y que no ſean clericos, & in l. 12. titul. 3. libro primo, ordinat. & eſt textus in canone. in capit. ſicut. Ne cleric. vel monach. vbi hoc idem dixerunt Abb. Ioann. Andr. Hoſtienſ. & cæteri Canoniſtæ, Caſſan. in Conſuetud. Burgund. rub. 1. §. 6. numero 31. & 42. in gloſ. Meſſierſ. Milan. in repert. in verb. Clericus in ſacris, Bellame. conſilio 42. Bartol. in l. vniuerſos. C. de decurion. libro decimo, & in l. ſeruus, vbi Doctor. ff. de teſtament. Rebuff. in tractat. de lit. obligat. articul. 2. gloſſ. 1. numero 42. Franciſc. Marc. deciſio. 194. in 2. p. Roman. conſilio 409. numero 8. Diaz. in pract. criminal. canonic. capit. 60. in cap. Clerici in ſacris. folio (mihi) 243. vbi Additio. Ignat. Lopez. litera A. Leon. in Prax. Archiepiſcop. capit. 35. numero 4. D. Tapp. libro 2. Iur. Reg. titul. de offic. notarij. numero ſexto*, in tan-
2 tum, quod ſi aliter fecerint, prælati debeant hoc illis interdicere, per beneficiorum ſubtractionem, ad textum *in dicto capitul. ſicut, & eſt ratio ſecundum*
3 *Abb.* quia hoc officium eſt vile, cum
4 tabellio dicatur ſeruus publicus, *capit. primo, de vſur. libro 6. dicta l. vniuerſos, & ibi gloſſ. & Doctor. C. de decurio. libro decimo, & l. non enim. ff. de poſtuland. l. non aliter. ff.*
5 *de adoptio. & l. 2. C. eod. titulo.* Item quia
6 officium hoc eſt ſæculare, à quibus debet clericus abſtinere, *cap. 1. d. tit. Ne Cleric. vel Monach. Emanuel. Roderic. quæſt.*
7 *regul. tom. 3. quæſtio. 8. articul. 3.* licet ſecus ſit in cauſa hæreſis, vbi clericus nedum admittitur, ſed etiam cogi poſſet

Digitized by Google

ad exercendum tale officium, *ad tex.in capitu.vt officium §.ad conſcribendas, de hæretic.in 6. Abb.vbi ſupra, nu.6. Pegna, in Director.Inquiſit part.3 & capit.19.cæteros recenſet, Leon.Prax.Archiepiſcop.capi.35.n.17. quod Abb.in relato capit.ſicut.nu.6.& 7. am-*
8 *pliat*, etiam in quacunque Curia eccleſiaſtica, & in clerico in minoribus ordinato, ex rationibus prędictis ſubdēs, quod ſi ad huiuſmodi officium fuerint ordinati, ac de facto aliqua inſtrumen-
9 ta rogauerint, valida erunt, *Rom.d.conſ. 409.numer.8. Caph.Imbria.in tract.de iudic. Regni parte poſteriori, numer.22.vbi allegat Marant.in conſ 3.numer. 9.conſil. 18. numer. 5.& conſil.30.verſ. non obſtat. Doctor Marta in tracta. de iuriſd.part. 4. Centu. 2. caſ.116. numer.15. Leon. in dict. cap. 35.* Fuit tamen dubitatum, ſi notarius effectus cleri-
10 cus, à cuius officio abſtinere debuerat ex prædictis, committens falſum in inſtrumentis, puniri potuerit à iudice laico? & videbatur dicendum, quod ſic, *ad not.per tex.in capit.Sacerdotibus, Ne Cleri.vel Monach.& tex.in l.criminali, C.de iuriſdiction.omn.iudic.* arguendo de mili-
11 te ad clericum, *vt per gloſſ. & Doctor. in l.miles, in princip.ff.de re iudic. & Iaſon. in l. final.in 5.notab. C.de iur.delib. Bald in addit. ad Specul.in tit.de reo.in princip.verſ.ſi ſcholaris, & in tit. de cleric. coniug. verſ.ſi autem clericus, Caſſan.in Conſuetudin.Burgund.rub. 1.§.5.n.71.verſ.dic, quod prædicta regula, Guliel.de Benedict.in cap.Rainutius, §. & vxorem nomine Adelaſiam, num.155.de teſtam. Aufrer.de poteſt.ſæcular.in eccleſiaſ.reg.1.fal-*
12 *len.17.* vbi dicunt, quod iudices laici authoritate d. cap. poſſunt clericum ratione adminiſtrationis capere, quaſi in dicto caſu videatur nudari priuilegio clericali, & teſtantur ita ſeruari in Gallia, *Marſil. Singul. 694. incip. Apud omnes ſane, num.2. Emanuel. Roder.d.quæſtio.*
13 *8.artic.3.* vbi ait, quod notarius factus monachus poteſt cogi ad reaſſumendum inſtrumentum in eius protocollo coram iudice laico, *ſecundum Ang. quē ipſe allegat.in l.Prætor, ff.de eden.*& maxi-
14 me, quia agebatur de falſitate in officio laicali commiſſa, *ſecundum gloſſ.& ibi Doct.in l.nullum, C.de teſtib.* quia tunc iu-
15 dex ſæcularis, non dicitur procedere contra clericum per modum iuriſdictionis, ſed executiue, in conſequentiam officii ſuſcepti, *vt per Affl. in deciſ. 24.nu.3.& ibi latius per Vrſil.Cancer.variar. reſol.lib.3.c.8.n.108.* vbi firmat, quod cle-
16 ricus depoſitarius poſſet cogi à iudice laico ad depoſitandum. Contrariū tamen iudicauimus de anno 1608.pro quodam Notario effecto clerico Terræ Dimidii iuſſi, quia nō fuit aliter contra eum ob falſitatem proceſſum ad capturam, & alias pœnas corporales, ſed publico edicto inhibitū, quod amplius officiū prædictum Tabellionatus exercere non valeat, irritando, & annullando penitus omnia acta per eius fortè manum de cætero conficienda, de
17 anno 1608. talis enim lex rationabilis erat, *ſecundum not.per Couar.practicar.quæſt. cap.33.n.6.*

Vincent.de Franch. deciſ.479. & poſt eos Caball.reſolu.crimi.caſ.64.n.10. cum poſſit per iudicē laicum puniri ciuiliter priuatione nempe officii, *vt tradit Hieron. Port.ad Moli.in §.clericus, poſt principiū.Ioa. Garſi.de nobilit.gl.9.nu.33.& refert deciſum Michael.Ferr.p.1.Obſer.c.220. quem ſequitur Cancer.vbi ſupra, num.110.& ſequen.* idque magis

mag's, cum ordo prædictus fulcitus ſit authoritate *text. in d. c. Sacerdotibus*, quo
18 loco officia ſecularia clericis interdicta cenſentur, & non ab re, vt in principio deduxi, idem per multas leges municipales diſpoſitum reperiatur, & præcipue in hoc Regno, licet male ſeruetur; quia dum eſſem iudex cauſarum criminalium in M. C. vidi plures equites Hieroſolymitanos eligi Capitaneos ciuitatum, aliaq; officia exercere, & in Syndicatu nullam rationem reddidiſſe, & Deus ſcit, quomodo in officiis ſe geſſerint. Item accedebat ratio publicæ vtilitatis, cum eſſet maxime abſur-
19 dum, & iniquum eos admitti ad officia publica ſæcularia, quia non poſſunt à iudicibus ſæcularibus puniri, ſi deliquerint in officio, *ſecundum gloſſ. & Dd. in d. c. Sacerdotibus*, quam opinionem dicit communem, *Aufrer. in loco præallegat. And. Sicul. in cap. cum ab eccleſiarum, de offic. Ordin. Decian in tract. crim. l. b. 4. c. 9. n. 143. qui poſt Aufrer.* veram intelligit contrariam opinionem, vbi prius interueniſ-
20 ſet trina monitio, quem communiter ſecuti ſunt, *Dd. ſecundum Clar. in § fin. q. 36. n. 21. licet ſubdat contrarium ſeruari. Caſſan. in d. rub. 1. § 5. n. 72. in fin. Doctor Marta, in d. tract. de Iuriſd. caſ. 127. num. 5. Centur. 2 Vinc. de Franc. Deciſ. 479. p. 1. & optimè poſt alios*
21 *Cab. il. var. reſolut. crimin. caſ. 64.* Nec obſtabat conſuetudo ex aduerſo allegata: quia *vt dixit idem Clar.* male de iure ſuſtineri poterat, quinimo nec defendi valebat, quia eſſet cõtra Ius Diuinum,
22 quo Clerici ſunt exempti a iuriſdictione ſæcularium, *vt declarat Dec. in d. cap. 9. num. 10. verſic. tertio extende plures rationes, & authoritates adducendo, & inde num. 14.*
23 extendit eam etiam, quod conſuetudo prædicta eſſet præſcripta tanto tempore, de cuius initio memoria non extaret, de qua re multa alibi dicturus ſum, Deo fauente, vbi melius cadet.

SVMMARIVM.

1 *Emptor poteſt ſibi retinere pretium rei emptæ, ſi immineat euictio. Intellige, vt n. 2.*

3 *Fructus pretij non ſoluti, an debeantur venditori, ſi immineat euictio, & num. 4. Intellige, vt num. 5. Amplia num. 6. ratio, num. 7.*

8 *Emptor poteſt ſibi retinere vſuras pretij non ſoluti ſtante euictione.*

9 *Retentio ceſſat pretio verè ſoluto, & quando ſit tale, num. 10.*

11 *Text. in l. ſi poſt perfectam, C. de euict. declaratur.*

12 *Emptor dum imminet euictio, tenetur ſoluere cenſum rei emptæ, pro qua percipit fructus.*

13 *Emphyteuta pendente lite tenetur ſoluere cenſum, ſi fructus percipiat, & num. 14. 15 & 18.*

16 *Solutio penſionis retardari non debet ob pendentiam litis. Amplia, num. 17.*

19 *Dominus pendente lite ſuper petitorio, poteſt iura dominicalia exercere, & ibi adducitur ratio.*

20 *Vaſallus pendente lite tenetur præſtare ſeruitium debitum pro feudo.*

21 *Fideiuſſio qualiter præſtanda erit pro conſecutione pretij rei venditæ, dum imminet euictio.*

ARGVMENTVM.

Emptor quando poſſit ſibi retinere pretium rei emptæ, ſi immineat euictio, & quid præſtita fideiuſſione?

DECISIO CLX.

COnſiſtorium non ſemel deter-
1 minauit, licitum eſſe emptori ſibi retinere pretium, quando imminet e-
2 uictio, niſi per venditorem præſtita ſit fideiuſſio de ſeruando indemnem, *ad*

Digitized by Google

tex. in l. ſi poſt perfectam, C. de euictio. vbi Dd. omnes, Bart. Alber. & cæteri, in l. habitationum, §. fin. de pericu. & commod. rei vendit. Afflict. deciſ. 171. & ibi Vrſil. poſt alios plene Caualc. deciſ. 4. par. 1. & Surd. in conſ. 36. tunc
3 enim facit fructus ſuos, *vt ex Baldo in l. 1. C. de bon. mater dixit Affl. deciſ. 20. num. 5. Crauet. conſ. 105. Paul. Fuſc. Sing. in verb. emptor. Mynſing. Obſeruat. 56. Cent 4. Burgos, in cap. fi. n 15. de emp. & vendit. & licet Honded. in conſ. 30. numer. 30. lib. 1.* ex multis per eum adductis, hoc non admittat, nihilominus fatetur repelli venditorem,
4 vt nec pretium, nec vſuras conſequi
5 poſſit, donec perfecte impleuerit promiſſa, licet ſecuto adimplemento conſequi poſſe vſuras præteriti temporis affirmet *Surd. conſ. 101. vol. 1. Ceph. conſ. 609.*
6 *num 8.* idq; magis procedere videbatur, vt ius euincentis eſſet notorium, & manifeſtum: quia tunc nec præſtita fideiuſſione ad pretium tenetur, *ſecundum Io. Fab. in §. nouiſſime, in fin. Inſti. de ſuſpect. tut. poſt gloſ. ibi, & in l. à Diuo Pio, §. ſi poſt adiectum. nu. 2. de re indi. vbi etiam Iaſ. num. 20. verſ. & aduerte diligenter*, qui hoc menti tenendum eſſe tradit. Quorum opinionem dixit veram, *Surd. in d. conſ. 36. num. 14. verſ. fortius, & deciſ. 295. num. 15. verſ. imo glo. Rot. Roma. deciſ. 281. nu. 31. cum ſeq. par. 2. Oſaſc. deciſ. 24. nu. 4. Rim. iun. conſ.*
7 *121. n. 7. vol. 2.* & ratio eſt ſecundum eos, quia contingere poſſet emptorē rem emptam reſtituere debere, & etiam pretium amittere, ſi venditor ſoluendo non eſſet, periculum enim litis mouendæ, abſq; eo quod ſit ſecuta euictio, operari videbatur, vt poſſit reti-
8 neri pretium rei venditæ, quinimo, & cenſus, vel vſuræ pretii, ſi in cenſum fuiſſet pretium conuerſum, prout erat caſus, de quo agebatur, *ſecundum Bal. in d. l. num. 5. C. de bon. mat. & Caſtr. conſ. 46. num. 2. verſ. ad tertium, lib. 1.* ratio eſt ſecundum eos: quia pretio vere ſoluto,
9 ceſſabat retentio, *ad text. in l. ſed etſi in aream, in fin. ff. de condi. indeb.* non autem, quando in aliud nomē debitoris trans-
10 funditur, quo caſu dicitur ficta ſolutio, & pretium vere penes debitorem. *Mynſing. Obſeru. 56. Cent. 4. Afflict. d. deciſ. 20. num. 5. Burſat. conſ. 194. numer. 24. verſ. & quia ſuper executione, lib. 2. D. Card. Tuſc. in verbo, euictio, Concluſ. 359. nu. 19. Honded. d. conſ. 30. num. 8. vol. 1.* Hinc eſt, quod ad excluſionem diſpoſitionis *dict. l. ſi poſt*
11 *perfectam*, requiritur, quod pretium ſit in totum ſolutum, ita vt illius non remaneat aliquis odor, fumus, vel reliquiæ, quia ſi remaneret, & eſſet periculum euictionis, daretur illius retentio, *Odoffre. in d. l. ſi poſt perfectam, vbi etiam Bal. Surd. d. conſ. 36. num. 14. & conſ. 101. & 107. num. 5. & deciſ. 295. num. 2. Villadieg. in tracta. de legat, quæſt. 14. num. 104. cum ſequ. Ceph. d. conſ. 609. & Rota Roman. deciſ. 181 numer. 6. par. 2.* Sed prædictis obſtare videbatur æquitas, *l. curabit, C. de act. emp.*
12 nam cum emptor percipiat fructus, quorum occaſione debetur penſio, vtique cenſum ſoluere tenebatur, ne re, & penſione fruatur, *ſecundum gloſ. ibi, Bar. in l. neq;, ff. de impen. in reb. dotal. fact. Bal. in l. 2. numer. 4. verſ. denuo quæritur, C. de vſur. Goz. ad conſ. 55. ſub num. 11. vbi remiſſiue, Nat. conſ. 374. numer. 11. Surd. d. conſ. 101. numer. 23. & 26. Ceph. conſil. 48. nu. 41. & 51.*
13 vbi loquitur de eo, qui poſſidet, & habet bona emphyteutica, quod licet per eum fuerit promiſſum terras liberare,

& non

&non liberauit, non tamen iſta exceptio rei liberatæ, non traditæ, impedit vſum rei, ex qua percipit fructus, *Ceph. d.conſ 609.n.4. Caual.d.deciſ.4.ſub n.5. Panc. conſ.40.n.22. Iaco. Machel. patrocin. 7. nu.18.* vbi concludunt, quod pendente lite
14 debet ſoluere affictũ, quod ex perceptione fructuum debetur. *Macerat.li.1. variar.reſol.61.n.4.verſ.quod verum eſt, Cag. in d.l.curabit, n.31. cum ſeq.* vbi de cõmuni, dicens, quod ſi eſt promiſſa poſſeſſio rei libera, &non eſt ita, non ex hoc po-
15 terat emptor euitare, quin ratione fructuum, non teneatur ad penſionem, q̃ dicitur recompenſatiua, & in hoc repræhendit *Bald. & Affl. ex aduerſo relatos. Optime tradit Vinc. de Fran.dec.373.in fi.&*
16 *poſt alios idem Caualc.dec.25.n.17.par.5.* vbi voluit, quod ſolutio penſionis nõ poteſt retardari per pendentiam litis. *Carpan.ſuper ſtatũ. Mediolan.c.444 lib.1. Caroc. deciſ 97.n.13. in fin.* idq; ampliatur etiam
17 lata ſententia, & pendente appellatione, *Pariſ.conſ.39.n.3.lib.1. Ang.in l.ſi cuius.ff. de appel. Iaſſ ed.deciſ.443 poſt alios Caroc.de locat.& condu.tit.de attentat.nu.7. & 8. fol. mihi 266.* & pendente lite ſuper nulli-
18 tate emphyteuſis, ex quo poſſidet, tenetur ad fructus. *Iaſ. in l.2. nu.13. C.de iur. emphy. Caual.deciſ.46.n.112.par.1. & dec.37. num.47.par.2. quidam Author. in Conſuetud. Pariſienſ.§.35.verſic.vlterius dico, numer.28.* qui ponit quæſtionem in terminis, & dicit, quod lite pendente ſuper petito-
19 rio, poteſt dominus iura dominicalia, exercere per modum prouiſionis, &ſine præiudicio petitorii; &ſubdit, quod hoc nõ eſt repugnans, ex quo lite pendente in petitorio, quemadmodũ reus debet poſſidere, ita tenetur pręſtare ea, ad quæ ex lege contractus tenetur, quia interim contractus debet hinc inde exequi, & ſortiri effectum, & ſicut interim vendicans nihil debet innouare ex parte ſua, ita nec reus, *l.vn.§. ne quid.C.in integ.reſtit.poſtul.quem refert, & ſequitur Vincent.de Fran.deciſ 373. vbi teſtatur ita iudicatum, Rebuff. in Conſt. Galliæ, to. 2.tit. de reſciſ.contract. gloſ. 4. artic. vnico, numer.7.verſ.notandum, & faciunt not. per Melch. Pelaez.de maior.par.1.quæſt.44.n.4.*
20 prout dicitur de vaſallo, qui pendente euictione tenetur præſtare ſeruitium, quia percipit commodum, *ſecundum Bal. in c.1.nu.3. de inueſtit. de re alien.fact. & ibidem Aluar.num.5. & Afflict.num.15.* vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum, & licet circa præmiſſa diuerſimode fuerit determinatũ, & nouiſſime in cauſa Don Caroli Rumeo, cum illo de Gaffore, nam fuit tam in M.R.C. quam in Conſiſtorio determinatum, petitionem penſionũ procedere debere, præſtito de ſeruando indemnem; Item in cauſa Vincentiæ la Cannita, cum Don Auritio de Bononia, vbi fuit primo loco per M. C. conceſſa retentio, & inde per Conſiſtorium denegata, & condemnatus ſimpliciter emphyteuta ad ſolutionẽ cenſuum, abſque fideiuſſione. Ipſe tamen in plurib. cauſis iudicaui, non obſtante quacunque euictione, poſſeſſorem teneri ad penſiones decurſas, præſtita tamen fideiuſſione indemnitatis. & eſt opinio æquior, & magis recepta à Dd. & præſertim contra Ant. Lallorta, de menſe Aprilis 1603. confirmando ſententiam M. C. ubi facta fuerat petitio cenſuum vigore contractus emphyteutici, & reus excipiebat de

euictio-

Digitized by Google

euictione, ex cauſa legati, *ex traditis per Surd. in d. conſil. 36. num. 14. & d. deciſ. 295.*
21 *num. 9. in fin.* vbi etiam dixit, quod talis fideiuſſio præſtanda erit pro tota re vendita, & ita iudicaſſe Senatum. *Quam opinionem vti communem approbauit Rot. in d. deciſ. 281. nu. 62. Oſaſc. deciſ. 24. n 8. Caualc. d. deciſ. 4. in fi. vbi dicit ita iudicaſſe Menoch. de arb. caſ. 224. lib. 2. Vincent. de Franc. deciſ. 555. par. 4.* licet in caſu per me ſupra determinato, non fuerit aliter hoc diſcuſſum: nam ſimpliciter fideiuſſio fuit præſtita pro ſumma petita, & pars non reclamauit.

SVMMARIVM.

1 *Minor ex contumacia non poteſt condemnari ad mortem, & num. 14.*

2 *Statutum puniens ad pœnam mortis contumacem, non comprehendit minorem. Et eſt odioſum, & contra ius commune, num. 3.*

4 *Sententia foriudicationis lata contra minorem, eſt nulla. Contra num. 6. Intellige num. 7. 8. & 15. Amplia ſi de minori ætate iudici conſtaret, num. 5.*

9 *Minor dicitur verus contumax, quando ita fuit declaratus, & num. 11.*

10 *Statuta ſimpliciter loquentia comprehendunt minores.*

12 *Minor confeſſus, ſeu conuictus de homicidio, non poteſt ad mortem condemnari.*

13 *Confeſſio ficta non poteſt plus operari, quàm vera.*

16 *Foriudicatus poteſt dicere de nullitate foriudicationis. Intellige num. 17. Amplia in nullitate notoria, num. 18. Limita in Regno, num. 19.*

ARGVMENTVM.

Minor an poßit foriudicari?

DECISIO CLXI.

COmmiſſo homicidio per N. & contra eum emanato primo banno, inſtabat fiſcus, quod ſtante lapſu quadrimeſtris temporis, procederetur ad ſententiam foriudicationis, & ex quo pater allegauerat minorem ætatem, dictum fuit obſtare, *not. per Bal. in l.*
1 *clarum, C. de author. præſtant.* vbi habetur, quod de iure communi minor ex contumacia non poteſt condemnari ad mortem, ideoq; nec ſtatuto puniẽte ad
2 mortem contumacem, comprehendi poterat minor, niſi ſtatutum expreſſe id ſentiret, *ad text. in cap. 2. de delict. puer. Roman. Sing. 816. & dixit Afflict. in Conſtit. Minorum iura, in 5. notab. ſub num. 10. in tit.*
3 *de reſtit. min. & Vrſill. ad eum, in deciſ. 208. in fi.* cum ſit ſtatutum odioſum, & contra ius commune, *Bart. in l. 1. ff. de req. reis, & in l. 1. ff. de cuſtod. reor. Clar. q. 96. verſic. quæro nunquid. Cartar. de execut. capt. banni.*
4 *cap. fin. num. 225. in fin.* in tantum, quod ſententia inde lata, eſſet nulla, & minime exequi poſſet, *ſecundum Alber. in 3. par. ſtatut. q. 84. Roland. conſil. 68. num. 31. & ſeq. vol. 2. & conſil. 31. num. 1. vbi refert hanc eſſe magis communem opinionem, quem ſequitur Bertaz. in conſ. 380. num. 3. lib. 2. Farinac. de*
5 *accuſ. quæſt. 11. num. 26.* & in puncto fuiſſe iudicatum in M. C. dixit *Ioſeph. Xibecc. in conſil. 3. ſub num. 24. inter conſil. Bolognetti*; eoq; magis in caſu iſto, vbi iudici data erat notitia minoris ætatis, *vt dixit Cor-*
6 *ne. in conſ. 198. n. 6. lib. 4. & ſequitur Menoch. in conſ. 100. ſub num. 148. vol. 1.* At pro fiſco dicebatur, quod hic punctus non ſemel fuerat in M. C. diſcuſſus, & deciſus contra minores, & præſertim contra Don Fridericum Valdina de anno 1602. ex traditis *per Foller. in pract. crim. in ver. foriudicentur, n. 7.* dum ait, quod facta aliquando hac oppoſitione, vidit proceſſum

ceſſum ad ſententiam foriudicationis, ita quod perueniens foriudicatus ille
7 in fortiis Curiæ, non habebatur ratio de minori ætate allegata, & ita paſſim ſeruari in Magna Curia Vicariæ teſtatur, *quem ſequitur Cartar. vbi ſupra, n. 227. Baiard. ad Clar. q. 44. nu. 47. & ſeq. Farinac. d. q. 11. n. 33. vbi ſubdit*, hoc non n ſi con-
8 ſulto Principe fieri poſſe, quandoqui-
9 dem minor dicitur verus contumax, quando fuit declaratus pro confeſſo, & conuicto, *ad text. in l. minor, ff. de minor. Clar. q. 60. n. 25. Cepha. conſ. 304. n. 199. lib. 3.*
10 & ſtatuta ſimpliciter loquentia, comprehendunt etiam minores, *ad tex. in l. ſi ſinc, §. Lucius, ff. de admin. tutor. ca. conſtitutus, de reſti. in integr. Menoch. d. conſ. 103. num. 130. & 131. vbi ex Bal. in l. 1. nu. 20. C. de conſeſ. & Natt. in conſ. 540. lib. 3. dixit*, quod mi-
11 nor dolo non caret, ex quo imperio magiſtratus non obtemperauit, ideoq; legis auxilio iuuari non merebatur, *ca. qui fruſtra, de vſur. cum ſimil.* & in puncto hanc opinionem tenuerunt *idem Bal. in d. l. 1. n. 59. C. de conſeſ. & ibidem Salyc. in 11. oppoſit. Nell. de bann. prim. part. primi temp. quæſt. 1. Ant. Gomez. de delic. cap. 1. nu. 66. verſ. & in expreſſo. Natt. d. conſ. 540. & plures alij relati à Farinac. in d. quæſtio. 11. ſub num 30.* licet ipſe contrariam opinionem veriorē eſſe fateatur; dicebam ego, quod opinio Foller. erat ſatis dura, nam agebatur de condemnando ad mortem
12 minorem abſentem, qui ſi vere confitens eſſet, & conuictus teſtibus, non
13 poſſet condemnari, & non debebat
14 plus operari ficta confeſſio rei, vt in ſpecie dixit *Bald. in l. 2. §. quod ſi actor, in fin. numer. 4. verſ. vlterius nota hic, quod ex contumacia*, vbi ait hoc eſſe notatu dignum, *C. de iureiur. propt. calum. quem refert, & ſequitur Plot. in conſil. 72. numer. 32. & ſequen. volum. 2. criminal.* vbi multa congerit in propoſito, & concludit, quod ita tenendum eſt iure, & conſcientia, ne iudex damnet animam ſuam in condemnando in plus abſentem, & contumacem, quam condemnaret, ſi eſſet præſens. *Vincen. de Franc. deciſ. 329. numer. 2.* & licet dici poſſet, de hoc haberi rationem tempore capturæ i-
15 pſius foriudicati, *ſecundum opinionem Foller.* attamen euenire poteſt, quod impune occideretur, *prout per Conſtit. Regni, Pœnam eorum*, & per ipſam met ſententiam foriudicationis permittitur; in tantum, quod præiudicium irreparabile oriretur, & ideo, quia apud nos articulus videbatur dubitabilis, dictum fuit, vt altera die decideretur, ſed hoc medio tempore accuſator præſentauit fidem authenticam maioris ætatis, & propterea proceſſum fuit ad ſen-
16 tentiam foriudicationis, de anno 1608. & prædicta tanto fortius in Regno procedere videbantur, vbi, etſi per Reg. Pragmat. poſſit dici de nullitate ſententiæ foriudicationis, id tamen ad-
17 mittitur reo foriudicato exiſtente in poſſe Curiæ *ſecundum Foller. in loco nuper relato, & melius Afflict. in d. Conſtit. Pœnam eorum. in 5. quæſtio.* non autem ſi extra carceres reperiatur, in tantum, quod oblatis ſupplicationibus ad inſtantiam agnatorum ſuper nullitate ſententiæ foriudicationis, fit prouiſio per M.C. quod præſentent ſe, & prouidebitur, & ita pluries ſeruauimus, etſi
18 quoad nullitates notorias contrarium fuiſſe bis iudicatum in Sacro Conſilio

Ee teſte-

Digitized by Google

teſtetur *Vinc. de Franch. deciſ. 688. poſt hæc ſcripta viſus, in 4. part. ad not. per Clar. in §. fi. q. 32. verſic. quæro an in caſu nullitatis*, quod quidem neque admiſimus in Regno: volui hæc ſcribere, ne iudex ita facilis reddatur ad foriudicandum minores, prout aliquando vidi.

SVMMARIVM.

1 *Condemnati per Syndicatores, quando datis fideiuſſoribus relaxantur, diſtingue, ratio num. 2. Limita in reo capto, nu. 3.*

4 *Condemnatus pendente appellatione, fideiuſſoribus relaxatur.*

5 *Appellatio admittitur à ſententijs latis per Syndicatores. Limita ſi pronunciatæ fuiſſent per Magnam Curtam, num. 6. Vel in Regno Neapolitano, & Regnis Hiſpaniarum, num. 7.*

8 *Condemnatus ad pœnam arbitrariam per Excellentiſſimum D. Proregem, non debet ſub fideiuſſoribus relaxari, ante declarationem pœnæ, & num. 10. & nu. 11. ratio num. 9.*

12 *In dubio eligenda eſt tutior via.*

ARGVMENTVM.

Condemnatus in Syndicatu, an poſſit ſub fideiuſſoribus relaxari?

DECISIO CLXII.

Conclusum fuit pluries in M. C. quod condemnati per Syndicatores Regni, quando non agitur de pœna corporali, ſed pecuniaria, ſub fi-
2 deiuſſoribus relaxari poſſint, *ad tex. in l. Diuus, in princ. ff. de cuſtod. reor. & in l. 1. eod. tit. vbi Bart. & Angel. in l. eos, §. ſuper his, C. de appellat. Iodoc. in pract. crim. cap. 20. Rubr. de fideiuſ. in mater. crim. n. 1. verſ. aut nec confeſſus, aut conuictus fuit*, vbi reddit rationem, quia pœna non minus ſatisfieri poſſet fiſco per fideiuſſorem, quam per principalem. *Couar. var. reſol. lib. 2. c. 8. poſt n. 8. Roder. Suarez, in alleg. in mater. fideiuſ. in cauſ. crim. n. 1. & de communi teſtatur Ant. Gomez. qui pro ea plura adducit concordantia iura, lib. 3. c. 9. n. 8. Menoch. de arbitr. caſ. 303. num. 3. Clar. in §. fin. q. 46. & poſt alios Farin. doctiſ. more ſuo, in tit. de carcer. & carcerat. quæſt. 33. num. 1.* vbi conſtituit regulam cum ſuis ampliationibus & limitatio-
3 nibus, *& licet n. 19.* hoc non admittat in condemnato, ſed in reo capto, *ad tex. in l. 4. §. ait prætor, ff. de re iudic. l. quod ſi non ſoluere. ff. de pignor. act. cum alijs iurib. ſimil. adductis per Pet. Plac. in Emphyt. delic. lib. 1. c. 2. num. 18.* cæterum id minime procederet
4 pendente appellatione, ad tex. ſumpto arg. à contrario ſenſu, *in l. eos, §. ſuper his, ibi (vt inopia idonei fideiuſſoris in cuſtodia retenti, &c.) C. de appellat. & in l. minimè, in fine, ibi, (ſi fideiuſſoris idonei copiam non ha-
5 bent) C. eod.* quæ appellatio à ſententiis Syndicatorum admittitur, licet dene-
6 getur, ſi latæ fuiſſent per M. C. *vt dixit Cami. in tract. de Syndic. cap. 25. de appellat. num. 4.* quidquid ſit de iure Regni Nea-
7 polit. vel Hiſpaniarum, de quibus *per Marant. & Petr. Duen. quos refert, & ſequitur Lancellot. de attent. cap. 12. limit. 20.* Sed dubitatum fuit, an idem dicendum eſſet, quando pœnam in ſenten-
8 tia non declaraſſet Syndicator, ſed eam arbitrio D. Proregis remiſiſſet, prout erat caſus, de quo agebatur, & vnanimiter fuit votatum tales ita condemnatos ſub fideiuſſoribus relaxandos non eſſe, donec arbitratum fuerit, qua pœna veniret puniendus, quia licet nondum ſit certum, quod veniat puniendus corporaliter, poſſibile tamen
9 erit, quod corporaliter puniendus eſſet,

ſet, & hoc ſufficit, *vt tradit Bart. in l.2.ff.*
10 *de cuſtod.reor. vbi expreſſe ait*, quod ſola poſſibilitas ſufficit, vt quis detineatur in carceribus, *& dixit Bald. in d.l.eos, §. ſuper his, verſic. extra quaro*, quod ſufficit aptitudo, id eſt, quod poſſit arbitrio
11 iudices euenire, quod puniatur corporaliter, *ſequitur Ioan.de Anan. in conſil.1.in*
12 *princip.ſubdens*, quod in dubio eligenda eſt tutior via, quod quis teneatur in vinculis, ne alioquin iudex fruſtra laboret, *vt in ſpecie dixit Mandel. in conſil. 722.num 5.& 10.*quem, & alios ſequitur eruditiſſimus *Scipio Ruit. in comment.ad prag.1.de cuſtod. reor. num.6.& plures etiam concordantes adducit Baiard. ad Clar.d.q 46. num.21.*

SVMMARIVM.

1 *Pater non tenetur dotare filiam, qua nupſit indigno, & num.2. ratio num 3. contra num.10. & 11.*
Amplia num.13. & 25.
4 *Filia maritum accipiens inuito patre, quid operetur.*
5 *Leges Hiſpaniarum puniunt filias matrimonium contrahentes inuitis parentibus, & num.6.contra num.18.*
7 *Sponſus detinens amaſiam dicitur indignus.*
8 *Indignus dicitur vir ratione atatis. Item & ex bonis fortuna, num 9.*
12 *Matrimonij libertas impediri non poteſt, & num 14.*
15 *Pater poteſt iuſtis ſuaſionibus impedire filiam, ne indignum maritum accipiat.*
16 *Matrimonium contractum inuito patre, validum eſt.*
17 *Statutum laicorum impediens validitatem matrimonij, eſt nullum. ratio, num 19. Intellige, vt num 20.*
21 *Filia matrimonium contrahens inuito patre, minorem dotem habere debet, & taxanda erit iuxta quantitatem alimentorum, num.22.*
23 *Mulieres in Regno ſolent in minori atate nubere.*
24 *Indignus vir quando dicatur.*

ARGVMENTVM.

Pater an teneatur dotare filiam, qua nupſit indigno?

DECISIO CLXIII.

1 PAter non tenetur ad dotandum filiam quando eo inuito ante vigeſimum quintum annum nupſerit indigno, *ad text. in Authent. Sed ſi poſt.C.de inoffic.teſt.gloſſ.in cap.de raptoribus,33.quaſt.5. vbi Archid.Ioan.Andr. & Butr. in c.accedens, de procur. Abb.conſil.12.lib.1. Bald.in l.1.ff.ſol. matr.vbi Ripa, num.59 late Pariſ.in conſ.29. num.33. cum ſeq. lib.3.* vbi de magis communi opinione teſtatur, & ſubdit eam ſequendam eſſe, tam in conſulendo,
2 quàm in iudicando, maxime in filia. *Coraſ. in l.qui liberos, num.110 ff. de rit.nupt. Menoch.de praſumpt.lib.4.praſumpt.189.numer.76 & ſequent. Roder. Suarez, in l.2.tit. de los caſamientos, lib.3.fori. Guttier. libro 1. quaſt.Canonicar.cap.20.Surd.in tract.de aliment.titul.1.quaſt.5.ſub numer.17. ibi, (Sed ſi verum dicere fas eſt, ſententia quod nubendo indigno, ſine patris conſenſu, non poſſit dotem petere, eſt communis) Anton Gomez. lege 49.Tauri, numero 2. Molin. de iuſtit. & iure, libro primo, Diſputat.176.* ea ducti ra-
3 tione: quia virginalis pudoris non eſt quærere maritum, ſed curæ paternæ id relinquendum eſt, *ad text. in cap.honoratur,32 q.2* in tantum, quod contra-
4 rium facientes male faciunt, & patri inimicum inferunt. *Nauar.in ſuo Manual. cap.14.num.15. Menoch.conſil.69.vol.1.* idq; magis; cum per hoc conſulatur ipſis

mulieribus, ſæpe ob ſexus infirmitatem contra propria commoda labo-
5 rantibus, & optime ſancitum eſt in Regnis Hiſpaniarum, *per l.fin.tit.3.par.4.vt explicat Mieres, de maior.par.1.quæſt.50.n.7. ſubdens*, eſſe auream deciſionem, rationi, & æquitati conſonam, & ſeruandam eſſe, ad reprimendos iuueniles calores, & ne tota familia patris remaneret humilis, & abiecta ex intempeſtiuo, & inconſiderato filiarum coniugio. *Sarmient. lib.1. Selectar. cap.11. num.8. & ex pluribus defendit Palat. Ruin. in cap. per*
6 *veſtras, notab.3. §.3. nu.9.* quia talis diſpoſitio, non operatur circa ſubſtantialia matrimonii, ſed circa qualitatem, & accidentalia, ne in populo ſcandala fiant ex tali coniugio, *vt tradit Couar. in 4. Decret. part.2. §.8. num.3.* quæ quidem indignitas in caſu de quo agebatur, fun-
7 data fuerat: tum quia ſponſus malis moribus imbutus erat, ex quo detinebat amaſiam, *ad text. in l. ſed ea, ff. de ſponſ. ibi (indignum moribus, & turpem ſponſum) & ex Bald. Ang. & alijs, dixit Menoch. d. præſumpt.189 n.85. Sanches in tract. de matrim. lib.4. Diſput.26. num.24 & 26 Pariſ. d. conſ.*
8 *29. num 14. vbi nu.23. dicit*, indignum pariter eſſe virum ratione ætatis, quod in caſu iſto conſideratione dignum eſſe videbatur, quia ſponſus habebat annos quadraginta, & vxor erat puella
9 annorum quindecim: tum etiam, quia erat pauperrimus, & ſic indignus ex bonis fortunæ, *vt dixit Menoch. vbi ſupra, num.85. & Sanc. num.25.*

10 Contrariam tamen opinionem veriorem eſſe, attenta Iuris Canonici diſpoſitione, tradiderunt *Imola, in cap. accedens, de procurat. Alex. in l.1 num.33. ff. ſolut. matrim. & ibi etiam Rip. Dec. in l. nuptias, ff. de reg. iur. vbi teſtatur de communi opinione, & idem dixit in conſil. 231. num.4. Socin. reg. 281. Felin. in cap.1. num.13. de ſponſ. Couar. de*
11 *ſponſal. par.2. cap.3. §.8. num.9.* quia nullam infert iniuriam patri, cum faciat lege permittente. *Menoch. d. præſump.189. n.78. & 79. & in tract. de arbitr. Caſu 453 num.6. Gratian. Reg.83. num.11. qui refert, quod ita practicatur, & omnes Dd. ita vno ore conſentiunt, Mantica de coniect. vltim. volunt. lib.11. tit.18. num.17. Caphallos. in com. contra com. quæſt.5. num.2. ſubdens*, quod potius per-
12 mittitur, & toleratur iniuria, quæ parentibus fit, quàm quod libertas matrimonii impediatur, *Greg. Lopez, in l.10. tit.1. par.4. Molin. de Hiſpan. primogen. lib.2. cap.16. num.6. Didac. Perez. in l.1. tit.1. lib.5. Ordinat. Mattienz. in l.2. tit.1. gloſſ.4. n.49. lib.5. recompil. Guttier. pract. quæſt. lib 2. q.1.*
13 *num.3. vbi num.4. ampliat.* etiam quod filia abſq; dotis promiſſione matrimonium contraxerit, *vt tradunt Dd in Auth. Res quæ, C. commun. de legat. Barz. deciſ. Bononienſ. 29. qui teſtatur ita fuiſſe iudicatum*, & de communi dixit *Graſſ. in §. teſtamen-*
14 *tum, quæſt.43. num.6.* ratione libertatis matrimonii, quæ in eo requiritur *Sanc. d. lib.4. Diſput.25. num.3 verſ. ſed melius, & Diſput.26. num.14. nouiſſimè poſt alios tradidit Caſp. Theſſaur. quæſt. Forenſ 70. num.3. & 10. lib.1.* licet pater iuſte poſſit ſuaſioni-
15 bus, & cohortationibus impedire filium, ſiue filiam, ne aliquam vxorem, ſiue maritum ignominioſe, & perperam, ac ſine conſilio ducat. & multa in propoſito notatu digna tradit *Guttier. in d. quæſt. Canonic. 20. per totum*, non tamen ex hoc, ſine conſenſu patris con-
16 tractum matrimonium irritum eſt, vt

tradunt

Digitized by Google

tradunt *Suarez. in d.l.2. de los caſamientos,*
17 *& Guttier. vbi ſupra*, quo fit, vt nec ſtatutum laici contrarium diſponens, validum exiſtere poterit, vt ex aduerſo dicebatur, ſecundum veriorem opinio-
18 nem, & communem, *de qua per Dec. in d. conſ.231. & in cap. eccleſia, nu.36. de Conſtit. vbi etiam Felin. num.59. Cancer. variar. reſol. lib.1. cap 24. nu.2. Couarr. in d.4. par. Decret. §.8. Mattienz. in Dialog. relatorum, part. 3. cap.31. num 3. Caphall. d. quæſt. 5. ſub num.6.*
19 vbi dicit rationem eſſe: quia auferret liberam nubendi facultatem de Iure Canonico requiſitam, *ad text. in c. gemma, & cap. cum locum, de ſponſal. & optimè Barz. in d. deciſ.29. & in ſpecie per ius nouiſſimum S. Conſilij Tridentini*; illa tamen ad
20 honeſtatem, non autem ad neceſſitatem referri poterant, *vt dixerunt Mantica in d. tit.18. nu.17. Didac. à Spino, in Specul. teſtam. gloſſ.14. num. 80 & latiſſimè Doctor Marta, de Iuriſd. Caſ.70. Centur.1. Cancer. vbi ſuprà, num 30.*

Conſiſtorium in articulo, de quo agebatur, cenſuit priorem opinionem magis iuridicam, & veriorem eſſe, ſed hanc ſecundam in practica receptio-
21 rem. habuit tamen pro abſoluto, quod minor dos danda erit, attenta minori viri qualitate, *ad tradita per Molin. d. lib.2. de primog. cap.16. num.8. quem ſequitur Sances, in d. Diſput.26. num.4. & 28. Campeg. de dot. quæſt.13. Aufrer. ad Capell. Tholoſ. Deciſ. 289. Celſus Hugo, in conſ 38. num.2. verſic. aggrediamur. Pacian. conſil.56. num.25. Surd. d.*
22 *tit.1. quæſt.6. num. 25.* & ſic iuxta quantitatem alimentorum, quæ ad vitam tenendam neceſſaria eſſent, idque ma-
23 gis ſtante conſuetudine generali huius Regni, vbi mulieres ſolent in minori ætate nubere, vt declarat *Bald. Nouell. de dote, part.6. quæſt10.16. Burſat. conſilio 215. numero 9. & 10. libro 2.* & maxime in caſu iſto, vbi ceſſare videbatur præcedens diſputatio: nam pater à principio tractauerat prædictum matrimonium, & quaſi firmauerat, cum dote vnciarum ducentarum; vt per duos teſtes in proceſſu receptos conſtiterat, licet poſtea forſan auaritia motus, dotem ſoluere recuſauerit; Item nec ſufficiens indignitas eſſe dicebatur, ex eo, quia detinebat ama-
24 ſiam, & erat pauper, nam indignus ille dicitur, quando denigraretur familia tota ex talibus nuptiis, & non ſine dedecore, alter matrimonio copulari poſſet, *ad textum in l. ſi adulterium, cum inceſtu, §. ſtuprum, ibi, (Contumacia iuris, & ſanguinis contumelia) ff. ad leg. Iul. de adulter. cum alijs doctiſſimè notatis per Sance. in dicta Diſputat. 26. numer. 26.* ſed
25 quod magis erat, maritus iſte erat dignior ſocero, vt in proceſſu apparebat, iſque ab eodem approbatus, vt dictum eſt ex traditis *per Decianum, in Reſponſ. 13. numer. 17. verſic. primo quia nupſit indigno, volumine primo,* ideoq; fuit pater condemnatus ad ſoluendum d. vncias ducentas pro dotibus, vna cum fructibus à die contracti matrimonii: confirmando ſententiam Magnæ Curiæ, pro Philippo de Mercurio, contra Franciſcum Curtio, & idem pariter reperio fuiſſe aliàs iudicatum per eruditiſſimum Ioann. Franciſcum del Caſtillo, de anno 1604. pro Laurea Cimino, & Franco, contra Eleonoram de Ayala.

Digitized by Google

Decisio CLXIV.

Summarium.

1 *Syndicus in cauſa ſua Vniuerſitatis citari debet.*
2 *Alia eſt Vniuerſitas Regni, & alia Ciuitas.*
3 *Sententia nulla exequi non debet.*
4 *Vrbs Panormi ex particulari priuilegio Regis collectari non poteſt, niſi in quatuor caſibus ibi expreſſis.*
5 *Ciuitas non habens patrimonium pro ſoluendo are alieno collectari debet.*
6 *Priuilegia Vrbis Panormi tranſiuerunt in vim contractus.*
7 *Priuilegia conceſſa ob præſtita ſeruitia, reuocari non poſſunt.*
8 *Damnum datum ab hoſtibus, debet emendari à Communitate.*
9 *Captus propter repreſſalias in odium alicuius, ab eo conſequi debet releuationem.*
10 *Damnum datum ob bellum, debet emendari à toto Regno.*
11 *Damnum datum nuncijs, debet reſarciri per Communitatem.*
Item in damno dato Vaſallo ex cauſa domini, num.12.
13 *Reipublica intereſt, ne quis damnificetur.*
14 *Damnum datum ab exercitu, reſarcitur per omnes æqualiter. Et ab omnibus eſt reſarciendum, num.15.*
16 *Damnum datum in Regno ab inimicis triremibus quinquaginta, reſarcitur pro rata ab omnib. Ciuitatibus, & Terris. Et tale ſtatutum validum eſt, num 17.*
18 *Deputati Regni dicuntur legitimi contradictores in cauſis Regnum concernentibus.*
19 *Priuilegatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum, & num.20.*
21 *Cap.3. Regis Petri. declaratur.*
22 *Obligatio reciproca neminem lædit. Et eſt fauorabilis, num 23.*
24 *Exceptio peremptoria non poteſt opponi in executione ſententiæ.*

Argumentum.

Damnum datum ab hoſtibus, an debeat emendari de publico?

IN tranſitu Triremium hoſtis publici Solimani in anno 1575. ob multa damna paſſa per anteceſſores Lucii Bellomo ad ſummam ſcutorum duodecim mille, ex commiſſione particulari factam per ſuam Catholicam Maieſtatem, fuit Regnum totum citatis eius d. Deputatis, ac Regio fiſco condemnatum ad reficiendum pro rata damnum paſſo, & facto calculo portionis tangẽtis quamlibet Ciuitatem, tandem fuit calculatum quod Vrbs Panormi teneatur ad ſcutos mille, de quibus facta fuerat petitio in Curia Prætoriana, & ibi obtentum, prout pariter fuerat determinatum in Magna Curia, deuoluto proceſſu ad Tribunal Conſiſtorii, dicebat Syndicus Vrbis, quod ſententia prædicta reuocanda veniebat, etenim ſententia lata d. anno 1575. pro cuius executione agebatur,
1 proceſſerat incitato Syndico, qui ſaltem citari debuerat, per doctrinam *Bald. in l.1. §. omnib. ff. quod quiſque iur. & in l.1. C. de remiſſio. pignor.* alia enim eſt vni-
2 uerſitas Regni, & alia Ciuitas. *Bartol. in l. Imperium, numer. 7. ff. de iuriſdict. omn. iudic. vbi Purpur. numer. 121.* & pro inde
3 vti nulla, executionem non merebatur, idque magis, quia tanquam im-
4 munis, & exemptus ex Capitulo Regis Iacobi, collectari minime poterat, niſi in quatuor caſibus ibi expreſſis, de quibus aliter non agebatur; & verum erat dicere, quod ſi ad emendationem d. damnorum teneretur, vtiq; collecta imponenda eſſet, cum patri-
5 monium non habeat, *ad textum in l. 1. §. quod ſi nemo, ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine.*

Digitized by Google

nomine. Bart. & Angel. in l. 4. §. actor, ff. de re
iudicat Gozad. ad ſtatut. Bon. num. 150. Leſe.
de iur. vniuerſit. par. 4, cap. vlt. nu. 104. nam
gabellæ omnes erant deſignatæ pro
ſolutione intereſſe iam paſſi, pro peſte,
fame, & bellis præteritis, & maxime,
6 quia priuilegia Vrbis conceſſa fuerant
ob remunerationem ſeruitiorum &
tranſierant in vim contractus, Roland.
conſ. 13. n. 30. lib. 3. Bolognet. conſil. 1. nu. 240.
Vincent. de Anna, allegat. 69. num. 15. Decian.
7 conſ. 25. num. 7. lib. 1. in tantum, quod ef-
fecta erant irreuocabilia. Caccialup. in l.
omnes populi, num. 181. ff. de iuſtit. & iure. Bo-
lognet. in d. conſ. cum ſimilib. Conſiſtorium
iudicauit contrarium, confirmando
prouiſiones factas, reſeruando tamen
iura Vrbi competentia aduerſus d. ſen-
tentiam, & liquidationem factam, tam
ex diſpoſitione iuris communis, qua
expreſſe diſpoſitum habemus, quod
damnum datum ab hoſtibus, & ab in-
8 certa perſona, emendari debeat, a Cõ-
muni, a publico, ad tex. in l. ne quid, ff. de
incend. ruina, & naufrag. Bar. in l. de vſu, ff. de
var js, & extraordin. cognitio. Ferret. de Bel-
lo iuſto, & iniuſto, num 122. Medic. de caſibus
9 fortuit. quæſtio. 11. num. 56. prout dicitur
de eo, quia captus propter repreſſalias
in odium alicuius relaxatas, debet
conſequi releuationem ab eo, vt per
Abb. conſil. 21. num. ſecundo, lib. ſecundo, conſil.
49. num quinto, lib. ſecundo, & ſic cum bel-
lum relaxetur in odium Regni, non
autem particularis perſonæ, ab eo
10 damnum emendari debuerat, vt dixit
Surd. in deciſ. fin. num. 24. ad idem facie-
11 bant ea, quæ dicuntur de deprædatio-
ne facta nunciis: nam reſarciri debebat
a Communitate, ſecundum Rom. in l. ſi pe-
cuniam, §. ſi ſeruo, num. ſecundo, ff. de condic.
cauſa dat. vbi etiam, quod damnum cõ-
12 tingens armigero, & vaſallo occaſione
belli commiſſi contra dominum, im-
putatur domino, & damnum iſtud di-
citur publicum, licet obueniat parti-
13 culari: nam Reipublicæ intereſt, ne
quis damnificetur, l. quoties, ff. ad muni-
cip. l. 1. in pr. ff. de magiſtr. conuenient. Alber.
Brun. poſt Bar. per eum relatum, in conſ. 72. in
fine, & quod vbi propter aduentum ex-
ercitus, etiam amici, vnus plus altero
14 grauetur, fit poſtea talea adequationis,
dixit Salic. in l. nemorum, C. de ſacroſanc. ec-
cleſ. per text. in d. l. de vſu, & facit gloſ. 2. in l.
decretum, C. de metal. libr. 12. idem Brun. in d.
conſ. 72. in fi. & melius in conſ. 181. vbi voluit,
15 quod damnum ab omnibus eſt reſar-
ciendum, ad tex. in l. 1. §. ſeruitus, in fin. cum
gloſ. in verb. æquiſſimum, ff ad legem Rhod. de
iactu, & allegari poterant ad propoſitum not.
per Io. de Anan. in conſ. 71. & Bolognin. conſ.
4. num. 6. eoque magis hæc omnia pro-
cedere videbantur in Regno, vbi per
legem particularem ſub Petro Rege,
num. 3. cum eius Rubrica, ſtatutum e-
rat, quod ſi hoſtis cum ſtolo à quin-
quagiota triremibus in Siciliam decli-
naret, aut mitteret, & damna, & incom-
moda inferrentur Siculis, dicta dam-
16 na, & incommoda patiens, ab aliis pro
rata recuperet, iuxta facultates Ciuita-
tum, Terrarum, & aliorum locorum,
17 quod ſtatutum validum eſſe, ait Alber.
per illum text. in d. l. ne quid, ff. de incend. rui-
na, & naufrag. & in libr. ſecundo ſtatut. q. 66.
Nec obeſſe videbatur, quod Syndicus
Vrbis non fuerat citatus in illa ſenten-
tia, nam agebatur de obſeruatione
Capitulorum Regni, quo in caſu D.
depu-

Digitized by Google

18 deputari dicebantur legitimi contra-
dictores,vt ex cap.editis circa officium
deputatorum. Inſuper in hoc proceſ-
ſu,non ſolum Vrbs præſentauerat ſuas
exceptiones circa caput prædictæ nul-
litatis, ſed etiam circa materiam ipſius
cauſæ,& propterea fuerant deciſa,tam
in primo, quam in ſecundo iudicio,
reſeruando tantum iura, ſibi compe-
tere poſſent. Nec pariter obſtabant
priuilegia Vrbis, nam dictũ fuit,quod
aliæ Ciuitates Regni habebant idem
priuilegium,& ſub d.cap.comprehen-
debatur,cum fuerit in Regno toto cõ-
ceſſum; ideoq; priuilegiatus non po-
19 terat vti priuilegio, contra pariter pri-
uilegatum, & cum petitio facta fuerit
de conſenſu totius Regni, & dicatur
Regnum in hoc conueniſſe,non pote-
20 rat modo allegari particulare priuile-
gium ad præiudicium d. diſpoſitionis,
vt dixit Alber. de ſtatut. q.73. par. 1. & pri-
uilegia obtenta fuerant reſpectu Re-
21 gis, ne imponatur taxa, ſiue collecta,
vel aliud vectigal,& non procedebant,
inter ipſas Ciuitates Regni, quæ non
imponebant huiuſmodi onera, ſed
tantummodo attenta iuris communis
diſpoſitione,vna Ciuitas reficiebat pro
22 rata damnum alterius,& maxime,quia
obligatio erat reciproca, quæ diceba-
tur fraternizare, & neminem lædebat,
ſecundum Guttier. de contract. iura. c.3. n.23.
quo in caſu non loquebantur priuile-
23 gia,cum diſpoſitio reciproca ſit fauo-
rabilis,vt dixit Card. Tuſcus,in verbo,
diſpoſitio reciproca, & in verbo,re-
ciproca donatio.& hodie agebatur de
executione ſententiæ,& non poterant
24 aliter opponi exceptiones perempto-
riæ, *l. peremptorias, C. ſenten. reſcin. non poſſ. Doct. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor.* Adde in materia poſt hæc ſcripta viſum *D. Caſſ. Theſſaur. Quæſt. Forenſ. 73. lib. 1. per totam.*

Svmmarivm.

1 Vita, & militia debetur fratribus excluſis à ſucceſſione feudi per primogenitum.

2 Nepotes ex filio ſecundogenito, habent vitam, & militiam patris.

3 Vita, & militia debetur Clerico.

Amplia etiam in Monacho religionem capacem ingreſſo. num. 4.

5 Vita, & militia ſecundogeniti banniti, competit Fiſco.

6 Vita, & militia ſucceſſit loco alimentorum.

7 Alimenta non poſſunt vendi.

Item nec confiſcari. nu. 8. & 9. Amplia nu. 10.

11 Vita, & militia ſuccedit loco legitimæ.

12 Legitima viuo patre, non poteſt confiſcari, Amplia nu. 13.

14 Vita, & militia viuo patre, non poteſt confiſcari.

15 Prohibitio ſucceſſionis in fiſcum facta per patrem in caſu, quo filij deliquerint, eſt valida.

16 Vita, & militia ſucceſſit loco portionis feudi.

17 Bannitus non ſuccedit in feudo.

18 Maſculus bannitus ſtante ſtatuto non excludit fœminas.

19 Secundogenitus ſuccedit patri excluſo primogenito bannito, & Fiſco.

20 Feuda antiqua non veniunt in confiſcatione. Intellige num. 21. Amplia in fructibus feudi, nu. 22.

23 Agnati, ſuccedunt in feudo, excluſo bannito.

24 Fiſcus habetur loco hæredis.

25 Vita, & militia non tranſmittitur ad hæredes.

26 Vita, & militia, quoad extinctionem æquiparatur alimentis.

27 Relicta ad vitam non confiſcantur.

28 Mors ciuilis æquiparatur naturali.

29 Conſtit. Friderici ſunt communes in vtroq; Sicilia Regno.

30 Se-

30 *Secundogenitus tenetur ſeruire Regi expenſis primogeniti.*

31 *Bona acquiſita poſt bannum, non confiſcantur. Amplia nu. 32. & 33.*

ARGVMENTVM.

Vita, & militia, an poßit confiſcari?

DECISIO CLXV.

FRatribus excluſis à ſucceſſione
feudi per primogenitum maſcu-
lum, mortuo Barone, debetur vita, &
1 militia, *per Conſtit. Regni, Comitibus, ſub tit.*
de adiutor. D. Petr. de Greg. in tract. de vita, &
milit. q. 1. & 2. Vincent. de Franc. deciſ. 542.
2 *par. 4.* vbi eam extendit ad nepotes ex
fi io ſecũdogenito præmortuo, quan-
do eam non h buit, & ſecundum eam
fuiſſe iudicatum in Sacro Conſilio te-
ſtatur *per doctrinam Andr. in d. Conſtit. Co-*
mitib. col. penult. verſ. vbi vero ſecundogenitus.
Petr. de Gregor. in d. tract. de vit. & milit.
3 *quæſt. 4. in fine.* idemq; dicendum eſſe de
fratre Clerico tradiderunt *Vincent. de*
Franc. deciſ. 27. vbi refert ita pluries fuiſſe iu-
dicatum. Fab. de Anna in conſ. 120. in princip.
vol. 2. Minad. in Conſt. In aliquib. verb. filio-
rum, n. 7. Capic. deciſ. 211. Paris de Put. de re-
integ. ſeud. cap. 40. incip nunc videndum; li-
cet contrarium latiſſime defendat *D.*
Bambac. in tit. ſi de ſeu. defunct. milit. cap. qui
clericus, §. 10 n. 162. vbi dixit eam eſſe ma-
gis veram; *nouißime Doct Marta, de Iuriſd.*
p. 4. Caſu 23. n. 12. qui loquitur in Mona-
4 cho religionem ingreſſo capacem in
communi, *& multa tradidi in annot. ad*
Petr. de Greg. in d. tract. de vita, & milit. q. 4.
Cõmiſſo itaque homicidio per filium
Baronis, & pro d. cauſa bannito, & for-
iudicato; intendebat fiſcus, ob mor-
tem patris ſubſecutam, ſibi iure confi-
5 ſcationis competere vitam, & militiam
filio debitam ſuper feudo, viuoq; patre
ſatis ante delictum, taxatam ad ſcutos
quingentos quolibet anno, & inten-
tionem fundatam habere videbatur,
tum *ex Conſtit. Regni, Pœnam eorum.* tum
etiam ex ipſa ſententia banni, ſtante
lapſu quadrimeſtris temporis. Dice-
bat Baro, quod data illa opin. Doct. p
6 vera, quod vita, & militia ſucceſſerit lo-
co alimentorũ, quam tenuerunt *Pern.*
in conſ. 11. nu. 11. Lauden. de primog. col. 5. verſ.
an valeat conſuetudo. Vrſil. Frec. Cumia & a-
lij, quos ipſe retuli in d. annot. quæſt. 2. & idem
Petr. de Greg. in q. 6. verſ. & vita, & militia
ceſſare videbatur confiſcatio per fiſcũ
prætenſa, cum alimentorum futuro-
7 rum ius non poſſit in alium transferri,
tum venditione, ſeu ceſſione, *ſecundum*
Bar. in l. cum Titio, ſub n. 2. ff. ad leg. Falcid. &
in l. 1. col. fin. verſ. modo ego quæro, C. de priui-
8 *leg. dot.* tum etiam per confiſcationem,
vt dixit. Bald in l. corruptionem, C. de vſufru.
Caualca. de vſufr. mulier. relic. ſub. n. 238. verſ.
alimenta vero. Boſſ. in ti. de bonor. publicat. n.
72. Surd. in tract. de alimen. tit. 2. q 15. nu. 201.
& tit. 8 priuileg. 7. ſub n. 6. & priuileg. 59. nu.
14. cum plur. & ſequ. vbi loquitur in filio
9 delinquente viuo patre, prout erat ca-
ſus iſte, & ampliat in crimine læſæ Ma-
10 ieſtatis, *& in tit. 9 q 33.* extendit pariter
in crimine hæreſis, *poſt Clar. in §. fi. q. 78.*
11 *ſub n. 22. verſ. & ex hoc.* Si vero vita, & mi-
litia ſuccederet loco legitimæ, prout
voluerunt *idem Petr. de Grego. in d. tract. q.*
1. & 2. Cannet. in cap. ſi aliquem, in verbo, in-
cipier. pati firmiter, fol. (mihi) 332. Vince. de
Franch. deciſ. 525. n. 21. Fab. de Anna, in conſ.
12 *6. lib. 1.* & idem dicendum videbatur,
quia legitima non competebat in vi-
ta patris, *vt voluit text. in l. 1. §. impuberis,*

Ff *ff. de*

Digitized by Google

ff. de collat. gl. in d. Conſtit. Pœnam eorum. Bal. in l. ſi qua pœna, ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. Alex. conſil. 75. vol. 4. verſ. confirma, lib. 1. Ruin. conſ. 129. n. 104. verſ. ſed vtrum. Dec. conſ. 442. n. 20. Menoch. de recuper. poſſeſ. remed. 9. nu. 176. Peregr. de iure fiſci, tit. de bannit. n. 31. & 34. & in tit. de bono. public. n. 132. cum ſeq. Dec. conſ. 64. lib. 3. Graß. in §. legitima, q. 12. n. 2. Farinac. q. 24. n. 19. Honded. conſ. 74. n. 15. & 39. lib. 2. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 11. n. 24. Surd. deciſ. 167. nu. 1. vbi nu. 3. ampliat, etiam
13 quod pater in vita filio legitimam aſſignaſſet, quia poſſet illam reuocare, & prædicta ſeruari etiam in vita, & mili-
14 tia, reſoluit *Per. de Greg. in d. tract. q. 6. & in tract. de dote, de parag. q. 25. 32. & 36. Tiraq. in tract. de primog. q. 75. n. 3. poſt. Affl. dec. 138. & Surd. de aliment. tit. 7. q. 15. nu. 28. & 29.*
15 maximè ſtante diſpoſitione facta per patrem in teſtamento, per quam in caſu delicti, omnes fuerant excluſi à ſucceſſione, & portione quomodolibet competente, & vocati alij, *vt dixi in dec. 181. ex Surd in conſ. 395. num. 34. & conſ. 412. n. 48. Peregr. tit. de public. lib. 5. n. 97.* Sin au-
16 tem teneamus opinionem illam, quid vita, & militia ſucceſſerit loco portionis feudi, à qua per primogenitum excludebantur, quam ex pluribus comprobarunt, *Andr. in d. Conſtit. Comitib. in 1. lect. verſic. in quantum, qui ſeipſum allegat in Conſtit. In aliquibus. Camer. in c. Imperialem, lit. G. verſ. circa ſecundum, de probib. feud. alie. per Feder. Pariſ. de Put. de reintegr. feud. verſ. nunc videndum. Minad. conſ. 1. n. 31. 56. & 67. Afflict. deciſ. 43. & 138. n. 2. Capic. deciſ. 3. n. 3. Vinc. de Franch. deciſ. 20. n. 1. & 3. & deciſ. 61. n. 2. D. de Pont. in conſ. 79. n. 9. Surd. conſil 35. n. 17. & de alim. tit. 7. q. 15. n. 26. Vinc. de Anna, Alleg. 23. nu. 3. Fab. de Anna, ſibi contrarius in conſ. 120. lib. 2. & Menoch. in d. conſ. 121. vbi dicit hanc eſſe magis receptam opin. D. Oct. au. Bambac. in loco ſup. relato, D. Mart. in d. tract. de iurisd. caſ. 23. n. 11. & 31.* & ipſe idem te-
17 nui, *in deciſ. 85. n. 14.* & tunc neque veniebat confiſcanda, quia vti bannitus non poterat ſuccedere in feudo, *cum Conſtit. Regni prædicta, Pœnam eorum*, habeat eum pro mortuo, *ſecundum And. in c. 1. §. præterea vaſallus, col. 4. quæ fuit prim. cauſ. benefic. amitt. quem refert Cannet. in d. c. ſi aliquem. in verb. & incipiendo, fol. (mihi) 219.* & ſic
18 nec fiſcus ex perſona ipſius; hinc licet maſculus ſtante ſtatuto, excludat fœminam, minime tamen procederet, ſi reperiretur bannitus, *Ioſeph. Cumi. in c. ſi aliquem, verb. maſculis, nu 4. & 7. & in verb. Mortis n. 9. Petr. de Greg. de conceß. feud. p. 4. q. 7. nu. 49.* & primogenito delinquente viuo patre, & demum eo mortuo, ſuc-
19 cedit ſecundogenitus, non primogenitus bannitus, aut fiſcus, *Cannet. in loco ſupra relato, Menoch. conſ. 101. nu. 35.* quia in
20 confiſcatione non veniunt feuda antiqua, & ex pacto, & prouidentia, *Alex. in l. ſi finita, § ſi de vectigalib. nu 26. & ſeq. ff. de dam. infect. Clar. in §. feudum, q 66.* vbi hanc dicit indubitatam opinionem, quãdo delictum non concernit directo per-
21 ſonam domini. *Theſſ. dec. 167. n. 1. Cannet. in d. c. ſi aliquem, verbo, Annotandum eſt, n. 17.*
22 *fol. (mihi) 213.* quinimo nec etiam, quod fructus durante vita naturali Banniti. *Boß. in tit. de bon. publ. n. 53.* vbi dicit communem, & ita in magiſtratibus ſeruari. *Theſſ. d. deciſ. 167. nu. 2.* qui teſtatur ita de-
23 ciſum, & tunc ſuccedunt agnati, *ſecundum Cannet. in loco relato.* Item quia fiſcus habetur loco heredis, *gl. in l. intelligitur,*
24 *§. cum cauſa, & ibi Bart. ff. de iud. fiſc. Bald. in*

l. fin.

Digitized by Google

l.fin.num.15.C.de contrah.empt.& vend. ſed
25 vita, & militia non tranſmittitur ad
heredem, ſed cum vita extinguitur, *gl. in d. Conſtitut. Comitib. verſic. prædicta vbi Andr.col.3 verſ.item nunquid,& Afflict. ibid. num.12. D. Ioan.And.de Georg. Alleg.21.num. 43. Pet. de Gregor.in d d.tract.quæſt.2.vbi in annotat.dixi,*quod in hoc æquiparatur
26 alimentis, *Tiraq de primog.quæſt.47.nu.6.*
27 *Surd.de alim.tit.5.quæſt.1.num.33.* & in relicto cum vita finituro,quid non confiſcatur,*tradit Zuccard.in conſ.57.num.11.* il-
28 la enim mortis ciuilis æquiparatur naturali, *Honded d.conſ.74.nu.40. lib.2. Vinc. de Franc.deciſ.102.num.10.* qui loquitur in
29 terminis noſtrarum Conſtitutionum, diſponentium ſuper bannitis, quę ſunt
30 communes cum Regno illo, & faciebat, quia ſecundogenitus tenetur ſeruire perſonaliter ad expenſas primogeniti, *ſecundum gloſ.in d.Conſtit.Comitib. Petr. de Greg. d. tract. de vita, & milit.q.7. num.6.* quæ ratio ceſſabat in fiſco, eoq; magis prædicta procedere videbantur, quia eſſet ſuccedere in bonis acquiſi-
31 tis poſt bannum, quæ nullo modo confiſcari potuerant, *ad text. in l.ſi tibi mandauero, §. is cuius, ff. mand. gloſ.in l.non adeo,ff.de cond. & demonſtr. Bart. in l. 1. eod. tit. Plot.conſil.130.num.1.cum ſeq. lib.1.crim.*
32 *Pancirol.in conſ.163. vbi ampliat in quacunq; confiſcatione, Decian. conſil.35. lib.1. Burſat. conſ.43.lib.1.Peregr.conſ.71.num.2.lib.1.* vbi hoc intellige, etiam, quod eſſent bo-
33 na, quæ peruenirent bannito ex cauſa de præterito. *Natt. conſil. 472.n.3. Ruin. conſil.133. Beſſ. de bon. publ. num.80. Simanc. de Catol. inſtit. tit.9.num.61. tom.2. part.2. tract. Melch. Pelaez. de Maior.par.1.quæſt.1. num.105. Peregrin. de iur.fiſc. tit.5.num.133. tit.3.num.4. Surd.de aliment. tit.8. priuileg. 59.num.18. Magon. deciſ. Florent.99.num.4. Farinac.quæſtio.25.numer.142.* & fuit per nos iudicatum de menſe Nouembris, 1608. pro Ioannella de Anſaldo, & propterea videbatur idem iudicandum eſſe in caſu iſto, ſed quia in cæteris bonis, quæ erant maximi valoris, multa inter fiſcum, & per partem diſcutienda erant, non fuit aliter articulus determinatus, ſed adhuc pendet.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione deſerta,idem eſt ac ſi non fuiſſet appellatum, & num.8.& 11. nec eſt neceſſaria declaratio ſuper deſertione, num.2. Intellige,num 20.*

3 *Executio fit ex prima ſententia, ſi appellatio fuerit deſerta, & num.6.& negotium ad primum iudicem deuoluitur, & numer. 4.*

Amplia,num.5.

7 *Attentata appellatione deſerta non reuocantur.*

9 *Sententia ob deſertionem appellationis,quo ad omnia retrotrahitur.*

10 *Sententia appellatione deſerta dicitur confirmata à lege.*

12 *Condemnatio facta in expenſis, ſub Venditione (ſi pars acquieuerit) quid operetur,& num.13.*

14 *Appellans impedit executionem ſententiæ, & num 19.*

15 *Executio ſententiæ facta appellatione pendente,eſt nulla.*

16 *Appellatio extinguit pronunciatum.*

17 *Appellans non dicitur condemnatus.*

18 *Appellans ex ſola appellatione non dicitur acquieuiſſe ſententiæ.*

21 *Statutum puniens ſecundò appellantem, & non obtinentem, Verificatur etiam appellatione deſerta.*

22 *Appellans non præſumitur renunciaſſe appellationi interpoſitæ.*

Digitized by Google

Argumentum.

Appellatio deſerta, an operetur, quod appellans dicatur acquieuiſſe ſententiæ latæ?

Decisio CLXVI.

NOn ſemel vidi determinari per nonnullos iudices, in odio acerrimorum litigantium, qui potius ob calumniam, quàm pro iuſtitia conſequenda, protrahere ſolent cauſas in infinitum, quod in cauſis prædictis ab expenſis abſoluantur, ſi ſententiæ acquieuerint; Euenit, quod lata ſententia iſto modo, fuit ab ea appellatum, licet obtentis pluribus prorogationibus ad introducendum, fuerit tandem appellatio declarata deſerta, in tantum, quod non videbatur locum habere ſententia, quoad condemnationem expenſarum, quia idem erat, ac ſi
1 nunquam fuiſſet appellatum. *Auth. Ei qui, vbi Doct. C. de tempor. appellat. ibi (tanquam ſi ab initio minimè fuiſſet prouocatum) Clement. Sicut, & Clem. Si appellatione, vbi Card. in 1. quæſt. de appellat. gl. in l. 2. in verb. executionem, C. de tempor. appellat. Iaſ. Ang. Imol. Caſtr. & Alex. in l. Præſes. ff. de re iudic. Decian. reſponſ. 24. num. 109. lib. 1. vbi latè, & conſ. 181. num. 29. & conſ. 223. nu. 14. Honded. conſ. 24. nu. 9. vol. 1. Ruginel. de appellat. § 9. gloſ. 1. cap. 2. num. 21.* vbi multa alia tradit in hoc propoſito, *Barz. deciſ. Bonon. 51. per*
2 *totam*, & propterea nec erat neceſſaria aliqua declaratio ſuper ipſa deſertione. *Guid. Pap. Deciſ. 435. num. 24. Roman. Sing. 162. poſt Felin. & alios, dixit. Triuiſan. Deciſ. 27. num. 4. lib. 1.* vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum. Vnde ex prima ſententia
3 fit executio, *ſecundum gloſ. in d. l. in verbo executionem, C. de tempor. appellat. Cardin. vbi ſupra, in 7. quæſt. Bal. in l. eos, num. 7. C. de*
4 *appellat.* idque adeo verum eſt, vt negotium ipſo iure ad primùm iudicem de-
5 uoluatur, etiam vbi iudex appellationi detulerit, *vt ex gl. Imol. & alijs dixit Surd. conſil. 139. num. 11.* & propterea ſicut non
6 interpoſita appellatio, ſententiæ executionem non impedit, ita & interpoſita, ſed deſerta appellatio, *ex Angel. in d. l. Præſes. quem ſequitur Alexand. ibi, num. 5. & latè Marc. Anton. de Amat. deciſ. 38. per totam,*
7 quinimò, nec attentata per modum attentatorum, appellatione deſerta reuocantur, *l. furtim, in princ. ff. de his qui notant. infam. Rot. deciſ. 1. in nouis, tit. de appell. cum alijs adductis per Surd. in d. conſil. 139. num. 11.* vbi ſubdit, quod effectus deſer-
8 tionis is eſt, vt fingatur nunquam à principio appellatum, & quoad o-
9 mnia retrotrahitur, & dicitur ſenten-
10 tia confirmata à lege, *vt dixit Afflict. in d. Conſtit. Appellationum tempora, num 52. & voluit Raudenſ. conſ. 15. num. 5. volum. 1.* & in terminis, quod per talem appellationem deſertam, partes talis ſententiæ
11 acquieuiſſe, & eam approbaſſe dicantur, allegabatur *text. in l. fin. § illud, C. de temp. app. Afflict. deciſ. 78. num. 2. Anch. conſil. 245. per totum. Alex. conſil. 59. num. 7. lib. 4. Caphal. poſt alios, conſil. 201. num. 1. & 2. Surd. d. conſ. 139. num. 11.*

Dicebatur ex aduerſo, quod iudex in ſententia ipſa aliud non intenderat,
12 niſi condemnare conuentum ad expenſas, ſi appellauerit, & ſententiam ipſam ratam non habuerit, & ſic quando ipſe conuentus poſt ipſam ſententiam, eius executionem non impedi-
13 ret, verba enim illa (ſi pars acquieuerit) intelligenda erant cum effectu. *l. 1.*

Digitized by Google

§. *hæc verba,ff.quod quiſq; iur.cum ſimil.* ſed
14 per ſimplicem interpoſitionem appellationis, appellans ipſe impediuit executionem, & effectum ipſius ſenten-
15 tiæ, *tot. tit.nil nou. app. pend.* & ſi fiat executio, eſt nulla, *l.1.C.de except.rei indic.c. de delictu,de appellat. in 6. Franc. in cap.non*
16 *ſolum, eod. tit.* & quod plus eſt, quia appellatio extinguit pronunciatum. *Capic.deciſ.202.nu.8.addit. ad Afflict.in Conſtit.*
17 *Appellationum tempora, verſic. ſuſpendit*, in tantum, quod appellans fingitur non condemnatus, *ad text. in d.l. 2.ff. de pæn. Fed. de Sen. conſil.198. num.2. in fin.* & propterea ex ſola appellatione, appellans
18 non dicitur acquieſcere ſententiæ vt à contrario ſenſu facit, *text. in l.1. C. de poſtul. Crauett. conſil.108. n.3. Blanc.in tract. de iudic. homicid. ad l fin. de quæſt. num.148. verſ. in ſecundo caſu, D.de Pont. conſ.63.n.59. Purpur.conſil.10.num.2.vol.1.* Et contraria videbantur procedere, ad hoc, vt ſen-
19 tentia exequatur, non autem, quod ipſe appellans ex ſimplici actu appellationis non contrauenerit ex prædictis. Item procedere poterant in præ-
20 iudicium appellantis, non autem appellati, vel tertij, vt optimè declarat *D.Card.Tuſcus, lib. 2. pract. concluſ.litera D. concluſ.223. num.20. & Alex. conſ.36. nu.16. 17. & ſeq.vol.4.* vbi ponunt multa exempla. Prædicta confirmari videbantur *ex doctrina Salicet.in l.Polla,num.4.C.de his quib.vt indign.& per Cephal.in conſ.109.n.1.*
21 dum dicunt, quod ſtante ſtatuto, quod qui ſecundo appellauerit, & non obtinuerit, puniatur in decem; verificatur in deſerente ſecundam appellationem, quia tunc dicitur appellare, & ſuccumbere, & propterea contrauenire dicitur. Ego in ſimpliciter appellante, & non introducente, pluries iudicaui ſecundum primam opinionem, vti magis æquam, & ita inuenio iudicaſſe M. C. pro Hieronymo de Gerardo, contra Auguſtinum Rocheri. Eſt verum quod Conſiſtorium reuocauit ſententiam prædictam ſub die 19. Iulii 1601. quo in caſu idem ego iudicaſſem, quia non fuerat deſerta appellatio prædicta, ex eo, quia hoc ipſe appellans voluerat, vt eſſet deſerta, ſed ex quo fuerat per M.C. declarata deſerta, eo contradicente & præſentatis ſcripturis cōtrarium effectum; adeo, quod eius animum declarauerat, aſſerendo nullo modo eſſe deſertam nullam appellationem, vltra quod de iure præſumi debuerat, vt nullo modo voluerit re-
22 nunciare appellationi interpoſitæ, ex late deductis, *per Maſcard.Concluſ.187.n.4. vol.1. vbi plures alios Dd. cumulat.*

SVMMARIVM.

1 *Pæna triremum, cuius pæna loco ſucceſſerit, num 2.3.& 4.*

5 *Pæna triremium in perpetuum, ſucceſſit loco damnationis in metallum.*

Amplia num.7.

6 *Pæna damnationis in metallum, vel opus metalli, non eſt in vſu.*

8 *Damnati ad metallum tenebantur grauiſſimis catenis, & num.9.*

10 *Damnati ad remigandum, efficiuntur ſerui pæna, & mortuis æquiparantur.*

11 *Damnati ad triremes, non ſunt ſucceſſibiles, ſed admittuntur qui alias fuiſſent acquiſitores excluſo fiſco. Intellige, numer. 12.*

13 *Damnati ad triremes in perpetuum, ciuitatem, & libertatem amiſerunt, & quid aliud, num. 14.*

15 *Teſtamentum factum poſt condemnationem*

Digitized by Google

nem ad remigandum in perpetuum, rumpitur.

Amplia ſi aufugiant, vel aliter ab ipſis eximantur, num. 16.

17 *Condemnati ad mortem, vel remigandum non poſſunt in Regno ſine licentia teſtari.*

18 *Barones non poſſunt vaſallos condemnare ad remigandum, ad eorum beneplacitum.*

ARGVMENTVM.

Condemnatus perpetuo ad remigandum ſuper triremibus, an ſit inſucceſſibilis.

DECISIO CLXVII.

1 POena triremum in perpetuum qua maxime contra plebeios in hoc Regno vtimur, etſi variatum fuerit inter DD. cuius pœnæ loco ſucceſſerit:
2 & inter alios *Bimi.in conſ.44.num.14.* voluerit aſſimilari bannitis noſtri temporis. *Clar.vero, in fin.quæſt.67. & poſt eum Capibla.de author.Baro Prag.6.num.3.* dixe-
3 rint eam æquiparari deportatis, licet hoc non placeat. *D.Camill. Borell. in conſ. 52.num 32.cum ſeq. & demum Graſſ.in §.te-*
4 *ſtamentum, quæſt.28.* æquiparet damnatis ad perpetuos carceres, cæterum ſecundum veriſſimam, & communem
5 DD.concluſionẽ, ſucceſſit loco damna-
6 nationis in metallum, vel opus metalli, cum hodie pœnæ prædictæ non ſint in vſu, *vt poſt Imol. dixerunt Capic. Deciſ.153. num.3. Vincent.de Franc.Deciſ.140.n.8.idem Clar.in d.quæſt. 67. nu. 7.Carrer.de homicid. verſ.circa quartam,num.8.cum ſequ. Foller.in verbo pœnis debitis,nu. 46. Gabriel.conſ.174. num.17.de communi.poſt alios Farinac.de delict.& pæn.quæſt.19.num.14.Burſat.conſ.48. num 29. cum ſequ.Micha. Graſ. in §.inſtitutio,quæſt.6.Sim.de Pret.de interpret.vlt.vo-*
lunt.lib.2.ſolut.1.n.7.cum ſeq.fol.123.Affl.lib. 3.rub.53 num. 14. vbi additio. Plot. conſ. 73. num.12.tomo 2.Criminalium.D.Aloyſ.Catalan.in tract.de abolition.ca 44.n.4. Hoſtienſ. Caualc.de brach.Reg.par 4.n.59. Paul.Grauat.in ſuo Theoremat.3.nu.10. & ſeq.vbi poſt.
7 *Clar in loco citato ampliat*, tam in condẽnatione ad triremes in perpetuum, quam ad tempus, & ſequitur, licet eum non alleget, *Alex.Trentacinq. variar.reſolut.lib.1.tit.de mort.natur.reſol.1. ſub num.7.* habent enim pœnæ prædictæ expreſ-
8 ſam ſimilitudinem: nam ſicuti damnati ad metallum tenebantur grauiſſimis catenis, *l.aut damnum, ff.de pœn.* & verbe-
9 ribus afficiebantur, *l.in metallum, ff.de iure Fiſci,* ita damnati ad triremes, vt de
10 ſe patet, & propterea efficiuntur ſerui pœnæ *l.ex facto, § ſi quis rogatus, ill.2 ff.ad Trebell.* mortuiſq; æquiparantur, & fiſcus ex eorũ perſona non acquirit, ſed
11 id quod ipſi capere non poſſunt, acquiritur aliis, qui illud fuiſſent habituri, *l. 1 vbi Doct.omnes, ff.de hæred.i nſtit. & præcipue Salic. Farinac.quæſt.102. num. 160. Clar. in §.teſtamentum,quæſt.22.cum ſimilibus allegatis per Peregrin.de iure fiſci, lib.3.tit.4.*
12 *in princip.* quod intelligo verum in condemnato ad remigandum in perpetuum, & non ad tempus, *vt recte notant idem Peregr. in loco proximo relato num. 2. & Farinac.d.quæſt.102.num.159.* & quia ci-
13 uitatem, & libertatem amiſerunt, vt expreſſe determinat *Alex. Trentacinq.vbi ſupra,per iura per eum ibi allegata*, ex con-
14 ſequenti perdunt teſtamenti factionem actiuam, & paſſiuam, ac ſucceſſionem ab inteſtato, & admittuntur alii ſucceſſores, vt dictũ eſt. Quinimo teſtamentum antea factum rumptitur, *ad text.*

Digitized by Google

tex. in l. eius qui, §. irritum, ff. de iniuſt. de rupt. & irrit. fact. Peregr. d. tit. 4. n. 7. Farinac. de var. in d. q. 102. n. 138. & 140. Simon. de interpret. vltima volunt. d. lib. 2. interpret. 2. dubio 1. ſolut. 1. num. 8. ſubdens quod amittunt
16 teſtamenti factionem paſſiuam, etiamſi aufugiant, aut aliter eximantur à carceribus, & aliis relatis & teſtatur de communi opinione, *Graſſ. in d. §. teſtamentum. quaeſt. 2. nnum. 3. & in §. inſtitutio, quaeſt. 6. Clem. de patria poteſt. cap. vlt. num. 33. Burſat. conſ 48 num. 26. cum ſeq. Geil. Obſer. 12. 2. par. Capiblan. d. Prag. 7. n. 7.* & ita in condemnato ad remigandum in perpetuum, quod ſit incapax ſucceſſionis, & eo excluſo ſuccedant adſtrictiores in gradu, iudicauit Conſiſtorium confirmando ſententiam M C. de anno 1606. pro Iacobo Tarantino, contra Antonium de Orlando, eoque magis, quia in Regno, iſti condemnati, tam ad
17 mortem naturalē, quam ad remigandum, non ſolent teſtari, niſi de licentia D. Proregis, vt latiſſime fuerat in proceſſu probatum, *& faciunt not. per Doct. ralatos per Farinac. in d. quaeſt. 102. num. 125.* Scias tamen ad propoſitum, quod talis pœna triremium non poterit per Ba-
18 rones irrogari ad beneplacitum, ſed debet eſſe certa *ſecundum Vincen. de Fran. Deciſ. 370. nu. 12. & bene Capiblanc. de Auth. Baron. d. Prag. n. 17. cum ſeq.* & ita iudicauimus pro quibuſdam vaſallis Illuſt. Marchionis Montis aperti, qui fuerant condemnati ad remigandum per quinquennium, & infra, ad beneplacitum nam fuit prouiſum quod deleatur illa Clauſula.

SVMMARIVM.

1 *Committens inſultum cum mutilatione membri, vel cicatricis deformis, & apparentis, qualiter puniantur.*

Et contra iſtos proceditur ex abrupto ad torturam, num. 3.

2 *Pœna triremium ſucceſſit in Regno loco amputationis manus.*

4 *Committens inſultum cum mutilatione digiti, an comprehendatur ſub Conſtit. Si quis aliquem.*

5 *Membri appellatione, non venit digitus.*

6 *Statutum puniens abſcindentem membrum, non habet locum in abſcindente digitum.*

7 *Statuta debent proprie, & ſtricte intelligi.*

8 *Dictio (vel) quid operetur.*

9 *Conſtit. Regni Si quis aliquem, procedit etiam in debilitante membrum.*

10 *Mutilato digito, debilitata dicitur manus.*

11 *Mutilato digito, habetur, ac ſi manus mutilata fuiſſet. Amplia, ſi manus effecta fuiſſet arida, & inutilis, nu. 12.*

13 *Cicatrix deformis, & apparens, quae dicatur intellige in cicatrice perpetuo permanſura, num. 14.*

15 *Pœna Conſtit. Si quis aliquem, non procedit, vbi percuſſio in facie facta fuerit cum lapidibus.*

ARGVMENTVM.

Statutum puniens abſcindentem membrum, an procedat in abſcindente digitum.

DECISIO CLXVIII.

IN Regno ſtante *Conſtitutione, Si quis aliquem*, committens inſultum cum armis prohibitis appoſtato modo, vnde ſequeretur mutilatio membri, vel cicatrix deformis, & apparens in facie, punitur pœna amputationis manus, cuius loco ſubrogata fuit pœna triremium, *ſecundum Doctor. ibi,*

ibi, cum alijs not. per Ant. de Ball. in lib. 3. tract. crimin. Caſu 2. Ideoq; ſtante dicta Con-
3 ſtitutione, indies ſeruamus in M.C. cō-
tra tales procedit ad torturam ex abrupto nullis datis defenſionibus, *ad tradita per Scribentes ſuper Cap. Regni Regis Ioan. 49.* Fuit tamen dubitatum, ſi præ-
4 dicto modo procedi poſſit contra mu-
tilantem digitum, in tantum, quod ſtatutum prædictum in eo caſu locum ſibi vendicaret. Et videbatur dicendum, quod non: quia pœna prædicta, non procedit niſi in mutilato membro, & tamen ſecundum veram Doct. con-
5 cluſionem, appellatione membri non
venit digitus. *Bart. in l. non ſunt liberi, ff. de ſtatu hom.* quam doctrinam ſemper Doct. ſecuti ſunt, & magni fecerunt, *vt dicit Aug. ad Ang. de maleſic. in verb. membrum prædictum, num. 9. Cag. in l. imperium, n. 218. de iuriſdi. omn. iudic. Io. Anton. de Nigr. fol. 253. & fol. 161. Farin. de pæn. & delict. q. 19 nu. 24. Clar. in practic. crimin. §. fin. q. 69. Couar. in repet. Clemen. Si furioſus poſt n. 8. de homic. qui in verſ. tertio habeatur, refert hanc opinionem eſſe communem*, & propterea
6 infert, quod ſi ſtatutum (prout erat i-
ſtud) puniat abſcindentem membrū, non habeat locum abſcindente aliquem digitum, *Vitalin. de maleſ. in rubr. Quid ſit accuſatio, nu. ſubdens*, quod ita fuit de facto determinatum, *Rube. in conſ. 83.*
7 & ratio eſt: quia ſtatuta debent pro-
prie, & ſtricte intelligi, *l. quicquid aſtringenda, ff. de verb. obli. & ſic tenet idem Bar. in conſ. 202. incip. Nunquid digitus, per l. idem Offilius, ff. de ædilic. edic. vbi Iuriſconſultus po-*
8 *nit inter digitum, & membrū copulam (vel)*
diſiunctiuam, tanquam diuerſam, & Hierony. Olin. in ll. Sardin. cap. n. 7. qui ait hanc opinionem veriorem eſſe in puncto iuris. His diſcuſſis M. C. non ſemel iudicauit contrarium, quando percuſſio facta fuit alio dum modo, quia ſecun- practicam petitorum, ſemper Conſtit.
9 Regni prædicta fuit recepta nedum in
mutilante membrum, ſed etiam in de-
10 bilitatem, & verum erat dicere, quod
mutilato digito, debilitatum dicitur membrum, principale, videlicet ipſa manus, cum digitus ſit particula, & officium manus, & per abſciſſionem digiti impediatur aliqualiter & debilitetur manus, & licet non reddatur in to-
11 tum inutilis, & inhabilis, habetur tñ ac
ſi manus mutilata fuiſſe, *ſecūdū doctrinam Bar. in l. 2. ff. de publi. iudic. in vlt. q. & optime tradit Hieron. Olin. in d. cap. 9. n. 7.* ſecundum quam fuit alias determinatum in M. C. notatum inueni in quadam apoſtilla ſuper dicta Conſtitutio-
12 ne, id maxime locum ſibi vendicaret, ſi
per ſciſſionem digiti, tota manus eſſet facta arida, & inutilis *ſecundum Vital. in Rub. & in locis relatis, quos ſequitur Baiar. ad Clar. in d. quæſt. 69. n. 4.* Hæc omnia pariter procederent in cicatrice difformi,
13 & apparente in facie, prout eſt, quando
vulnus eſſet tale, vt appareat percuſſio, in carne liuor, vel cicatrix *ſecundū Andr. de Iſer. in d. Conſt. it ſi quis aliquem* quæ licet
14 ſimpliciter loquatur, intelligitur de ci-
catrice deformante, quæ ſit perpetuo remanſura, & non pro qualibet ſciſſura, *ſecundum Andr. ibidem, & Ant. de Ball. qui multa alia deduxit in materia, in lib. 3. de liter. diſpen. Caſu 2.* & quod magis eſt notandum, oportet quod percuſſio præ-
15 dicta in facie facta fuerit cum armis, ſe-
cus ſi cum lapide, quia tunc locum non

Digitized by Google

non habebit *pœna de conſtit.* ſed alia arbitraria, *vt dixit Andr. ibidem, in princip.* ſecundum quam iudicavimus pro Gulielmo Piduni, contra Leonardum Rindinella, quia fuit miſſus in exilium, non ſtante, quod vulnus in facie eſſet deforme, & apparens.

SVMMARIVM.

1 *Renunciantes immunitati eccleſiaſticæ conſueverunt condemnari, vel abſolvi.*

2 *Confugiens ad eccleſiam, ſi velit voluntariè exire, poteſt extrahi contradicentibus miniſtris eccleſiaſticis, ratio num. 3. intellige num. 17.*

4 *Inviti ab eccleſia extrahi prohibentur.*

5 *Exientes ab eccleſia, ceſſante violentia, licitè puniuntur, & nu. 6. & 8.*

7 *Eccleſia non dicitur offenſa, ſi voluntariè quis ab ea extrahatur.*

9 *Privilegium immunitatis eccleſiaſticæ eſt mixtum.*

10 *Privilegio immunitatis eccleſiaſticæ non poteſt renunciari in præiudicium eccleſiæ, & nu. 16.*

11 *Clericus non poteſt renunciare privilegio fori.*

12 *Eccleſia ſpoliata debet ante omnia reſtitui, etiamſi extractus non poſsit gaudere immunitate eccleſiaſtica.*

13 *Extractus ab eccleſia blandis verbis factis per ſatellites Curiæ ſæcularis, debet Eccleſiæ reſtitui. Intellige, nu. 14.*

15 *Miniſtri ſæculares promiſsiones ſervare non tenentur.*

18 *Confugientes ad eccleſiam, non poſſunt ab Epiſcopo relaxari, niſi prius declaraverit ſi debeant admitti ad immunitatem eccleſiaſticam.*

ARGVMENTVM.

Immunitati eccleſiaſticæ, an poſſit renunciari per confugientem ad eccleſiam.

DECISIO CLXIX.

1 RENunciantes immunitati eccleſiaſticæ, ſive tacitè, ſive expreſsè, conſueverunt condemnari, vel abſolvi per iudices laicos prout caſus requirebat, idque fundari videbatur ex traditis *per Io. de Viſc. in tract. de immunitat. eccl. n.*

2 *56.* vbi ait; quod ſi confugiens ad eccleſiam vellet voluntariè exire, & non vellet ſe tradere in manus repetentis, quod etiam non expectato iuramento, ſeu promiſſione immunitatis, licet talem extrahere etiam contradicentibus miniſtris eccleſiaſticis, cum renunciet privilegio ſuo, quod eſt ſibi licitum, & confirmatur optima ra-

3 tione: quia ſicut refugium ad eccleſiam ei liberum fuit; ita & exitus eſſe debet, maximè; quia ex diſpoſitione *Cap. in alia, in fin. de immunit. eccleſiaſt.* non

4 niſi inviti prohibentur extrahi, ibi [*non eſt violenter ab eccleſia extrahendus*] & *in cap. frater 17. quæſt. 4. ibi (reluctantem, reclamantemq; violenter abſtraherent)* ergo à contrario ſenſu, ceſſante violē-

5 tia, nocebat exitus ab eccleſia, ut notatur ibi per omnes Scrib. & voluit *Clar.*

6 *in § fin. q 30. nu. 1. verſ. ſed certe,* ubi ait, quod iſti, qui ſponte exierunt ab eccleſia, licitè puniuntur, & non potuerunt gaudere immunitate prædicta. *Remig. in tractatu de immunit. eccleſiaſt. in princ. 3. præſupoſit, nu. 12. & ſeq. & melius fallent. 12. ubi expreſſe ſequitur Ioan. Viſc. in loco præallegato,* & ſubdit, quod ex hoc non eſt offenſa eccleſia, *ſecun-*

7 *dum Hoſtienſ. Ioan. Andr. Anchar. & Panor. in cap. fin. eod. tit,* quia Canon ſo-

8 lam violentiam condemnat, quæ nōn fit volenti, *d. cap. inter alia, §. 1. eod. tit. Ambroſin. de immunit. eccl. cap. 11. nu. 1. verſ. nec dicatur. Anchar. in cap. fin. de immunit. eccleſiaſt. Navar. in Manual.*

Gg *cap. 25.*

Digitized by Google

17 procedere, quando confugiens ad ec-
cleſiam, adhuc non eſſet in carceribus
de mandato Epiſcopi, prout erat caſus,
de quo agebatur, quia tunc nõ niſi pr-
18 cedente declaratione ſuper immunita-
te poterat à Prlato relaxari, ut expreſ-
sè determinat *Bulla prædicta Gregor. ibi*
(Niſi cognitio prius per Epiſcopum, ſeu ab eo deputatum) Et propterea fuit ſuperſeſſum uſquequo per Reverendiſs. Epiſcopum fuiſſet declaratum, ſi deberet gaudere immunitate prdicta, prout inde ad ipſam fuit admiſſus non obſtante renunciatione facta, & ſic fuerit relaxatus.

SVMMARIVM.

1 *Notarij ſcriptura prævalet dictis teſtium. Intellige nu. 2. Amplia nu. 3*

4 *Notario magis creditur, quàm teſti: quo ad effectum probationis. Limita quoad condemnationem de falſo. nu. 5*

6 *Notarius ex dictis teſtium inſtrumentalium non poteſt puniri de falſo. Intellige nu. 20.*

7 *Inſtrumentum redditur falſum ex dictis teſtium inſtrumentalium.*

8 *Inſtrumentum impugnatum à teſtibus remanet ſine ſolemnitate, & nu 9.*

10 *Teſtium ſingularitas circa falſitatem inſtrumenti, qualiter conſideretur.*

11 *Teſtes non omni exceptione maiores, ſufficiunt ad impugnandum inſtrumentum de falſo, contra nu. 13. intellige ut nu. 14.*

12 *Teſtes inſtrumentales impugnari non poſſunt.*

15 *Notarius probata falſitate inſtrumenti, puniri debet de falſo.*

16 *Confeſſio extraiudicialis facit indicium ad torturam.*

17 *Teſtes duo contra notarium faciunt indicium ad torturam, & nu. 18.*

19 *Notarij torti, & negativi cum proteſtatione ex dictis duorum teſtium non condemnantur ad pœnam ordinariam, ſed arbitrio iudicis.*

ARGVMENTVM.

Teſtes inſtrumentarij, quàm fidem faciant contra notarium ad convincendum de falſo, vel ad torquendum.

DECISIO CLXX.

NOtarius quidam Catinenſis inquiſitus de fabricatione falſi inſtrumenti, & pro dicta cauſa ibi tortus, cũ proteſtatione citra præiudicium probatorum, ad ſciendum complices, & fautores, cum appellaſſet ad M. C. dicebat ſe ex proviſione prædicta mirum in modum gravatum. Etenim, etſi teſtes inſtrumentarij depoſuerint, quod coram ipſis celebratum non fuerit dictum inſtrumentum, nec illi interfuerant, non ex hoc reddi poterat inſtrumentum falſum, & notarius potuerat condemnari, cum ſcriptura notarij pr-
1 valeat dictis teſtium, propter authoritatẽ officij publici, ſi eius perſona non ſit ſuſpecta, nec appareat conſuetũ eſſe
2 ſcribere falſa, maximè quando agitur
3 criminaliter: quia non ſtatur dicto notarij contra teſtes, nec è cõverſo, dictis teſtium contra notariũ, etiamſi eſſent plures, *cap. cum delicti de elect. Specul. in tit. de teſt. §. 1. verſ. ſed pone. Ang. & Imol in l. 1. §. ſi quis neget. ff. quemad. teſta. aperiant. Salic. in l. ſi quis Decurio. C. de falſ. Guid. Pap. q. 540. incip. teſtes examinati. Natt. conſ. 392. in princip.* Hinc eſt, quod ſi teſtis negat ſe dixiſſe, prout notarius ſcripſit; notarius verò aſſerit teſtem dixiſſe, prout ſcriptum eſt; licet quo ad effectum probationis, magis ſtetur notario, quam
4 teſti, attamen, quo ad condemnatio-
5 nem de falſo, neutri creditur, nec

Digitized by Google

notario contra teſtem,nec teſti contra
notarium, ſed omnes abſoluuntur, vt
ex communi Scribentiũ ſententia dixit
Clar.in §.falſum,num.15.verſ pone,teſtis
negat, cum alijs relatis per Caball. in lib.
reſol crimin.caſu 183. ubi ex hoc conclu-
6 dit, quod ex dictis teſtibus non poſſit
notarius de falſo puniri, *ex doct. Salic.*
in l.in exercendis, qu.3 ſub n.4 verſ. dico
igitur,de fide inſtru Felin.in c cum Ioan-
nes,n.45 eod. tit. Natt.in d.conſil.392.&
Iaſ.in l.duob.reis,§.idem Pomponius,n.17.
verſ tu adde, ff. de iureiur. Dicebat Fiſ-
cus,quod negari non poterat,quin in-
7 ſtrumentum prædictũ ex depoſitione
dictorum, duorum teſtium inſtrumẽ-
talium,quorum alij nõ intervenerant,
redditũ erat falſum, *ex Bal.in d. l.1.§. ſi*
quis neget,n.6.& ibi Ang ff. quemad te-
ſtam.aper. Fel.in d.c cum Ioan.n.46.Boſſ.
de falſ.n.32. etenim ſtatim atq; quod te-
8 ſtes impugnant inſtrumentũ, remanet
ſine ſolemnitate teſtium, cum à teſtiũ
fide confirmetur, *§ ſed & ſi quis,& §. ſi*
vero,in auth.de inſtr.fid & cautel.gloſ.in
l generali,C.de tab. exhib. lib.10. Boer.q.
9 *118.n.1.* & ubi deficiunt, inſtrumentum
ipſũ deficere videtur, vt poſt alios tra-
dit, *Menoch. de arbit. iud. lib.2. Cent. 2.*
caſu 105.n.9. ſubdens, quod in hoc cõſi-
10 derari nõ poteſt aliqua teſtiũ ſingulari-
tas,quandoquidẽ unum & idẽ conclu-
dunt,etſi per ſingulares eorum ſenſus,
Bart.in d.§ ſi quis neget, n.6.in fi. cũ aliis
per eũ relatis,& propterea ſufficerent,
11 etiã quod non eſſent omni exceptione
maiores,*ut poſt Corn. in conſ. 232. vol.3.*
verſ.nec etiã obſtat,quod teſtes,lib.1.con-
cludit Cranet.in conſ.56. nu. 9. & 10. ubi
12 reddit rationem ſatis concludentem
nempe, quia teſtes inſtrumento adhi-
biti cẽſentur approbati à partibus, nil
mirum ſi deinde eorum perſona impu
gnari non poteſt, *l.ſi quis teſtibus, C. de*
teſtib. Soc. iun.conſ.189.n.52.lib.2.& conſ.
17.n.15. lib.3. quidquid ex adverſo dixe-
rint, *Iaſ.in conſ.124.col.2 lib.1.& conſ.153*
nu.5.ver.novo deveniendo,lib.2. & conſ.
12. col.5. verſ.3.princ. lib.3. Bald. conſ.37.
lib.1. Cepol.conſ.crim.21.nu.5.& 6. qui in
13 hoc caſu teſtes eſſe debere omni ex-
ceptione maiores putant: nam vt di-
xit *Menoch.in loco præallegato,* prædicta
14 opinio eſt falſa, & fortè non procede-
ret in teſtibus deſcriptis in inſtrumen-
to, prout erat caſus de quo agebatur.
Et ideo dato pro vero, prout veriſſimũ
prædictum ſit falſum,quid aliud eſt ni-
15 ſi quod notarius puniri debeat de fal-
ſo,*vt dixit Soc ſen.in conſ.28.col.1.vol.2.*
Boſſ.in d.tit.de falſ.nu.41. eoque magis:
quia dicti duo teſtes nedũ deponebant
nunquã interfuiſſe, ſed quod poſt ce-
lebratum contractum, fuerãt requiſi-
ti à notario,ut ſi fuiſſent interrogati de
tali inſtrumento, quod utique ſe fuiſſe
16 præſentes reſponderent, & ſic aderat
confeſſio extraiudicialis probata con-
cludẽter,quæ de ſeipſa ſola faciebat in-
dicium ad torturã, ut indies ſeruamus
in Magna Curia. Diſcuſſo negotio cõ-
17 cluſum fuit, notarium ex dictis duorũ
teſtium tantum,non poſſe aliter, abſ-
que alio,puniri de falſo, ſed benè ſuffi-
cere ad irrogandam torturam, cum a-
18 cerrima inquiſitione, *ut dixit Salic. in*
d.l.in exercendis, quem in hoc ſecuti ſunt
Felin. Natt. Soc. Boſſ. & Caball. in locis
relatis, & quia adiuncta confeſſione
extraiudiciali,& alijs adminiculis, viſa
fuerant

Digitized by Google

fuerant indicia indubitata, M.C. cenſuit, quod poterat addi Clauſula citra præiudicium probatorum; licet
19 compilato eulogio, quando tales ſunt negativi, condemnari non conſueverint, niſi ad pœnam extraordinariam, & ita me referente in generali viſitatione carceratorum corã Excell. Prorege fuit determinatum. Quæ omnia
20 non ita de facili procederent in teſtibus non deſcriptis in inſtrumentis, ſed per actorum notarios, ut erat caſus Nattæ & aliorum.

SUMMARIUM.

1. *Dominus directus vindicare poteſt rem emphyteuticam pro canone præterito à ſecundo emphyteuta, & num. 2. Amplia, num. 3*
4 *Succeſſor quando teneatur ad canones præteritos. Et quid ſi primus emphyteuta ſit ſolvendo, nu. 5. contra nu. 12*
6 *Actio ſubſidiaria datur contra ſecundum emphyteutam.*
7 *Actio ſubſidiaria non competit, niſi diſcuſſis bonis principalis.*
8 *Actio hypothecaria datur pro cenſibus præteritis ſtante hypotheca bonorum adiecta in inſtrumento, & nu 9.*
10 *Hypotheca tranſit in quemcumq; poſſeſſorem.*
11 *Poſſeſſor rei emphiteuticæ tenetur ad cenſus præteritos. Amplia ut nu. 14*
13 *In M.C. & Conſiſtorio, proceditur ſola facti veritate inſpecta.*
15 *Tertius poſſeſſor tenetur ad iura laudimiorũ pro alienationibus præteritis.*
16 *Poſſeſſor rei tenetur ad tributa præterita.*

ARGUMENTUM.

Tertius Poſſeſſor rei emphyteuticæ, an teneatur ad canones præteriti temporis quo ipſe non poſſidebat, & quid in laudemio.

DECISIO CLXXI.

Dominus directus vindicare poterit rem emphyteuticã à ſecundo emphyteuta pro canone præterito, *ſecundum Angel. in l. univerſas, C. ne rei domi. Iaſ. in l. 1. nu. 70. C. de iur. emph. Caſtrenſ. in l. in venditione, ff. de actio. empt.*
2 ubi ait, quod emptor, ſeu poſſeſſor, nõ poterit aliter ſe defendere, niſi ſolvendo canonem, *Bald. in l. 2. nu. 18. verſ. emphyteuta facit, C. de iur. emphyt. Anchar. conſil. 386. Crauett. poſt Roman. & Caſtrenſ. in conſi. 217. nu. 5.* licet res em-
3 phyteutica non ſit pro canone obligata, ſeu hypothecata, *ut poſt Angel. & alios, probavit Surd. in deciſ. 32. Pinel. in l. 1. par. 2. nu. 72. ver. quinto limitatur, C. de bon. matern. Neguſ. de pigno. in 4. memb. 2. par. num. 127. ubi allegat Butr. Imol. & Alex.* nam aliud eſt, quod ob ſolutionis defectum, res poſſit à quocumque ſucceſſore avocari, aliud verò, quod
4 ſucceſſor teneatur ad ſolutionem canonis; quidquid dixerit *Bal. in auth. ſi quas ruinas nu. 5. C. de ſacroſanct. eccleſ. cum alijs relatis per Surd. d. deciſ. 32. ſub num 3.* Et ideo dubitatum fuit ex prædictis, ſi tertius poſſeſſor conveniri poterit ob canones præteritos, quando
5 primus emphyteuta eſſet ſolvendo, & *licet Gloſ. in l. ſi uſuſfructus, in verb. condici poterit. ff. uſufruc. quemadm. caveat, quam ſecutus fuit Alber. in l. fin. nu. 6. C. de iur. emphyt.* ſimpliciter tenuerũt negativam opiniónem, & conſequenter,
6 quod contra ſecundum emphyteutam detur actio ſubſidiaria, *arg not. per gloſ. in l. 2. in verbo, tu reſpondeas, ibi (niſi factus ſit non ſolvendo) C. de hared. vel act.*
7 *vendit.* & ad actionem ſubſidiariam, non

Digitized by Google

16 *Sententia quando nocet ſucceſſoribus, & n. 19. Intellige nu.22.*

17 *Sententia lata contra poſſeſſorem maioratus, quando noceat ſucceſſoribus, & nu. 18. Intellige nu.31.*

20 *Tranſactio alijs non nocet.*

21 *In dubio iudicandum eſt rem iudicatam non nocere.*

23 *Poſſeſſoris negligentia omittentis appellatiotionem, non nocet ſucceſſori, & nu. 24.*

25 *Appellationem omittens, colludere præſumitur cum adverſario, & nu.26.*

27 *Dos de paragio taxata ultra ſummam legitimam, poteſt à ſucceſſore retaxari.*

28 *Sentia lata contra hæredem, nocet legatario, & nu.29. diſtingue, nu.30*

32 *Feudum in dubio præſumitur hæreditarium. Intellige nu 33.*

34 *Feuda dignitatem habent annexam clauſulam iuris Francorum.*

ARGVMENTVM.

Succeſſor in feudo, an poſſit appellare à ſententia lata contra Baronem, non obſtante lapſu inſtantiæ, & quid in reviſione.

DECISIO CLXXII.

CVm fuerit parte incitata, taxata dos de paragio, ad inſtantiam D. Iuliæ filiæ Jlluſt. Marchionis Abolæ, ſuper dicto ſtatu, & elapſo anno in M. C. factis defenſionibus, ex parte Jlluſt. Don Caroli Ducis Terrænovę, fratris dictę actricis, fuerit purificata cedula in certa ſumma; tandem in ſatisfactionem conſtitutus fuit cẽſus annuus iuxta formam Bullæ ſuper dicto ſtatu, Mortuo Duce Don Carolo, & ſuccedens Illuſt. Dominus Don Joannes filius modernus Dux, petijt via reuiſionis revocationẽ interlocutoriæ latæ per M. C. à qua eius pater omiſerat ſupplicare, nõ obſtante lapſu biennij, *ex doctrina Alex. in l. filiusfamilias. §. divi ff. de leg. 1.* ubi ſe-
1 quendo opinionem aliorũ, quod ſententia nocet ſucceſſori ſubſtituto, dicit
2 *nu.9.* quod poterit ſubſtitutus appellare pro ſuo intereſſe, quãdo erit ſibi notificata, antequam ſit certificatus de te-
3 nore ſententiæ, non currit ei tempus ad appellandũ *Peruſ. deciſ. 26. Con. pract. 9 cap. 15. ver. nocet equidẽ, Pedem. dec. 157. n. 13. & voluit expreſſe ca. Regn. in Alfon.*
4 *528.* in quo cauetur, quod duo anni ad revidendum, currunt à die ſcientiæ, *idẽ affirmavit Rip. in §. divi, numer, 62.* qui
5 ait: quod ſententia eodem modo nõ nocet fideicommiſſario, quo nocet
6 ipſi prohibito: nam fideicommiſſarij poterunt appellare à ſententia, quæ cõtra prohibitũ tranſivit in rem iudicatã, *alleg. Bar. in l. à ſententia, de appellat. &*
7 *ita declaratur Bart. in d. § divi.* dum ait, quod nocet, videlicet iſto reſpectu. *Loazes ibi, n. 123. Alex. in l. ſæpe, de re iudic. n. 83. Molin. qui ſupradictos, in termi-*
8 *nis ſucceſſoris maioratus allegat, lib 4. de primog. Hiſpan. cap. 8. n. 10.* hanc eandem ſententiã defendit *Mariã. Socin. in d §. divi, n. 138 qui ante à nu. 132. tenuit*, quod
9 ſententia nocet fideicõmiſſario, & ſubſtituto, quia ſufficit agere cum illo, qui tunc habet intereſſe principaliter, declarat inde *d. n. 138.* ut ſcil. non procedat reſpectu totalis præiudicij, quoniã illis
10 remanet ius appellandi à ſentẽtia lata, cum primum de ea habuerint ſcientiam, etiam quod ille condemnatus am-
11 plius non poſſet, quia elapſi eſſent decem dies *allegat Crot. & Alex. in d. §. divi, & voluerunt Docto. communiter. in cap ſuper eo, de offi. deleg. ubi Dec n 8. Ioſeph. Ludovi. Deciſio. Peruſ. 26. num. 17. Caual. Deciſio 10. numer. 6. parte 1. ſubdit*

tamen

(mihi)256.&in puncto,quod dos de pa
27 ragio taxata in maiori quantitate,ſive à iudice, poſſit filius ſucceſſor in feudo ex pacto illam relaxari facere , *dixit D. Petr.de Greg in tract. de dot. de parag.q. 34 per totam,& licet Bart.in d.l.ſi ſeruus*
28 *plurium.ff.de leg.1.* dixerit quod lata ſen
29 tentia cōtra hæredem nocet legatario, & ſi ille omiſerit iura deducere, & appellare; poterit tamen legatarius agere contra hæredē, non contra victorē, qui culpa caruit,& litigavit cum legitimo contradictore. *quam Bart doctrinā ſequutus fuit Pereg.de fideicom. art.53.n. 59.Con lib.pract.q.cap.15.n.2.* ſub diſtin-
30 ctione concordavit opinionem *Bart. cum alijs*,qui ipſi contradixerunt,videlicet,quod quoties hæres ſcriptus fuerit in culpa,quia non appellauit, fideicōmiſſario noceat,ne poſſit agere contra victorem, ſi nō appellauit infra decennium à die ſcientię: ſi autem appellavit,poterit ius ſuū proſequi , & quoad iſtum effectum, ſententia nō nocet, *& ita voluit Greg. Lopez* in ſucceſſore
31 maioratus,qui ſuccedit ex perſona propria, *in l.20 tit.22.par.3.gl.4.* ubi quod hoc eſt ſine ſcrupulo, *& poſt alios Burgos de Paz conſ.14.n.69.& ſeq.& conſ.18. num.3.Didac.Perez.lib.5.Ordin.ti.2.fol. (mihi) 93.Gabriel.conſ.42.n.23.& 35.lib. 2* &hanc opinionem tenuimus in pręſenti cauſa,ſed dubium reſidebat, quia non conſtiterat, quod modernus Dux Marchionatum prædictum poſſideret ex pacto, & prouidētia Principis, dum non oſtendebatur priuilegiū, in tantū, quodConſiſtoriū aliàs denegauit audientiam reſeruando iura, quando priuilegium exhiberetur,quia non conſtito
32 de forma,feudū præſumitur hæreditariū,& in forma larga, *ex not.in dec.56 n. 17.lib.1.* Sed dictū fuit,quod licet in Regno magna fuerit controuerſia,an for-
33 ma non apparente feudū præſumatur in forma hęreditaria, vel in forma ſtricta, nihilominus ceſſare videbatur hodie *per duo capitula Regni primū in Alfon.456.* per quod decretum eſt, omnia feuda, nulla de eo apparente cōceſſione,pręſumi pro te , & hæredib. de tuo corpore legitimè deſcendentibus,cum clauſula iuris Francorū. Alterum erat *Sereniſſimi Imper.Carol. 246.* ubi etiam idem clariſſimè diſponebatur maximè
34 in feudis dignitatum , prout erat iſtud, quæ ab ipſa primæua natura habēt annexam clauſulam iuris Francorū , ut in ſpecie dixit *And. in conſti,* ut de ſucceſſionibus,in verbo,ſpecialiter iuris Frācorū. *& in cap.1.§. item ſi duo,quib.mod. feud.amitt.*& omnium latiſſimè *Canet. in c.*volentes verbo,ſed operę pretium eſt.*fol.(mihi) 62.*&propterea,dum fuiſſet petita reclamatio,fuit per nos conceſſo audientia; confirmando ſententiam Magnæ Curiæ ſub die 28. Nonembris 1608.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum quando competat ex iure militia,& n.3.& quia in Tratenutis pro cuſtodia Principis, num.33.35.& 36. Amplia nu.37.& quid ſtante inſti mitate procuratoris nu.2.& 10. Amplia nu.12. & nu.40.& 41*

4 *Miles qui actu militat reſtituitur in integrum.*

5 *Milites noſtri temporis , an gaudeant priuilegijs antiqua militia,& nu.2. intellige n. 6.7.& 9*

11 *Impedimentum non prodeſt impedito, quando poteſt illud remouere, ſi non remouet.*

13 *Reſtitutio in integrum ex actis de nouo repertis non competit, quando illa non facit ad cauſam, & nu. 43.*

14 *Reſtitutio in integrum, non competit contra vniuerſitatem pariter priuilegiatam.*

15 *Milites non excuſantur ab exemptione vectigalium, & onerum patrimonialium.*

16 *Reſtitutio in integrum non competit quando agitur de lucro captando, contra nu. 51.*

17 *Stipendiati recedentes ſine licentia ſuperioris, amittunt ſtipendium.*

18 *Milites tratenuti, gaudent priuilegijs militum clauſis in corpore iuris, ratio, nu. 20. 23.*

19 *Milites veri dicuntur ſi ſine periculo à ſignis ſuis diſcedere non poſſunt, & n. 21. & 22.*

24 *Milites commorantes in Ciuitate tempore pacis, non deſinunt eſſe milites.*

25 *Milites honorarij, non gaudent priuilegijs militum, & qui ſint iſti, nu. 26.*

27 *Tratenuti ad nutum D. Proregis mittuntur ſuper Regijs triremibus cum alijs militibus.*

28 *Stipendiati milites, qui ſtant in exercitu, gaudent priuilegijs militum. Amplia in ſtipendiatis, qui ſtant in cuſtodia Arcis, num. 29.*

30 *Tratenuti in Regno, ſtant pro cuſtodia D. Proregis, & ponuntur in numero aliorum militum, nu. 31.*

32 *Milites exiſtentes in exercitio militia, dicuntur in expeditione, & nu. 34.*

38 *Reſtitutio in integrum aduerſus lapſum inſtantia probabili de cauſa, datur etiam maioribus, & nu. 39.*

42 *Inſtantia perempta, quando perit ius.*

44 *Milites petentes immunitates, non agunt de lucro captando, ſed de damno vitando.*

45 *Priuilegium immunitatis continet damnũ aduerſarij. Intellige nu. 46.*

47 *Ciuitas concedendo immunitatem, dicitur donare ius exigendi gabellas. Contra nu. 48.*

49 *Ciuitas, ſeu communitas intendens aliquem non eſſe immunem à gabellis, agit de lucro captando.*

50 *Priuilegiatus de iure communi, ſibi non præiudicat, ſi idem conſequi velit ex priuilegio ſpeciali.*

52 *Munera perſonalia, quæ dicantur.*

55 *Milites ſunt immunes à muneribus perſonalibus.*

ARGVMENTVM.

Reſtitutio in integrum, an competat aduerſus ſententiam immunitatis à muneribus ex cauſa militiæ, & quando milites dicantur extare in exercitio belli.

DECISIO CLXXIII.

TEmpore Illuſtriſs. ac Excellentiſs. D. Comitis Albæ, tunc proregis in hoc Siciliæ Regno, Tratenuti, hoc eſt, milites ſtipendiati à ſua Catholica Maieſtate reſidentes circa perſonam Excellentiæ ſuæ, petierunt ab eodem domino, quod concederet ſuas franchitias, ſeu immunitates, tàm in vrbe Panormi, quã in alijs Ciuitatibus, & Terris huius Regni, ab omnibus gabellis impoſitis, & imponendis ſuper rebus comeſtibilibus, & hoc tam pro perſonis eorum, quam etiam pro eorum vxoribus, filijs, famulis, & de his obtinuerunt literas Viceregias, quæ fuerũt præſentatæ Illuſtriſſimo Senatui huius Vrbis, & ab eo executæ pro vna perſona tantum vniuſcuiuſq; tratenutorum. Et quia ex iſta prouiſione prætendebãt ſe grauatos, obtinuerunt decretum, quod Tribunal Patrimonij prouideret de iuſtitia, ibiq; tandẽ compilato proceſſu ſuccubuerũt, à qua ſententia fuit per eos tentata reuiſio in Tribunali Cõſiſtorii, & introductus ꝓceſſus, & quia tunc temporis, aliqui ex his miſſi fuerant

Digitized by Google

ſuerant ad bellum extra Regnum,& a-
liqui in alijs partib. infra Regnum,non
fuit aliter cauſa terminata,ſed lapſa in-
ſtantia,intendebant hodie iſti noui tra
tenuti,idem officium repræſentantes,
1 proſequi dictam litem via reſtitutionis
in integrum, tum ex iure militum, *per
ea quæ habentur toto tit. C. de reſtit. milit.
& l.1. C. de iur. & fact. ignor.* tum etiam
2 ſtante infirmitate procuratoris conſti-
tuti pro expeditione cauſæ, & actis de
nouo præſentatis, quæ omnia in hoc
proceſſu probata fuerant.

Dicebat Syndicus Vrbis, quod om-
ninò prædictis non obſtantibus,dene-
ganda veniebat audientia circa reſtitu-
3 tionem poſtulatam: quia ſi reſpiciatur
caput militię,utiq; requirebatur,quod
tales milites eſſent in expeditione, *ad
tex. in l. fin. quæ incipit, ſancimus, d. tit. C.
reſtitut. milit. & Caſt. ibi, & pariter pro-
bat tex. in d. l. 1. ibi, (Armatæ militiæ,) &
aliquantulum inuolutè ſcripſit Sfor. de
reſtit. in integ. q. 6. art. 2. & 3. nu. 5. & ſeq.
Maurit. in ſimil. tract. cap. 83. n. 3. & cap.
4 333. & 334. & ſeq.* vbi quod ille miles re-
ſtituitur, qui actu militat, *Gregor. Toloſ.
Syntagm. lib. 19. cap. 16. n. 1. Claud. Loter,
de iur. milit. cap. 34. tom. 16. fol. 446. Aloyſ.
de Leo. in l. conuenticula. C. de ſacroſanc.
eccleſ. nu. 44. & optimè Bellug. in Specul.
Princip. rub. 20. n. 20. fol. 115.* in tantum,
5 quod milites noſtri temporis excom-
muniori opinione gaudent priuilegiis
antiquæ militiæ, ſi rei militari incum-
bant,& degant in caſtro,& bello iuſto,
vel vacent armis, *ſecundum Cyn. in d. l. 1.
num. 10. C. de iur. & fact. ignoran. ubi o-
mnes, Faber, & alij Ruber. Inſtit. de mi-
lit. teſtam. DD. in l. ſcriniarios. C. eodem
titul. Alex. & cæteri, in l. Centurio, ff. de
vulg. & pupil ſubſtit. Mantic. de coniec-
tur. lib. 6. titul. 1. num. 32. & ſequen. D.
Card. Tuſcus, Concluſ. 232. tom. 5. fol. 710.
in verbo, Miles, Afflict. in Conſtitu. In-
tentionis, numer. 27. & 28. & in Conſtit.
Proſequentes, numer. 28 fol. 69 lib. 2. Ni-
ger. in cap. Regn. Neap. 263. numer. 16. &
Viu. Dec. 254. num 12. & Deciſ. 491. num.
6 1. lib. 3.* vbi quod milites noſtri tempo-
ris gaudent priuilegio teſtandi anti-
quorum, ſed intelligitur ſyncerè, non
de illis, qui non exercent, ſed qui rei
militari incumbunt, & vitæ periculo
ſe exponunt, *ex DD. in d. l. ſcriniarios,
& alijs, quos refert Theſſaur. Deciſ.* 111.
*num. quinto, Brun. de ceſſ. bono. quæſtion.
tertia, princip. quæſtio. 11. per totam,*
vbi teſtatur de magis communi, *Si-
mon de Pret. de interpret. ultimar. vo-
lunt. libro tertio, dub. primo, ſolut. 8. folio
259. numero primo, & ſequen.* vbi refert
ordines,& ſolemnia militiæ, *& numero
7 5. & 6. concludit,* quod oportet actu, &
habitu continuo incumbere pro de-
fenſione Reipublicæ, Ciuitatis, vel
Principis, habendo arma, & equos,&
non ſolum nomine, *Sfor. in tractat. de
compendioſ. par. 5. quæſtione 3. & benè Bo-
logn. in d. l. Centurio, vbi facit plures ca-
ſus, Bimi. conſil. 101. numero 2. & ſequ.*
qui loquendo de privilegio fori, latè
8 probat, quod milites noſtri temporis
ſtipendiati ſcripti in albo, dicuntur mi-
lites, licet non habeant requiſita antiq
militiæ, verum ipſe admittit *opinionem
Angel. reiecto Bolognet.* & firmat, quod
9 non gaudeant, ſi quotidie excurrunt
per plateas, & negociationibus toti
deditiſint, & ſe non continent in mili-

Digitized by Google

tari exercitio, *Menoch. conſi.908. per totum, Pereg. in conſi.84.n.4. & 24. & poſt alios Caſſ. Theſaur. q. Forenſ.99.n.3.* Nec

10 infirmitas procuratoris inſtructi aliquid obſtare videbatur, quia illud procederet, quando impedimentum, vel infirmitas impediret taliter, quod ſine eo cauſa expediri non potuiſſet, *ut dixit Sfor. de reſtitu. in integ. q.13. art 8.nu. 32. ex Oldr. relato per addit. Alexand. in in l. quæſitũ, ff. de re iudic. quem Oldrad. dicit Sfor. non reperiiſſe*, ſed ei placere eius concluſionem, quod quidem minimè ſibi locum vendicare poterat in caſu iſto, in quo proceſſus erat inſtructus, & punctus quæſtionis conſiſtebat in iure, an iſtis militibus competat exemptio à gabellis, & poterant alium accipere procuratorem non impeditũ, ex regula, quod impedimentum non pro

11 deſt impedito, quando poteſt illud remouere, ſi non remouet, maximè ubi

12 degũt Tribunalia Regni, in quo copia procuratorum, & advocatorũ reſidere

13 ſolet; Et demum acta de nouo reperta non faciebãt ad cauſam, *ex traditis per Sfort. in d. tractat. q 73.* Quæ omnia cõ-

14 firmari videbantur, quia hæc reſtitutio petebatur contra Vniuerſitatem pariter priuilegiatam, *ſecundum Odd. Sfort. q.18. art.5. nu.35 & art.10. nu.62. & q.74. nu.6.* & agebatur de exemptione vectigalium, & onerum patrimonialium, à

15 quibus milites nõ excuſantur, *toto, tit. C. de excuſat. veter, & C. de priuileg. veter. Ferret. de gabell n.187. & ſequent. Aloyſ. de Leo. in l. ſacroſancta. nu.8. C. de ſacroſan. eccleſ. Gregor. Toloſan. Syntagm. lib.19. capit.4 fol.286. & latius, cap.16. fol. 295, Menoch plenè, d. conſil. 609. optimè Lauden, de milit. q.16. tom.16. fol.456. Bertach. de gabell. par.7. nu.58. tom.12. fol.66. Ant. de muner. par.3 nu.78. tom.12. fol.12. fol.27 & §.4. num.6.7.11.20. & 53.* & pro-

16 pterea milites agebant de lucro captãdo, *Pedem. deciſ.95.*

Conſiſtorium facta matura diſcuſſione, cõceſſit audientiam, etenim iſti Tratenuti erant milites ſtipendiati, & aſſiſtebãt ſub vexillo D. Proregis Capitanei Generalis; & in tantum erant occupati in expeditione rerum militariũ, quod non valebant aliter recedere ſi-

17 ne licentia Proregis, aliàs amittebant ſtipendiũ *ad no. per Vincent. de Franch. dec. 455.* & quando D. Prorex iter facit per Regnum omnes cum eo aſſiſtunt,

18 non mirum ſi gaudere debuerant priuilegijs militum clauſis in corpore iuris, *ut teſtatur Ripa, in l. Centurio, n.10. ff. de vulgar. & pupil. Pereg d. conſi.84.n.4. & 24. lib.1. & de iſtis loquitur tex. in l penult. ff. ex quib. cauſ. maior.* qui dicit,

19 quod veri milites ſunt, qui ſine periculo à ſignis ſuis diſcedere non poſſunt, *l. ex eo ff. de milit. teſtam. Conuar. lib. iur. ciuil. 9. c.5. col.10. de teſta. milit.* & ſunt in Matricula deſcripti, Principiſq; ſui in-

20 columitatem, & Regnũ tuentur, quo caſu, vt veri milites reputãtur, *ut voluit Cyn. in d l.1. n.10. & ibi quoq; Bal. & Salicet. n.8. C. de iur. & facti ignorant. Mart. Lauden. in tract. de milit. q 5. Roman. cõſil.43. Mantua in tract. de priuileg. milit. n. 283. Marc. Aquil. in repet. l. Centurio,*

21 *n.30. ubi remiſſiuè*, & dũ à Generali ſuo cum periculo recedere nõ poſſunt, dicuntur in expeditionibus occupati, *d. l. penult. ff de quib.* & proinde in eis mili-

22 tare videbantur omnia iura, *& Doct. ex aduerſo*

Digitized by Google

aduerſo allegati, hoc idem probauit Bolo-
gnet.in d.l.Centurio,n.30. dũ dicit,quod
ipſe putat veros milites eſſe ipſos ſtipẽ-
23 diatos in Regno Neapolitano, cũ ſint
deſcripti in matricula, habeant ſtipen-
dium,exerceant arma, & tanquam mi-
lites viuunt, etiam quod negocientur,
quia poſſunt prohiberi, nec obſtat,
quod morãtur in plateis,quia hoc eue-
nit,ex quo ſunt perpetui in bello, & in
24 pace, non tamen deſinunt eſſe milites,
nam hoc etiã eueniebat antiquitus in
imperio Romano, ut eſſent exercitus
perpetui, qui tẽpore pacis nutriebãtur
in Regionibus finitimis hoſtib. *ut ha-*
betur toto tit.C.de fund.patrim.& limit.
Cæterum,quando erat neceſſitas belli
vacabant in exercitu, & conſtituebant
Caſtra,& faciebãt expeditionem, & il-
li milites,qui à Doct. dicuntur non ha-
bere priuilegium, ſunt illi, qui vocan-
tur honorarij,qui nec quidem ad tem-
25 pus cum armis vacabant,*& de his loqui*
tur Cyn.cum alijs ſupra allegatis,qui Ita-
lico nomine dicuntur Cauallieri, *ut di*
26 *xit Petr. Bellin. in 7.par. tit.3.ſub tit. de*
priuileg.milit.nu.41.tom.16.tract.fol 335.
idq; magis,quia ad nutum D. Proregis
27 mittuntur modo cum Regijs triremi-
bus contra barbaros, ut hoc anno bis
vidimus, modo infra Regnum ad de-
fenſionem alicuius Ciuitatis, *ut notan-*
ter dixit Simon de Pret.de interpret. ul-
tim.volunt,lib.3.Solut.8.n.6 fol.mihi 260.
28 ſubdens,quod ſicut ſtipendiati,qui ſtãt
in exercitu belli, gaudent priuilegijs
militaribus, eodem modo gaudeant,
quando tales ſtipendiati ſtant in cuſto-
29 dia Arcis,vel Ciuitatis, prout dici pote
rant iſti Tratenuti, qui ſtant in cuſto-
30 dia Principis, & ad eius nutum parati
pro defenſione Regni,& ita fuiſſe deci
ſum teſtatur *Capell. Toloſ. dec.141. nu.2.*
Zaſ. de Compendioſ. ſubſt. memb.3. Craſ.
in §.ſubſtitutio q.66.ſub n.2. ubi ait hanc
opinionẽ eſſe ſequendam, *Bimi. conſi.*
101.n.8.lib.2. Viu.d.dec.411 ſub nu.1. Me-
noch conſil.408.n.56.lib.5 & conſi 909. n.
11.lib.9.ubi teſtatur de communi opinione
Anton.Gam.dec.365.n.1.in fin. & n.2. D.
Ioan Baptiſt.Coſta in tract. de iur & fact.
ignorant, Suſpect.84.n.13. Laderch. conſi.
178.n.12. & optimè tradidit in ſpecie no-
ſtra Farinac. conſi. 95.per totum, qui nu.
17. allegat text. bonum ad hoc, in l.nemo,
31 *C.de re milit. lib.12.* ubi ait, quod tales
viri deputati ad cuſtodiã Principis po-
nuntur pro uno numero militum, &
propterea deneganda nõ videbatur re-
32 ſtitutio in integrum, *ad text. in d l 3.C.*
de reſtit.milit.l.ſi qua militi.ff.eod.& ſẽ-
33 per dicuntur eſſe in expeditione,quan-
do ſunt in exercitio militiæ,*Alber. in l.*
fin.C.de reſtit. milit. Odd. Sfor.de reſtit.
in integrũ,q.6.n.6.& 7. Bellug. in ſpecul.
*Princip.d.Rubr.20.n.20.*quia ſunt occu-
34 pati continuo circa militare exercitiũ,
35 & ex hoc dignos eſſe ipſo iure reſtitu-
tione prædicta,*ſecundũ Bald. Ang. Al-*
ber.& Paul.de Caſtro,in d.l.fin.Maurit.
*in ſimili tract.cap 393.*etiam quod potu-
36 erint cõſulere peritiores, *Odd. Sfor. q.*
19 art.8.D.Ioan.Baptiſt. Coſta,in d. Suſ-
pec.84.n.14.Ioan. Aloyſ.de Leo,in d.l.con
uenticula,n.44. C.de Epiſc & Cler. ma-
37 ximè aduerſus lapſum inſtantiæ ſentẽ-
tiæ,quo caſu data probabili cauſa,&im
38 pedimento, etiã maiorib. concedatur,
ad text.in l.ſi ſine, § fin. ff. de minor. ibi
(Conſtat enim omnis ætatis hominib. ad-

Digitized by Google

uerſus hermodigiū ſuccurri) Card.in cap.
auditis,in 2.qu. de reſtit.in integ.Rebuff.
eod.tit.gloſ.1.n 16 in fin. Peruſ.dec 36 n.1.
par 2 Odd.Sfor.de reſtit q 67.n.19.& 20.
qui loquitur in actore, & tamen vt in
facto ꝓbatum fuerat, eo tempore oēs
Tratenuti partim extra Regnū,partim
infra,à D.Prorege miſſi fuerant,& hoc
quidē maximè procedebat, ſtāte infir-
40 mitate procuratoris, qui non potuerat
expediri facere cauſam,vt in ꝓceſſu cō
ſtabat, *apoſtilla ad l.quaſitū ff.de re iudi.*
Odd.Sfor.d.q.13.n.32.& q.67.n.16.& q.
71.n.19.& ſeq.Aſin.in ſua praxi,§.2.n.16.
ſub n.9.Aquil.in d.l. Centurio,n.57. Nec
obeſſe videbatur,quod alium cōſulere
41 poterant: nam ex quo iſti conſtituerāt
illum procuratorē ad ſequendā litem,
& eo in Vrbe relicto,abierant ad bellū
& alij infra Regnū pro ſeruitio D. Re-
gis,ſuccedente poſtea ipſius infirmita-
te,quæ tunc non erat nota iſtis militib.
inſtantia perijt, maximè in ſecunda in-
42 ſtantia,ꝓut erat caſus iſte, vbi perit ius.
Barto.in auth.quæ ſupplicatio,nu.3.C.de
prec.Imp.offer.vbi Bald.n.1.Bart.in l.ar-
bit.§.ſi dolo,ff.de dolo.Salic. in l.ſi tantū,
C.de temp.appel.Odd.Sfor de reſti.in in-
teg.d.q.13.n.26.per totū, vbi de communi
Roma.conſi.220.n.9. Præterea pro Tra-
tenutis fuerant præſentata nonnulla a-
cta de nouo reperta, quæ non modicæ
cōſiderationis viſa fuerunt pro victo-
ria cauſæ,in tantū,quod ex clauſula ge-
43 nerali concedenda veniebat reſtitutio,
ſecundū Abb. in c. vltra tertiā. de teſtib.
Soc.conſi.n 14 lib.1. vbi de cōmuni Sfor.
Odd poſt alios,q 73.ſub.n 53. verſ.ſed con
tra eſt cōmunis opinio. Minus obſtabat,
quod agebatur contra vniuerſitatē pa-
riter priuilegiatam, quia hoc procede-
44 re non poterat, ex quo Tratenuti non
agebant de lucro captando, ſed de dā-
no vitando,cū intendant eſſe immunes
à gabellis,& nolint ſoluere id,quod nō
debent de iure communi; ideoque id
45 quod dicebatur de priuilegio exēptio-
nis, quod contineat damnū aduerſarij,
46 procedit, quādo venit ex iure ſpeciali,
in tantū, quod aduertendū erat *ad Pe-*
*dem.in d.dec.95.*nam dicit ibi,quod Ci-
47 uitas dando immunitatē,dicitur remit
tere, ac donare ius exigendi gabellas,
quod ei competit,& ſic agit de damno,
48 tamen vltra quod contrariū tenet *Iaſ.*
in conſi.101.nu.4.lib.4. non erat talis ca-
ſus iſte,quia prętendebatur per Trate-
nutos, Ciuitatem non habere ius exi-
gendi gabellam ab ipſis, vti immunib.
49 de iure communi, & ſic non poterat
dici,quod Ciuitas agat de damno vitā-
do, ſed benè de lucro captādo, hoc eſt,
dum vult conſequi id,quod leges ei nō
permittunt, & vult cogere ad ſoluen-
dum,quod ſibi non debetur:nec ex eo,
quod iſti Tratenuti obtinuerant lite-
ras ab Ill.Comite Albæ, vt ſupra dictū
eſt, videbantur fateri,quod tale priui-
legium,& ius,nō habeant à iure com-
50 muni,quia quoties id, quod cōceditur
per priuilegium,competit etiam de iu-
re communi, tunc quia compatitur cū
eo, quod competit vigore priuilegij,
non ex hoc dicuntur fateri, quod non
habeant ius ex diſpoſitione iuris, *vt la-*
tè tradit Auendagn. in tract. de exeque-
menda.reg.cap.2.& propterea ſuppoſi-
to, quod Tratenuti agūt de damno vi-
51 tando, verum erat dicere, quod com-
peteret reſtitutio aduerſus priuilegia-
tum

Digitized by Google

tum *Sfor. Oddo. q 18. n. 35. cum ſimil. per me adductis in dec 44. num. 5 & ſeq.* Nec munera, & gabellæ, à quibus petebatur immunitas ab iſtis Tratenutis, erãt pa-
52 trimonialia, ſed merè perſonalia, quia impoſitæ ſuper victu & veſtitu, vel ſaltem mixta, *vt dixit Bart. in l. 1. §. 1. n 4 ff de Publicia, Rim. Iun. conſi. 754. n. 7. lib. 7.* à quibus iſti Tratenuti, vti veri milites
53 ex ſupra latè deductis, erant penitus immunes, *ad tex in l. fin. ibi [exceptis militibus] ff. de muner. & honor. l. 2. C. de muner patrimon. lib. 10 l. his oneribus, §. angariorum, vbi etiam gloſ. & l. à muneribus. ff. de vacat. & excuſ muner. tex. in l. 3. §. is qui ff. de muner. & honor. Caſſan. conſ. 64 ſub n 5. Maſul. ad Capyc. dec. 209. num. 6. Guid. Pap. q 388. ſub n. 3. & ibi Apoſtil. nouiſſima in q. 384. Menoch. conſ. 908. nu. 25. cum ſimil.* & cũ fuiſſet à ſententia prædicta reclamatum, idem ego determinaui cũ dominis collegis de anno 1608 & tandẽ compilato pceſſu ſuper meritis, Conſiſtorium de menſe Septẽbris eiuſdẽ anni 1608. condemnauit Vrbẽ ad ſoluendum d. Aratenutis franchitias ſolitas, & conſuetas, vna cum eorum familijs, prout illas habere conſueuerant milites ſtipendiati commorantes in Caſtro ad mare huius Vrbis, pro eius cuſtodia.

SVMMARIVM.

1 *Curator ad lites non datur inuitus, & nu. 3. Amplia in matre, n. 2. Contra, n. 7. Amplia nu. 8 limita in matre, nu. 10 & 11. Et requiritur expreſſus eius conſenſus, nu. 4.*

5 *Mulier non poteſt eſſe procuratrix ad lites, ratio nu. 6. ſecus in matre, nu 17.*

9 *Mater non poteſt cogi inuita ſuſcipere tutelam.*

12 *Curator inuitus dari non debet, niſi ex magna neceſſitate, & nu. 13. & 13. Vel quando non inuenitur voluntarius, nu. 14.*

16 *Impeditus proprijs negotijs excuſatur à tutela, vel cura.*

ARGVMENTVM.

Curator ad lites, an poſſit invitus dari.

DECISIO CLXXIV.

IN cauſa Donnæ Iſabellæ Caputo, cum Don Baldaſſare de Termine, dubitatum fuit, ſi cedula curatiæ ad litem Don Bartoli, in perſonã dict. Donnæ Iſabellæ eius matris, debebat recipi? & pro parte negativa faciebat, quia
1 de iure curator ad litem non datur invitus *ad tex in l quæ habet, §. ſi pupillus, ff de tutel. vbi Bart & Iacob de Aret. & tex. in l. 2. § quæritur, ff. de curat bon. dand. Sylueſt. Aldobran. in §. itẽ inuiti, n. 17. inſtit. de curat. Addic. ad Cappell. Toloſ. 268. n. 1. Bal. in l. quæ fortius, n. 16. C. de pigno. act. Alex. Bald. & Salic. in l. tutor, C. de negot. geſt. Angel. Aret. inſt. de curat in princ. col. fin. verſ. quid è contra Carouit. ſuper Rit. Neapol. 291. num. 4. & bene Andr. Gail. practi. obſer. q. 108. nu. 4. & 5.*
2 maximè in matre, quæ nunquã cogitur invita vt *in Auth. matri. & auiæ. in verb. permittimus not. glo. C. quãdo mulier tute. offic. fung. pot. & ibi communiter Doct.*
3 & in curatore *dixit Bongior. in conſ. allodia. 16. n. 23. & latè Monta. de tutel. & cura. cap. 15. Guttier. de tutel. par. 1. cap. 8. n.*
4 *18.* & requiritur expreſſus eius conſenſus *Honde. conſ. 23. num. 17. & 18. lib. 2. & conſ. 88. n. 26. lib. 1.* Quinimo nec de iure
5 etiam volens poſſet eſſe procuratrix ad litem *ad tex. in l. qui aliena §. quamquam verſ. quia nec ipſa filij nomine rectè*

Digitized by Google

recte agit,& ibi gloſ.& Paul. de Caſtr.in
*fin.ff.de negot.geſt.*cum non liceat in iu-
6 dicijs comparere.

Dicebatur ex adverſo,quod curator
7 ad lites datur inuitus, *ut tenent Oldra.*
conſi. 59.incip. vertitur in dubium in fin.
Alber.in rub.circa mediũ C.de in lit.dãd.
tuto. vel curat. Specul.in tit. de curat.§.
cum autem,verſ.ſed nunquid invitus, &
ibi Ioan. Andr.in addict. in verſ.ſpecialẽ,
cum quo tranſit,Ang.in d.l.2.§. quæritur
Io.Fab.in §.item inuiti.inſtit.de curat.&
Bald.in d §.ſi pupillus, Capell Toloſ. in d.
dec.269.ibi [nec etiam curator datur in-
uitus,niſi ſolum ad lites] per d.§.item in-
uiti, Neuiz.conſ 17.n.15 & conſ.80.nu.3.
Marc.Mant.ſing 582. Vant. de nullit.ti.
quib.mod ſent.null.reper.n.86. verſ ſi ve-
ro Caual.de tut.& curat. n.283. Guttier.
de tutel & cur.par.1.cap.19.ſub n.17. qui
adhoc allegat Pariſie.in Conſuet.§ 6. gloſ.
6.n.16. ubi ait hanc eſſe veriorẽ opinio-
8 nẽ,& procedere ſiue ſit curator gene-
ralis ad omnes lites, ſiue ſingularis ad
unam certã tantum, ſiue etiam ad cer-
tũ actum, & contractum tantum *l. non*
tantũ,ff.de tutor.& curat.dat.ab his: nõ
enim in hoc facit differentiam,quantũ
ad hunc articulum, tum quia in vtroq;
agitur de neceſſaria ſubu[illegible]ctione perſo-
næ,& eius legitimatione, *tum quia eſt*
tex.apertus in l. munera,§. defenſores.ff.
de muner.& honor.ibi(defenſionem certæ
cauſæ agendæ, vel defendendæ æque eſſe
munus publicũ perſonale,& neceſſarium,
ac defenſio generalis, quæ cõmittitur ſyn-
dico;ad hoc ergo ut cura ſit munus publi-
cum ſufficit,quod detur ad legitimationẽ,
ſiue integrationem perſonæ) cum qua o-
pinione videtur etiam tranſire *Baec,de*
decim.tut.cap.17.num.10:& tenet. Anto.
Piag.de tut.& curat.q.2.nu.61.& ſubdit
*Pariſ.*quod ita in iudicijs quotidie pra-
cticatur, & ita tenẽdum, & in praxi re-
ceptum eſſe tradit *Gutier. in loco præ-*
allegato.

Nec obſtabat dicere,quod mater nõ
9 poterat cogi inuita ſuſcipere tutelã, id
etenim procederet,quãdo daretur bo-
nis, & perſonæ pupilli, *prout loquitur*
*text.in d.Auth.matri. & auiæ,*quo caſu
teneretur ſatiſdare, facere inuentariũ,
& cætera ſolemnia adimplere, ſecus
quãdo daretur curatrix ad litẽ eoq; ma
gis,cũ fuerit à pupillo nominata, quia
tunc etiã inuita teneretur defenſionẽ
ſuſcipere *ex præcitatis Doct.* & pariter
nec verũ erat regulariter id,quod dice-
batur *de tex.in l.qui alien.§.quanquam,* 10
quia illud eſſet in cæteris feminis, quæ
non poſſunt ſtare in iudicio,*ad tex.in l.*
ſcire oportet.ff,de tut. & cur. dat.ab his,
11 ſecùs in matre, prout erat in caſu iſto,
ut notarũt *Bart.& DD.ibi.& text.in d.*
Auth.matr. & auiæ vbi gloſ.in verb. tu-
tel quę extendit diſpoſitionẽ illam etiã
ad curã *Menoch de arbit.iud caſ.150 nu.*
22. His diſcuſſis concluſum fuit, quod
12 prędicta cõcluſio de curatore, vt inui-
tus detur nõ ſic generaliter procederet,
ſed ita demũ, ſi militaret neceſſitas, vel
aliqua alia iuſta cauſa, & ita paſſim oẽs
prę allegati Doct.ſententiã prædictã ad
mittũt,*& pcisè Spec ubi ſupra,& in verſ*
13 *verũ,ubi ait*, quod nõ debet dari inui-
tus,niſi in magna neceſſitate, *q; ibid Io.*
And.in addit.exponit, ut qa nõ inueni-
14 tur volũtarius,& bona diſſipãtur, *opti-*
mè And.Gail.in d.q.108.ſubdẽs, quod in
camera iſti nominati curatores, ſi ex iu
ſta cau-

Digitized by Google

ſta cauſa ſuſcipere nolint, audiēdi ſunt, *Greg. Lopez. in l. 13. tit. 16 par. 6. in glo. a premiados ad fin. & ut dixi admittunt omnes Doct. ſupra relati*; In tantū, quod in caſu, de quo agebatur dictū fuit ſubeſſe magnā cauſam, ex qua iſta Donna Iſabella excuſari debebat, tū quia neceſſitas non imminebat, quia alius datus fuerat curator, tum etiam, quia in hoc iudicio tentato per d. Don Baldaſſarē, contra Don Bartolum prætendebantur adiudicari omnia bona, prætētiones, & iura, ſibi competentia, & ſic redditio computi tutelæ geſtæ coniūctim, tàm per d. Donnam Iſabellam, quā per Don Baldaſſarem. & propterea malè verſaretur in iſta cauſa, quia poſſet ſe concordare cum dicto Don Baldaſſare eius fratre, & liberari à redditione cōputi tutelæ ex adiudicatione fortè fienda, ita ut veriſimiliter ipſe minor veniret læſus; & maximè q a d. Donna Iſabella erat occupata proprijs, & magnis negotijs, & merito non poterat alijs incumbere, quo caſu veniebat excu-
16 ſanda, *ſecundū Aret. in §. item ꝑpter aduerſam, n. 3. Inſt. de excuſ. tut. & ibi Oldr. & optimè tradit D. Octau. Corſett. in ſuo reptor. in verb. Curator, vbi dicit hoc habuiſſe ꝑ Gratiano de Ballis in anno* 1588. *& obtinuiſſe*, & ſecundū prædicta fuit iudicatum, quod cedula deleatur, & ſi
17 pro vero tentū fuerit, quod mater poſſit eſſe procuratrix filij, & pro eo in iudicio comparere.

SVMMARIVM.

1 *Filij poſiti in conditione, an cenſeantur vocati remiſſivè.*

2 *Mater poterit relinquere filijs ultimi matrimonij totam dotem excepta legitima pro filijs primi matrimonij, & n. 3. Contra n. 14. Intellige nu. 16.*

3 *Tex. in §. illud in Auth. de nuptijs declaratur. & n. 26. & 28.*

5 *Text. in l. hac edictali, C. de ſecund. nupt. procedit vbi donatio fieret ſecundo marito ſecus in liberis, & nu. 8. limita num. 10. 11. & 12.*

6 *Mater ſecundo nubens, non poteſt ſecundo marito donare, ſecus in filijs, nu. 7.*

9 *Tex. in l. hac edictali non extenditur ultra ſuos terminos, contra nu 17.*
Et non procedit ubi eſſet conſuetudo in contrarium, nu. 13. Contra num. 31. 32. 35. & 36.

15 *Mater non poteſt relinquere plus filijs ſecundi matrimonij, quā primi, ex verioriDoct. opinione. Amplia. nu. 25.*

18 *Datum filijs, videtur donatum patri, & nu. 19 & nu. 27.*
Amplia ſi pater interveniat in actu donationis, nu 20.
Item ſi patri non eſſet prohibitus uſuſfructus, nu. 21.
Item ſi eſſet relictus gubernator, & executor, nu. 22.
Item ſi eſſet remiſſa facultas diſponendi, num. 23.
Item ſi portio filiorum primi matrimonij non aſcenderet ad legitimam, num. 24. & num. 30.
Item ſi facta eſſet filijs minoribus, nu. 29.

37 *Statutum de lucro dotis reducitur ad terminos l. hac edictali.*

38 *Statutum quod mulier poſſit diſponere de quarta parte, non procedit, ſi tranſierit ad ſecundas nuptias.*

ARGVMENTVM.

Ad intellectum text. in l. hac edictali, C. de ſecund. nupt.

DECISIO CLXXV.

CONtracto matrimonio inter Franciſcam filiam Caſparis Sinatra, & Franciſcum Platamone, cum dotatione facta per Caſparem de decem, & ſe-

ſeptem mille quingētis aureis, fuit ſtipulatum pactũ, quod in caſu, quo ſpõſa moreretur abſq; filijs legitimis, & naturalib. de ſuo corpore legitimè deſcēdentibus, vel cum filijs legitimis, & naturalibus, illiſq; deſcendentibus quandocunq; abſq; liberis legitimis, & naturalibus, de ſuo corpore legitimè deſcendentibus, quod in tali caſu, ſponſa non poſſit diſponere de omnib. dotib⁹, niſi de ſcutis bis mille: diſſoluto matrimonio per mortē viri, relicto vnico filio, de novo dicta ſponſa cõuolauit ad ſecundas nuptias cum Ioa. Aloyſio de Septimo, ex quo nata fuit altera filia, q̃ hodie reperiebatur monialis in Monaſterio S. Mariæ Montis Oliveti; & iterũ diſſoluto iſto matrimonio per mortem viri, dicta ſponſa deuenit ad tertias nuptias cũ Don Cæſare Montalto, dotando ſemper eaſdē dotes cum dotario addito ex primo matrimonio, cum eiſdem clauſulis, & cõditionibus expreſſatis in primo contractu matrimoniali; hoc itaq; conſtante matrimonio Franciſca ſponſa donationē fecit filijs ex iſto vltimo matrimonio, tàm natis, quàm naſcituris cum authoritate, interuētu, & conſenſu eiuſdē Don Cæſaris, donãdo omnia bona pręſentia, & futura, reſeruatis tantũ ſcutis mille quingētis, de quib. potuiſſet diſponere, & tandē relictis quatuor filijs, ab inteſtato deceſſit; Petebat modo filia ex ſecundo matrimonio, quod habita pro nulla dicta donatione, ſibi competeret ſexta pars dotiũ dotatarum, & fuit iudicatũ in M. C. Deuoluto proceſſu ad Conſiſtoriũ via reuiſionis, duo videbantur diſcutienda, quorũ alterum erat, an iſti filii in
1 conditione poſiti cenſeantur vocati, & ſic ſtante pacto, & fideicõmiſſo prædicto debuerit obtinere, quod quidē, etſi maximè fuerit in iure controuerſum, *ex latè per me traditis ſupra in deciſ. 151.* cęterum ſtātibus coniecturis, q̃ in caſu iſto concurrebāt, fuit habitum pro vero, quod erāt vocati; Altera tamen, & maior fuit difficultas circa nullitatē donationis, ſi quidē pro parte filiorum vltimi matrimonij dicebatur, quod illis
2 poterat mater relinquere, vt ſibi placuerat, & ſufficere, quod filij primi matrimonij habebant legitimam, *ad text. in §. illud, in fin. in auth. de nupt. qui tex.* licet quoq; videatur facere pro matris diſpoſitione æquali, attamen illud non eſt ex neceſſitate, ſed hortatiuè, ideoq; in fin. tex. Imperator decidit contrariũ, videlicet, quod ſufficiat, quod habeāt legitimã *ſecundum Bald. in conſ. 164. lib. 1. Bertrand. conſ. 189. nu. 2. lib. 3. Oddoſ. in Auth. vnde ſi parēs. C. de inoffi. teſtã.* Nec
5 obſtabat *tex. in l. hac edictali, C. de ſecũd. nupt.* quia procedere videbatur in ſecũdo marito, cui mater reliquerat, nõ autē quando donatur filijs ſecundi matrimonij, *idem Bald. in l. vnica, C. de inoffic. donat. in 2. q. Caſtr. in d. auth. vnde ſi parens, n. 2. ibi in tex. (quemcunq; liberorum) quo loco ait,* intellige primi, vel ſecũdi matrimonij, & nõ viro, & per hęc
6 nota, quod licet mater, q̃ ſecũdo nubit nõ poſſit ſecundo marito donare, vel relinquere pluſquã vni ex liberis primi, bene tamē poteſt donare filiis ſecũ
7 di matrimonij, *vt eſt caſus in d. auth. vnde ſi parēs,* & expreſſe diſponit *tex. in d. §. illud.* Nec poteſt dici, quod ſit aperta via fraudandi, quia illa *lex hac edictali.*

prohi-

8 prohibet ſecundo coniugi donare, ex quo ille eſt exoſus illis filijs primi matrimonij, non autē filijs ſecundi matrimonij, quia ſunt fratres eorum, & ideo non debent dedignari. *Hac Caſtr. quem ſequitur Vaſq. ibi. n. 12 ſubdens*, quod *d. l.*
9 *hac edictali*, tanquam exorbitans, extra ſuos terminos non extenditur *Dec. in auth. praeterea. n 7. C. vnd. vir, & vxor. & in conſ. 246, aliàs. 265. Bert. conſ. 73. nu. 15. lib. 2. vbi ait*, quod Franciſcus de Albergottis, & alij, q conſuluerunt contrariū, tenuerunt contra caſum legis, *Dur. de art. teſtand. cautel. 65. Cau. de vſufruct. mulie. relict. n. 85.* de magis communi opinione teſtatur *Lader. conſ. 147 n. 1. & de veriori Surd. conſ. 255. n. 14. vbi latè lib. 2.* & de magis cōmuni, & magis vera teſtatur *D March. d. Pont. in conſ. 35 n. 28* vbi in fine dicit ita fuiſſe deciſū iunctis aulis, *& ſubdit illā l. hac edictali*
10 non pcedere quando eſt facta donatio ſecundo viro recipienti pro filijs, & ſic ſequitur in fortioribus terminis, *Crau. conſ 40. n 11 & conſ. 1 33. n. 11.* & eſſe veriorem, & receptiorem dicit *Roueſcal. ad ſcholia Bald. conſ. 22. lib. 5 Alciat. in l. poſt contractū n. 51. ff. de donat. & Caſſan. in conſuet. Burgu. rub. 6. §. 1. n. 8.* & eo ma-
11 gis, quia filij etiam iam nati, & pater nō fuerat ſtipulatus pro illis, ſed notarius, *ad not. per Laderch. in d. conſ. 147. n 1.* & mater bono zelo mota fuerat ad donādum iſtis filijs tertij matrimonij, ex quo Caſpar eius pater in morte hæredem ſuum vniuerſalem inſtituerat filiū vnicum primi matrimonij, & legatum maximum fecerat iſti actrici filiæ ſecūdi matrimonij, & nil reliquerat iſtis filiis tertii matrimonij, quo caſu ceſſa-
re videbatur diſpoſitio *text. in d. l. hac e-*
12 *dictali. vt notarunt Theſaur. in dec. 170. n. 23 vbi addition Fachin. contro. iur. cap 66. lib. 3. D. Ioan. Bapt Coſt. de rat. portio. q. 85. nu. 4. 11. & 12. & alij per eos relati*, & bona donata, de quibus agebatur non
13 erant matris, ſed patris donantis; Quibus accedebat, *quod d. l. hac edict.* nō habebat locum in Vrbe *ſtante Conſuetud. Pan. 47. vt dixit ibi Bongior. & in auth. lucrū C. de ſecund. nupt* quo caſu ſtante libera diſpoſitione cōceſſa mulieri per conſuetudinem, poterat diſponere in præiudiciū tam filij primi, quā ſecundi matrimonij, & in dānum, vel beneficiū viri, *vt dixit Neap. in Conſuet. Si qua mulier tit. de mulie. habē. filios. ſequitur D. de Pont. in d. conſ 35. nu. 25. verſ. ſi quidem ex libera poteſtate.*

Contrariam tamen opinionē, quod
14 imo *d. l. hac edict.* procedat, quando fit donatio filijs ex ſecundo matrimonio, aliàs fieret fraus legi, & quia, quod datur filio, ſemper cadit in vtilitatē patris & illa diſpoſitio tanquā fauorabilis debeat extendi, *tenuerunt nonnulli Docto.* maiores numero, & authoritate, adeo vt iſta opinio ſit magis vera, magis cōmunis, & magis æquitati conſentanea, *quam firmarunt Franciſ. de Albor got. & Ioa. de Lignan. inter conſ. Caſt. 291 lib. 1.* & ſecundum hanc opinionē viſis dictis conſilijs, *cum conſilio Bald. cōtrario, determinauit Rich. de Salic. doctiſſimus illius ætatis. vt inter conſ. Caſt. apparet. cōſ. 263. & ideo Bald. mutauit opinionē, vt eſt videre in conſ. 261. li. 1. & dicit n. 1.* quod filij primi matrimonij habent
15 luculentam iuſtitiā, *& in fin. ait*, quod ita de conſilio doctiſſimorum Doctor.

Digitized by Google

fuit iudicatum, & *idem Bald. in l. 1. C. de inoffic. donat.* dicit, quod totus mundus, & tota natura tenet pro iſta opinione; ſic etiam tenet idem *Caſtr. in ſuo notab. tab. conſ. 150. lib. 2.* vbi acerbè invehitur contra matres, & *ſic etiam poſt Ang voluit Corn. in conſ. 82. li. 3. Flo. in ſua diſput. Mulier. n 18. Oddoſ. in d. l. hac edictali, n. 3. verſ. ſed quid dicemus, Ruin. conſ. 212. li. 1. qui ad hoc allegat Salic. in d l. hac edictali. Rim. iun in conſ. 241. nu. 38. & 39. & nu. 59. dicit,* quod hæc opinio præualet in iure, & in praxi, *& conſ 243. nu 26. & conſ. 428 lib. 4. Addit. ad Dec. conſ. 246. litera B.* vbi, quod opinio contraria eſt falſa, *idem Bert. in d. l. hac edictali ſibi contrarius. n. 12. & conſ. 56. nu 1. vol. 7. & ibid. Iacob de San. Georg. Phanut. de lucr. dot. glo. 5. n. 47.* qui teſtatur de cõmuni, allegat *Boer. dec. 201. Magon. dec. Flor. 107. n. 7. vbi q; eſt opinio Ill. Doct. Io. Vandal. li.. 1. variar. reſol. q. 27. Add ad Bar. in d. l. hac edictali, Vincen. de Frãch. dec. 435. & dec. 583. par. 4. Nicol. Iacob. Rinal. allegat. per Franc. & Io. Andr. de Curt. ibid. Theſſa. dec. 170. & ibi addit. Tepat. de pen. ſecun. nub. Strac. ad Crauet. conſ. 193 Laderch. conſ. 147 n. 1. vbi de veriori D. Ioan. Bapt. Coſt de rat. port. q. 83. nu. 9. & 10. Crauet. quãdo interuenit pater conſ. 40. n. 11. Rip. omnino videndus in conſ. vnico, qui valdè fuit per Dominos ponderatus in deciſione huiꝰ cauſæ ſub tit. de ſecu nupt. Prouinz. noſter Siculis ſuper d. l hac edictali, idem Surd. in conſ. 250. n. 26. & 29. lib. 2.* vbi ait, quod id, quod dicitur, quod poteſt plus
16 relinqui filijs ex ſecundo matrimonio, procedit, quando pater non ſupereſt, quod ſi eſſet viuus, eius contemplatione relictũ pręſumitur. *Idem Rimin. Iun. in alio conſ. 771. n. 39. lib. 7.* qui ponit notabilia verba, & dicit, quod data magna inæqualitate, non erit dubitandum, & ita etiam hanc opinionem pleniſſimè tuetur, & defendit *Lancell. Gall. in conſ. 18. per totũ, & Alex. Raud. vari. reſol cap. 55. vbi latiſſimè hanc quæſtionẽ examinat,* & iſta opinio ex pręnarratione prædictorũ Doct. apparebat magis communis, ſecundum quã pluries fuit iudicatum, prout ſic iudicauit *Rich. de Salic. & ita ẽt Cottonæ & in Gallia fuiſſe determinatum refert Boer. dec. 201 col. 5. & cõmemorat Curt. ſen. conſ. 78. vol. 3. vt refert Raud. in loco citato, nu. 17.* Item in ſacro Cõſilio Neapolitano, *vt refert D. Vincen. de Fran. in d. deciſ. 435. vbi ſubdit ita fuiſſe indicatum in anno* 1551. & quod poſt ſententiã *Rich. de Salic.* nunquam fuit contrariũ deciſum, & *Theſſau. in d. dec. 170.* vbi quod ita Senatus determinaſſet, niſi cauſa fuiſſet cõcordata, pro cuius confirmatione, etſi per præfatos Doct. varię adducantur rationes; verũ illę præcipuè ponderatæ fuerũt, quod *diſpoſitio d. l. hac edictali,* erat fauorabilis pro filijs primi matrimonij, & ſecũdi, & in caſu iſto reſpectu tertij, vnde ex
18 tendenda; Item quia quod datur filio, videtur datum patri, & ad eius vtilita-
19 tem cedit; Itẽ quia lex præſumit, quod ſemper hoc fecerit ad inſtigationẽ vitrici, alias non feciſſet tantam inæqualitatẽ, vt particulariter cõſiderãt *Lancel. Gall. in d conſi. 18. nu. 50.* vbi ait, quod iſto in caſu non videtur facta diſpoſitio ex mera, & libera voluntate, ſed potius ex inſidiis vitricalibus, vnde tanquam fraudulenta non ſubſiſtet *ſecundũ Sim. de Pret. Muſcar. & Rim. iun. ibi relatos,* eoque

Digitized by Google

eoq; magis in caſu iſto vbi omnia con-
tenta in donatione, fuerant ad fauorē
Don Cæſaris vitrici, & eius filiorum,
20 quia pater interuenerat in actu, *vt di-*
xerunt Cranet. Ruin. in Bertran. Item
21 quia patri nō erat prohibitus vſusfru-
ctus, *Laderch.d.conſ.147.verſ.1.eſt Coſt.*
22 *d.q 85 n.11.* Itē quia fuerat relictꝰ guber-
nator, & executor; Item filij primi ma-
23 trimonij, nedū non erāt ſubſtituti, ſed
potius excluſi, & totū remiſſum arbi-
trio patris, cui remiſſa fuerat facultas
diſponēdi, & quaſcunq, aſſignationes
faciendi *Rim.iun.d conſ.243 nu.31. lib.3.*
Rip.d.conſ.vnic. Item q̄a reſeruatio erat
tam modica pro filijs primi matrimo-
24 nij, vt eorum legitima fraudaretur, *La-*
derch.& Coſt. vbi ſupra, & Rim. d. conſ.
771.nu.35. nam de ſcutis viginti duobus
millibus, ſolū aurei mille quingenti re-
ſeruati fuerant; in tantū, quod præſu-
mi debebat hæc omnia facta fuiſſe per
vxorē ob amorē viri, *vt notanter dixit*
Gall.in d.conſ.18.nu.128.verſ.6 & nu.128.
25 ſubdit hoc maximè præſumendū eſſe,
quando filij primi matrimonij eſſent
bonæ qualitatis, prout erant iſti, & ſecun
dum prędicta iudicauit Conſiſtorium
confirmando ſententiā M.C. de menſe
Auguſti 1608. & ad contraria dictū fuit
26 non obſtare *text.in d.§.illud,* quia pro-
cedebat, quando ſecūdus vir tempore
diſpoſitionis iam eſſet mortuus, *prout*
ita declarat Caſtr.in d.conſ.150.col.penul.
lib.2.Ruin.conſ 112.n.7 lib.1. D. Coſt.d.q.
85.nu.15 Theſſau.d.dec.170.nu.12.Surd.d.
conſ 250.nu.26.& 29 & Rim.iun.d. conſ.
27 *771.nu.39.* Itē procederet ex particulari
ratione, quando filius eſſet feſtiuus, &
dilectus matri, nam tunc nō dicitur fa-
cta diſpoſitio in gratiam patris, ſed ipſi-
us filij, quod non erat in caſu de quo a-
gebatur, vbi donatio fiebat filijs infan-
tibus, & alijs naſcituris, quæ ratio deſu-
mitur ex lectura ipſius text. vt notant
Theſſau.d.dec.170.n.30.& Raud.d.cap.55.
nu.18. Item procederet illa permiſſio,
quæ colligitur ex eo text. quoties filijs
28 ex primo matrimonio relinqueretur
integra legitima, & aliquid plus, ſecus
autem ſi minus legitima, nam tūc talis
mater impia, non poſſet gaudere illius
beneficio, & eius diſpoſitio annullatur
& improbatur ſecundum *Rim. iun. in*
conſ.241.n.51.conſ.771. nu 39. & conſ.428.
n.7.& ſequitur Alex.Raud.d.cap.55.n.18
qui particulariter loq̄tur de iſta dona-
29 tione facta filijs minoribus, in quibus
non cadit conſideratio meritorū. *Rip.*
in d.conſi.vnico, de ſecund.nupt.

Minus obſtabat, quod mater bono
zelo mota fuerat ad ita diſponendum,
etenim totum cōtrarium eliciebatur,
dum Caſpar Sinatra tantum reliquerat
Donnæ Liuiæ actrici, quantum vni ex
filiis ipſius Don Cæſaris, quinimo iſta
actrix non habebat dotem congruentē
pro ſua qualitate, & filii Don Cæſaris
erant diuites ex ſubſtantia paterna, &
quidquid ſit, apparebat, quod eam de-
30 fraudauerat de legitima, vnde totū vi-
debatur factum ex perſuaſione mariti,
ex Gall.in d.conſ.18. Et demū *neq, obſta-*
31 *bat Conſuetudo 47. Panor.* quia non lo-
quebatur ſtātibus filiis ſecundi matri-
monij, nec ſupponebat eſſe diſpoſitio-
nem faciendam in fauorem filiorū ſe-
cundi matrimonij, qui caſus non diſpo
nitur, ſed remanet in diſpoſitione iuris
communis *ita Rimin.iun.in d.conſ.241.*

Digitized by Google

nu.62.lib.3 & debebat interpretari, vt minus læderet ius commune, etiã verba impropriãdo, *idem Rim. conſi.243.n.*
32 *14.lib.3.* Item quãdo de his loqueretur, deberet intelligi ſi maritus non ſupereſſet, *vt de tex. in d. §. illud ſimpliciter lo-*
33 *quente dixerũt Caſt. à Coſt. Ruin. & Theſaur. in locis præallegatis.* Rurſus prædicta cõſuetudo nil diſponebat, quoties mater tranſit ad ſecunda vota, eo enim caſu nõ poſſet diſponere, niſi ſecundũ legem communem, nec limitatur *l. femina, C. de nupt. nec. l. hac edictali vt poſt multos de ſtatuto dixit Ioan. de Garron. in Auth. ex teſtamento, C. de teſta.* & licet ſtatutum non reciperet interpreta-
34 tionem, attamen intelligitur, quoad ſubſtantiam, non quo ad caſum, an cõ-
35 prehendatur; Item ſtatutũ dixit, quod non facto teſtamento ſuccedant æqualiter, ſi replicatur de donatione, vtique reſpondetur, quod de iure communi
36 non valet, nec ſtatutum permiſit, loquitur enim de teſtamento, & caſus omiſſus remanet ſub diſpoſitione iuris cõmunis, *Rim. iun. d. conſ.241. nu.62. & 63.*
37 & ſtatutum de lucro dotis reducitur ad terminos *l. hac edictali. Surd. conſ.422. n.11. lib.3. & latè in conſ.164. nu.29.* qui de communi *Suarez. de Arrhis, vbi de ſta-*
38 *tuto quod mulier poſſit diſponere de quarta parte arrharum n.63.* & ſubdit nõ habere locum ſi tranſit ad ſecundas nuptias, *ſequitur Molin. de primog. Hiſpan. li.2. cap.10. n.62. Fanut. de lucro dotis glo. 7. n.13. Rol. de lucr. dot. quæſt.87.*

SVMMARIVM.

1 *Cognitio eſt iudicis ad quem, an appellatio debeat admitti.*

2 *Sententia iudicis à quo, declarantis appellationem admittendam, eſt nulla.*

3 *Ritus 182. tribuit cognitionem M. C. ſi ab eius ſententia eſt appellatio admittenda. Et procedit re integra nu.4*

5 *Cauſa introducta in Conſiſtorio, non poteſt amplius exire, & redire ad primum iudicem rationu.6.*

7 *Ritus 182. Vti correctorius iuris communis recipit ab eo interpretationem, Vt minus lædat ius commune.*

8 *Appellatio an ſit admittenda, cognitio eſt iudicis à quo, ſecus ſi appellatio admiſſa ſit legitima, Vel ſit delenda, nu.9.*

ARGVMENTVM.

Cauſa an ſit appellabilis, ad quem ſpectet cognitio, circa intellectũ cap. Ritus 182.

DECISIO CLXXVI.

DE iure veriſſimum eſt, quod iudicis ad quem, & non iudicis à quo,
1 eſt cognitio, an appellatio admitti debeat, *ad text. in cap. non ſolum, & cap. cum Romana, de appellatio. in 6. vbi Doct. Franc. in cap. conſtitutus, num.19. de appell. & in cap. vt debitus. n.24. eod. tit. Rugin. de appell. §.6 gloſ.7. cap.1. n.45. verſ. & melius Contard. in l. vnica, q.1. n. 22. & 23. Si de moment. poſſeſ. fuer. appell. D. Muta ſuper Rit.182. poſt Bong. Fimiã, & alios quos ipſe cumulat*, quinimo ait, & fortius *Bellam. in cap. paſtoralis, §. præterea, n.5. & ſeq de offic. delegat.* quod ſi
2 iudex, à quo, interloquutus eſt appellationem non eſſe recipiendam, talis interloquutoria nullius eſſet conſiderationis, quia ſtatim atq; fuit ab ea appellatum, quidquid facit non præiudicat, ob defectum iuriſdictionis, *idem tenet ibi Zabarel. q.6. poſt Innoc. ibid. quos ſequitur Capic. dec.34. n.11. Contard. in lo-*
3 *co citato, n.24. cum ſeq. q.1.* & licet in Regno adſit Ritus 182, diſponens, quod

cum

eum à ſententia lata per M.C. appellatur,& ſit hæſitatio,an appellatio admitti debeat,vel ne, Magnæ Curiæ,& non iudicis ad quem cognitio ſit, attamen
4 aduertendũ eſt, quod Ritus prædictus procedit re integra,non introducto ꝑceſſu appellato in Conſiſtorio,*vt ſentit D.Mut.ſuper d.Rit. in princ. & optimè diſtinguit Rugin,in d.tract.de appell.§.11. gloſ.1.cap.2.n.13. Carp.ſuper ſtatut. Mediol.cap.131.n.563.*ab iſto enim magiſtra-
5 tu, non eſt licitum exire & redire ad
6 primum iudicem,quia tunc, cum ſit auocata cauſa ad ſuperiorem, nõ poteſt amplius iudex ſe ingerere, *vt poſt alios dixerunt Rebuff.in ti de auocat.cauſ.Canal.dec.4.n.36.par.2. Magon.deciſ.Flor. 90.nu.18.Cou.pract.q.cap.9.Anguiſſ.conſ. 47.Lancell.de attenta.appell. pende. lim. 1.n.8.Pereg.conſi.24.n.21. lib 1. Laderch. conſ. 4. in fin. & faciunt per me adducta in dec.19.in fin.* & ſecundũ prædicta iudicatum fuit de menſe Auguſti contra Don Ioſeph Sarraba,eſt tamen verum, quod tempore meo, non ſemel de hoc articulo fuit dubitatum,& vidi receptã
7 aliam Docto.diſtinctionem, à qua Ritus prædictus,vti correctorius iuris cõmunis recipiebat interpretationem,vt minus illud corrigeret *ad tex. in l.3.§. hac verba.ff.de nego.geſt. vbi Doct.* nam ſi agebatur ſimpliciter, an appellatio eſſet admittenda,&tunc ſemper eam re-
8 miſimus M.C.maximè, quod ita etiam de iure diſponebatur,*vt dixit Bellamer in d.§.preterea nu 8. verſ. aliæ ſunt exceptiones & ibid. Zabarell.in 6.q.poſt Stephan.in Clem.vnica,de dolo,& contuma. in fin.Contard. vbi ſupra,n.17. Bald.conſ. 244 nu.3.lib.2. & ſentit Cumia ſuper d.*
9 *Rit.ordine ſuo 87.in fin.* Quod ſi hæſitãdum erat,an appellatio admiſſa eſſet deléda,vel eſſet legitima, & tunc ꝓcedebat ſupradicta opinio, quod ſcil.ad iudicem ad quẽ ſpectaret eius cognitio, vt diſtinguendo tradiderũt ſupradicti *Doct. Ang.in l.eos in princ. C. de appella. quos ſequitur Contard. in loco præallegato,nu. 20.fol.494.* & ita pluries determinauimus.

SVMMARIVM.

1 *Debitor facta delegatione liberatur.*
2 *Partitæ ſunt ſoluere.Vel quod Bancherius ſcribat debitorem conſentiente creditore. Et ita ſeruatur de conſuetudine,nu.3. Amplia ſi Campſor, cui literæ præſentantur, decoxerit,nu.4. Amplia ſi Campſor non ſit debitor mandantis,nu.5.& 7. Contra nu.6.*
8 *Debitor ſoluens per apodixam factã in banco de proximo decocturo, non liberatur.*
9 *Scientia debitoris, quod Bancherius ſit de proximo decocturus ex quibus arguatur & nu.10.*
11 *Mandatum ſuſcipiens, ſi non adimpleat, tenetur ad damna,& intereſſe. Amplia nu.13.& 14.*
12 *Mandatum ſuſcipiens,adimplere cogitur,licet ſuſcipere non teneatur.*

ARGVMENTVM.

Debitor per delegationem factam ſuo creditori in mercatorem de proximo decocturum,an ſit liberatus.

DECISIO CLXXVII.

DEbitor ſi facit mandatum campſori de ſoluendo debitũ, & campſor acceptat partitam, illamque deſcribit
1 ad nomen creditoris,liberatur debitor principalis, ex quo tunc dicitur facta delegatio *ad tex.in l.ſingularia.ff.ſi cert pet. vbi DD.* nam ex fictione dictæ legis

Digitized by Google

legis videtur facta numeratio credito-
ri,& iterum per eum factum depoſitũ
2 penes Bancheriũ,& paria ſunt ſoluere,
vel quod Bancherius ſe ſcribat debito-
rem conſentiente creditore, *ſecundum*
Bart Bal.Ang.& Purpur, ibi,n.93. Dec.
conſ.206.& conſ.107.n.2. Rot. Genue.dec.
2.n.25.& 26.idem Bald.in l.pro debito,in
3 *fin.C.de bon.auth.iud.poſſid.& ita ſerua-*
ri de conſuetudine dixit Afflict. deciſ.353.
Sali.in l.ſi filiusfamil ff. ad S C. Maced.
4 vbi ait,quod etſi ille, cui præſentantur
literæ fefellit, quod adhuc liberatur
ſcribẽs *& ſic poſt Aret.Curt.& alios di-*
xit Surd. conſ.528.n.14. cũ ſeq. idq; ꝓce-
dit, etiãſi campſor non ſit debitor mã-
5 dantis,*ex doctrina Bart.in d.l.ſingul.nu.*
6 *19.*& licet in hoc vltimo cõmunis opi-
nio ſit *contra Bart.ex Bolog.ibid.n.89.&*
Cagno.n.165.Soc.in conſ.167.lib.2.Papon.
conſ.75.nu.2. Addit.ad eundẽ Bart.ibi in
lit.N.Bero.conſ.197.n.2.lib.1. de cõmuni,
Ronch.de duob,reis,in l.3.n.54. Surd.dec.
23.n.5.& dec.187.n.1. Caroc.de excuſ.bo-
no.par.2.q.54.n.16.& 17.cæterũ de con-
ſuetudine in Regno ſeruatur contrariũ
7 in cãpſoribus; ſufficit enim,quod gira
facta fuerit cõſentiente creditore, & q
poterat pecunias habere aliàs;Sed ex a-
liis viſa fuit Conſiſtorio iuſta petitio fa-
cta per Ioan.Mariãli Maiſtri,contra An
tonium Mariã Rogalli, quãdoquidem
ſciẽter fecerat apodixam in bãchũ de
ꝓximo decocturũ, quo in caſu non li-
8 beratur debitor propter dolũ præſum-
ptũ,*vt dixerunt Imo.in l.ſi cum dotẽ,§.ſi*
mulier,ff.ſolut.matrim. & ibi Alex. n.3.
Natt.conſ.342.& poſt Maſcard. & alios
dixit Surd.in d.conſ.528.n.9. & dec.33.n.
9 *6.*& ſcientia in caſu ꝓpoſito fundari vi-
debatur, tum quia Bancherius ſtatim
in die ſequenti decoxerat, *vt poſt Iaſ.&*
Imol.dixit Surd.d.deciſ.23 Bero.d.conſi.
*197.n.8.& Magon.dec.Flor.53.nu.10.*tum
etiam, quia in d. Banco vnus ex deten-
toribus librorum, erat conſanguineus
10 ipſius de Rogallo, *ex not. per Marant.*
in repet.l.is poteſt,n.269 ff. de acquir. hæ-
redi. Confirmari videbantur prædicta,
quia iſte delli Maiſtri fecerat apodixã
Melchioni Borcherio, & Honofrio
Moliner de ſcutis ſexcẽtis trigintaquin
que,pro quibus facta erat pręſens peti-
tio,& ipſe de Rogalli ſibi ceperat prę-
dictam apodixam ad effectum eam gi-
randi in Banco, & mandatũ ſuſceperat
11 ſuper hoc à dicto delli Maiſtri,& nihi-
lominus nõ curauerat mandatũ adim-
plere, & Bancus interim decoxerat, &
ꝓinde tenebatur ad omnia damna, &
intereſſe,*Rot. Genue.dec.155.n.2.& dec.*
147.n.10. Surd.conſ.340.n.28. & conſ.365.
n.1.& dec.304.n.4. vbi dicit,quod licet à
principio liberũ ſit non ſuſcipere mã-
datũ,ſuſceptũ tamen cogitur adimple-
re,*Ruin.conſ.44.part.1.Rot.Gen.dec.9.n.*
5.& 9 & dec.68.n.5.& nedũ tenetur,quã
do ex dolo non adimpleuit mandatũ,
ſed etiã, quando ex eius culpa lata, ſine
leui contingit damnũ, *Dec. & Cagnol.*
in l.contractus,n.27 & 38.de reg iur. Rot.
Gen.dec.67.n.6.& 8. maxime q̃a fuerat
monitus à conſtituente, *Bald.in l.quod*
Nerua ff.depoſi.Lancell.Gall.Conſi 77.n.
49.& ſecundũ prædicta iudicauit Cõſi-
ſtoriũ, confirmando ſententiã latã per
doctiſſimũ D. Aureualũ Sedegno Ex-
cellentiſs. D. Protegis conſultorem &
iudicem in cauſa delegatur de Menſe
Auguſti, 1608.

SVMMA-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Terminus ad introducendum proceſſum appellationis poteſt prorogari, per delegatum à Principe.*

2 *Ordinarij quando efficiantur delegati.*

3 *Delegatus poteſt interlocutoriam reuocare, ſicut ordinarius.*

4 *Terminus ad introducendum proceſſum appellatum poteſt prorogari ex iuſta cauſa. Amplia, num 5.*

6 *Prorogatio facta pro die annotata valet, non obſtante lapſu temporis prorogati.*

Amplia ſi infra tempus fuerit parti notificata, num. 7.

8 *Litera de citanda parte ad introducendum proceſſum appellatum, an debeant expediri infra terminum quinquaginta dierum.*

9 *Verbum (exinde) quid operetur.*

10 *Terminus ad introducendum proceſſum ſtante Conſuetud Panorm. eſt dierum quindecim, vltra decem dies de iure competentes.*

11 *Terminus ſtatutus à lege municipali non poteſt prorogari.*

12 *Prorex in Regno non poteſt inſtantias prorogare parte non audita.*

Amplia, num. 14. 15. & 16.

13 *Decretum Principis, quod fiat iuſtitia, quid operetur.*

ARGVMENTVM.

Terminus ad introducendum, appellationem an poſſit prorogari?

DECISIO CLXXVIII.

IN cauſa Baronis Summarini, cum Franciſco de Girgenti, Cõſiſtorium habuit, ꝑ abſoluto, quod terminus ad introducendum proceſſum appellationis, potuerat per M. C. contrario imperio prorogari; quia etſi in cauſis
1 prædictis inſtantiæ prorogatio dicatur delegata à Principe, *ad not. per Rolan.*
2 *conſ. 4. num 24. lib 3.* & ordinarij iſto caſu efficiantur delegati, *ſecundum Abb. in cap. licet in corrigendis. ſub num. 3. de offic. ordin. Rodoph. in tract. quib. mod. ordin. effic. deleg.*
3 nihilominus verum eſt, quod delegatus poteſt interlocutoriam reuocare, ſicut quilibet ordinarius. *Prapoſ. in cap. cum ceſſante, num 5. de appellat. Rip. in l. quod iuſſit. num. 9. de re iudic. Surd. conſil. 167. nu. 2. lib. 2.* fuit tamen dubitatum, ſi prorogatio fieri debuerit; nam dicebat Baro, quod data iuſta cauſa minime de-
4 neganda veniebat prorogatio, *ex traditis per Gratia. poſt alios, in deciſ. 2.* & cauſa iuſta videbatur, quia proceſſus erat cartoſus, & non poterat infra tam breue tempus exemplari; eoque magis, quod agebatur de deſertione, quo caſu, etiam quod eſſemus in dubio, debe-
5 bat concedi prorogatio, ne deſerantur fatales in præiudicium irretractabile petentis remedium appellationis, *ſecundum Dec. in conſ 34. col. 3. & conſ. 83 n. 7. D. Muta ſuper Ritu 183. nu. 20. Addit. ad Veſtr. infra allegandum*, & aliàs eſſet remanere deſtitutum omnibus remediis, & indefenſum ad probandum ſolutiones, & alia aduerſus petitum debitum. Nec obſtabat, quod iam erat elapſus terminus prorogationis petitæ, quia ſatis ſufficiebat prouiſio facta pro die an-
6 notata, *vt dixit Veſtri. in prax. lib. 3 c. 5. ſub n. 4. & ibi Addit.* & in caſu iſto præſenta-
7 ta fuerat prouiſio infra dictum menſem prorogatum, *ad not. per Gabr. in tit. de dilat. concluſ 3. nu. 4.* licet hodie ſtante nouo actu Viceregio, debeat expediri infra mẽſem commiſſionis. Item proceſſus fuerat introductus, & pariter repetiebantur exaratæ literæ de citanda
8 parte, quæ quidem etſi emanauerint poſt quinquaginta dies, cæterum *vt di-*

 xerunt

25 *Procurator oſtenſo procuratorio ad nihil tenetur, ſi non reperiatur idoneum, & num.26.& 27.& 29.*
29 *Confeſſio facta in precibus Principi porrectis probat contra confitentem.*
31 *Obligatio non oritur ex actu nullo.*
33 *Grauamen non poteſt iuſtificari ex nouis actis. Limit. num.34.*

ARGVMENTVM.

Periculum nominis ceſſi, quando ſpectet ad cedentem, vel ceſſionarium, & quando procurator falſus teneatur ad intereſſe.

DECISIO CLXXIX.

DEputati electi per D. Proregem ob decoctionem Banci de Ioppulo, & Suprani, inter alias aſſignationes factas creditoribus dicti Banci, ceſſerunt Ioanni Auguſtino Vignolo, vti procuratori Stephani de Mainero vnius ex creditoribus prædictis, (& qui vti talis procurator pluries coram ipſis inſteterat pro earum ſatisfactione,) ſummam ſcutorum bis mille contra Franciſcum Lardia, debitorem Banci, euenit, quod Stephanus Mainero principalis creditor comparuit coram dictis deputatis petẽdo creditum prædictum, aſſerendo, quod dictus de Vignolo, cui facta fuerat aſſignatio, non erat aliter eius procurator, & ſic ceſſio prædicta nullius erat valoris, & licet ſuper hoc pluries fuerit altercatum in M.C. pro parte deputatorum, allegando ſolutionem factam ex præcalendata aſſignatione debiti; in tantum, quod hodie ſtante morte illius de Lardia, fuerat mutatum, & deperditum ex culpa ipſius procuratoris, tandem fuerũt deputati condemnati ad ſoluendũ, ſeu de nouo aſſignandum, & idem deuoluto proceſſu ad Conſiſtorium fuit per nos iudicatum, ex quo non conſtabat de procuratorio; Petebant modo deputati, quod Ioannes Auguſtinus Vignolo, qui vti procurator comparuerat in deputatione, accipiendo dictam aſſignationem, & qui fuerat in cauſa totius damni, & intereſſe, & condemnaretur ad dictam ſummam, tum quia non fuerat inuentus procurator ipſius de Mainerio, tum etiam quia in non agendo per annos fere quatuor contra d. nomen debitoris, illud eius mutatione fuerat deperditũ, & in Magna Curia ſuccubuerunt. Introducto proceſſu ad Conſiſtorium inſtabant deputati pro eius reuocatione, quia procurator cõtrahens, tenebatur oſtendere ſe procuratorem, & ſi non oſtendat, & inueniatur falſus procurator, tenebatur con-
1 trahenti ad id quod intereſt, *ad tex. in l. ſi vno §. vbicunq; ff. locat. l. placitus, & ibi Dd. ff. de procur. Alex. conſ. 136. n 1. vol. 6. Soc. conſ. 29. lib. 3. Natt. conſil. 261. num. 11. & conſ. 588. num. 10. Bertaz. conſ. 106. num. 32. Bimi. conſ.*
2 *185. lib. 4.* hoc enim caſu tenetur de dolo, ex quo falſus fuit ſe procuratorem, cum non fuerit. *Bald. conſ. 14. num. 1. lib. 3.*
3 *Natt. d. conſ. 588. n. 10.* & ob dolum contra eum poterat iurari in litem. *Ioa. Baptiſt. Plot. in l. quando, num. 527. & 542. C. vnde vi*, vbi quod tenetur ad duplum, & in-
4 tereſſe, *ſequitur Bertaz. d. conſ. 106. num. 33. & idem voluit Corn. conſ. 72. lib. 4. Dd. omnes in l. ciuitas, ff. ſi certum. peta. Rim. iun. conſil.*
5 *381. n. 93. li. 4.* quia contractus non debet claudicari, nec quis debet decipi alterius mendacio, & qui talẽ ſe profitetur, debet ſe quoq; talẽ legitime probare,
6 vt poſſit dominum obligare, alias ipſe

 tenetur,

Digitized by Google

teneturi, *vt firma. Alciat. conſ. 18. lib. 8. quem*
ſequitur Bimi. d. conſ. 185. num. 2. & licet fue-
rit præſentatum quoddam procura-
torium, illud nihil opitulari poterat,
quia cantabat ſub nomine Marci An-
tonii Fernici, Stephani Mainerii, & i-
pſius de Vignolo, creditum autẽ Banci
erat de Mainerio, & Garibaldo, & ve-
rum eſt, quod in contractu (quidquid
7 ſit in iudiciis) procurator tenebatur
exhibere procuratorium legitimum,
nec excuſari poterat ſimplici proba-
bili mandato vel minus legitimo, *vt*
expreſſe dixit Bart. in l. procurator qui pro e-
uictione. n. 4 ff de procur. & ibi Caſtr. & in d.
l. ciuitas, nu. 9. verſ. (aut ergo non docet ſe ad-
miniſtratorem, vel docet, ſed minus legiti-
mum) ff. ſi cert. peta. & cum Bart. tranſeunt
plures Docto. ibidem, & optime Bimi. d. conſ.
185. num 24. & 25. vbi allegat Bald. & alios,
8 nam mandatum non dicitur quis ha-
bere, niſi habeat integrum, & legiti-
mum, *ſecundum Maſcard concluſ. 1313. nu. 6.*
9 quinimo falſus procurator etiam di-
cebatur, qui mandatum habebat, ſed
non idoneum, & ad id, quod gereba-
tur actum, *vt declarat Bald. in l. falſus, C. de*
fur. & ibi Iacob. nu. 14. Iaſ. in l. licet, num. 5. &
10 *7. C. de procurat. Bimi. d. conſ 185. n. 23.* maxi-
me, quia periculum nominis prædicti
ſpectabat ipſi de Vignolo, cui facta
fuerat inſolutum datio, & eius culpa
fuerat deperditum, & nihilominus de-
putati coacti fuerant iterum ſoluere,
11 quod totum, vt dictum eſt, euenerat
facto, & culpa ipſius de Vignolo, *vt vo-*
luit Dec. conſ. 99. n. 4. Bec. conſ. 105. n. 33. Ma-
rilia. deciſ 2. nu. 7. & 8. Rot. Genue. poſt Imol.
deciſ. 2. n. 26. Marcabrun. conſ. 63. per totam
Caſa. Barz. deci. Bonon. 110. n. 2. & ſeq. Sur. cõſ.
22. & 145. n. 1. & ſequ. Milan. deciſ 14. nu. 11.
vbi dicunt illam eſſe veram ſolutio-
nem *Euge. conſ. 73. n. 4.* Sed ex aduerſo di-
cebatur pro Vignolo, quod procura-
12 tor, qui facit actum procuratorio no-
mine, ad nihil tenetur de proprio, *ad*
tex. in l. fi. ff. de inſti actio. & ibi notant Bar. &
cæteri ſcribentes, Bero conſ. 199. in pr. lib. 1. &
de communi poſt alios teſtantur Siluan. conſ. 8.
n. 1. Laderch. conſ. 36. ſub nu. 1. verſ. altera fuit
ſententia. Surd. in conſ. 19. n. lib. 1. quod qui-
dem, cum ita factum fuerit in caſu i-
ſto, ad nihilum teneri videbatur; eoq;
magis, quia dicta ceſſio fuerat ſimplex,
13 & facta pro ſatiſfactione crediti, quæ
dictio (pro) non niſi modum impor-
tat, & ſic ad ſibi ſatisfaciendum, *l. ante-*
pen. §. 1. ff. de leg. 2. cum ſimilibus, nec in tali
14 ceſſione reperiebantur aliqua verba
importantia dationem in ſolutum, vel
venditionem nominis, & ſic dici po-
15 tuerit facta ſolutio, vel extinctum debi-
tum, niſi quatenus ceſſionarius conſe-
cutus fuerit a debitore ceſſionem, *ſe-*
cundum gl. magnam ad fi. in l. legaui, ff de li-
ber. legat. Bal. in c. 1. in fin. de benefi. frat. Alex.
conſ. 96. vol. 3. Dec. conſ. 99. n. 4. Pedemon. dec.
26. ſub n. 2. quos refert, & ſequitur Sur. d. conſ.
22. ſub num. 11. Bertaz. de clauſ. clauſ. 27. gl. 1.
n. 3. & licet quando nomen venditoris
eſſet venditum vel datum in ſolutum,
16 periculum nominis ſpectaret ad ceſ-
ſionarium *ex dec. in proxime relatis.* Cæ-
17 terum ſi ceſſio facta fuerit ſimpliciter
cauſa ſolutionis, & vt creditori ſatisfiat
ſuper nomine ceſſo, prout erat in caſu
iſto, tũc ſecus erit, quia periculum no-
minis non exacti, & conditione dete-
riorati, ſpectat ad ipſum cedentem,
non autem ad ceſſionarium, vt in pun-

cto vo-

Digitized by Google

ſto voluit *Imol.in l.facta, §.ſi hæres,ſub nu. 4 verſ.& ſecundum hoc, ff.ad SC.Trebel.*vbi
18 dicit, quod aliud eſt, quando nomen in ſolutum datur, & ceditur actio, & aliud eſt, quando creditori ceditur actio cō-tra debitorem cedentis, ſolutionis cauſa, hoc eſt, vt ſatisfiat ei, cum fit ceſſio,
19 nam hoc vltimo caſu, periculum nominis non ſpectabit ad ceſſionarium. *Hoc idem tenuit Alex. in l.ſi cum emptore.ſub nu.4.verſ.ſed mihi non placet, ff.de pact. Rub. Alex.in l.non ſolum §.morte,n.409.ff.de non. oper.nuntia.Soc.conſ.37.nu.8.20.& 21.lib.4. Dec.d.conſ.99.nu. 4. Quidam Author.Gall.in conſ.49.n.12.& ſeq. Becc. d.conſ. 105.ſub n.35. Oſaſc.deciſ.62.nu 9 & 10. late Surd.conſ.22. ſub n.33.Bertaz. clau.2.ſub nu. 2.& 3.*Et ſecundum prædicta iudicauit Conſiſtorium, confirmando ſententiam M.C. & ad contraria (in quibus revera reſidebat tota difficultas huius deciſionis)
20 dictum fuit, quod *text.in d.l.placitus cum ſimilibus*, procedebat data ſcientia, *ibi (aut obtuliſſet ſe, cum ſciret cautum nō eſſe,)*
21 *ideoq; Doct.putant*, quod ſi procurator aſſerit ſe procuratorem, non per mendacium, ſed iuſto errore ductus, tunc ad nihilum tenebatur *ſecundum Bar. in l. de pupillo.§.fin ſub nu.3.verſ.ſecus puto ſi non per mendacium,ſed iuſto errore.Alex. in l ſi ſe non obtulit, num 4.ff.de re iudicat.ibi Iaſ.ſub n.5.vbi addit.& ibidem Rip.ſub nu.6. & 7.*& in caſu iſto de revera Vignolus erat procurator Mainerii ſub illo nomine ſocietatis; Item habebat aliud procuratorium ipſius de Mainerii tantum ad exigendum. quod de nouo fuerat præſentatum in hoc Tribunali, quæ licet non ſint ſufficientia, & idonea, nihilo-
22 minus iuſto errore poterat credere Vignolus, habere mandatum ſufficiens, *vt dixerunt Alex. & Iaſ. in locis præallegatis*, maxime quod erat ſocius ipſius de Mainerio, vnde facillime credere po-
23 tuit, quod pro eo poterat comparere, *ad no.per Theſſau.dec.113.*& hoc ſtante abſentia ipſius conſocii a Regno, & vt ta-
24 lis dicebatur habere tacitum mandatum à lege ad faciendū ea, quæ ſunt vtilia conſocio *Rom.conſ.398.n.1.Galiaul.in l.ſtipulationes non diuiduntur,n.21.ff.de verb. oblig.Rot.Genu.deciſ.14.n.112.*idq; fortius, quia vt in proceſſu conſtabat per quatuor teſtes, procuratorium prædictum fuerat oſtenſum vni ex dictis deputatis, qui illud ſibi retinuerat, & inde ſimul cum cæteris collegiis, & interuentu Protectoris, facta fuerat ceſſio prædicta, in tantum, quod iſto caſu procu-
25 rator ad nihilum teneri videbatur, *vt dixit Bar. in l.licet.ſub n.1.verſ.primum membrum,C.de procur. Iaſ.in d.l.ciuitas.ſub nu.16. verſ nam per illam, Rom.d.l.ſi ſe non obtulit. ſub n 7.verſ.quod tamen limita,ff.de re iud.& ibidem Alex.ſub n.4.verſ.item milit.& Iaſon. ſub nu.5.& Rip.ſub n.7.Bim.ex aduerſo alleg. in d.conſ.155.ſub n.24.*& quod plus eſt, in ceſſione fiebat mentio de ipſo procuratorio, quo caſu imputandum erat contrahentibus, ſi mandatum non vi-
26 derant, *l.qui cum alio, ff.de reg.iur.Paul.de Caſt in l.1.§.ſi nō autem, verſ.item alias conſului.ff.de exercit.act.ſequitur Deci.in d.l.qui cum alio,& Cagnol.n.2.Anch.conſ.332.ſub n.5.*
27 vbi dicit, quod imputetur illis, ſi non conſiderarunt mandatum ſocietatis ante omnia, ſi erat ſufficiens ad obligandum, propria enim culpa dicuntur deluſi, cum mandatum fuerit mentionatum, *& bene Ceſ.in conſ.21.n.14.quē refert*

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Piratæ inſequentes Turcas, qui in terram fugiendo ſpolia appulerunt, an ſint capientis.

DECISIO CLXXX.

ILLVSTRIS Generalis Capitaneus triremium Sereniſſimi Magni Duci Hetruriæ, dum verſus Inſulam Luſtricæ nauigaret, fugatis duabus fuſtis Turcarum, & vna illarum capta pugnando Turcæ alterius fuſtæ fugientes, & omni ſpe deſtituti, procurantes propriam ſalutem in prædictam Inſulam ſe proiecerunt; Triremes vero, quæ eos inſequebantur, capta fuſta, & aliquibus ex dictis piratis, maxima maris tempeſtate præuenti, homines in terram proiicere non potuerunt, ſed dum peruenirent in hanc Vrbem Panormi, procurauit d. Illuſtris Capitaneus, quod commiſſionarius ipſius Magni Ducis in prædicta Vrbe degens, mitteret homines pro illis capiendis, quod tamen, dum ad aures Gubernatoris Vrbis perueniſſet, ſtatim fuerunt miſſi milites cum aliquibus nauigiis in prædictam Inſulam pro effectu prædicto capiendi piratas ibi exiſtentes, & ab eis poſt paucos dies fuerunt adducti in poſſe Regii fiſci Generalis Auditoris prætendentis ad eum ſpectare
1 *ex deciſ. tex. in §. illud quæſitum fuit. Inſtit. de rerum diuiſ. & in l. laqueum, ff. de acquir. rerum dom. & in l. naturalem. §. illud quæſitum, ff. eodem*, quibus in locis habetur, quod ſi aliqua fera fuerit ab aliquo vulnerata, & inſecuta, & ab alio capta, de iure
2 fit occupantis, & ratio eſt, quia multa euenire poſſent, & ſolent, vt ea non ca-
3 piatur; Itē faciebat, quod ſpolia capta ab hoſtibus capientium fiunt, *§. item ea, quæ ab hoſtibus, Inſtitu. de rerum diuiſ. l. 1. in pr. ff. de acq poſſeſſ. Iul. Ferret. in tit. de iu-*
4 *ſto bello, num. 178. folio mihi 39. Vinc. de Fran. dec. 268* & non ſufficit aſpectus, *vt ibi di-*
5 *xit Bolognet n. 292. & 293.* adeo quod capta non dicuntur, niſi apprehendantur ad textum, *in dicta l. 1. §. item ſi in bello, ibi, (qui primus eorum poſſeßionem nactus fuerit) & tex. in l. 3. §. Neratius, eodem tit. ibi (inuenta non acquiruntur, niſi apprehendan-*
6 *tur,)* & non dicitur captus, qui non durat captus. *§ ſi ab hoſtibus, Inſtit. quibus modis, ius patr. poteſt. Grammat. dec. 71. n. 1. & 91*

Contrariū tamen ego votaui, declarando ſeruos captos eſſe Sereniſſimi Ducis. Etenim rationi conueniebat, quod militibus ſtrenue certātibus ſpolia captiuorum, & ipſi captiui aſſignentur, *l. ſi quis pro redemptione. §. final. C. de donat. c. militare. 1. diſtin.* nam ſecundum merita
7 fieri debet, *vbi ibi dicit tex. & notant Archidia. Præpoſ. & cæteri*, quod ſi ſecus diceremus, deterioris cōditionis fuiſſent mi-
8 lites, qui ſtrenue, & maximo cum eorū diſcrimine certarunt, quam illi homines miſſi à Gubernatore, qui deperditos, & fugatos piratas acceperunt, abſq; aliquo periculo, *vt dixit Præpoſ. in d. c. ius militare, Iaſ. in l. 1. nu. 9. ff. de acq. poſſeſ. Salic. in l. ab hoſtibus. n. 6. C. de poſtlimi. reuer. Rip. in l. 1. ſub n. 5. ff. de acq rer. domi. Alber. in d. l. ſi quis pro redemptione.*

Item faciebat, quod præda, & ſpo-
9 lia hoſtium ſpectant victoribus de cō-
10 ſuetudine belli *iuxta tradita per Parid. de Put. in tracta. de duel. lib. 9. q. 16. verſ. an pugnans*, illi vero cēſendi erant victores, qui ſtragem hoſtibus dederant, vel in fugā & confuſionē inimicos conuerterant,

non

non autem illi, qui prædæ, & ſpoliis intendebant, nec enim habuiſſent illa ſpolia ſalua, niſi triremes, eos piratas in fugam conieciſſent, & in terram impellere feciſſent, & proinde captiui, &
12 eorum bona ipſi Capitaneo aſſignari debebant, qui cauſam illi capturæ præſtiterat, *vt voluit Salic. in d.l ab hoſtibus ill. 2. ſub num. 6. C. de poſtlim. reuer. & ex multis reſpondet Caphal. in conſil. 136. vol. 1.* In tantum, quod captiui illi ſtatim atq; fuerunt redacti in prædicta Inſula, & ſibi fuerat ablata fuſta, erat eiſdem ſublata penitus omnis ſpes, vt cum libertate ex prædicta Inſula euaderent, & cum eſſent inermes, vt non potuerint ſe defendere, inceperant eſſe Sereniſſimi Ducis, & ad eum ſpectabant iure do-
13 min'j, ac ſi eos cœpiſſet actualiter, *ad text. in l. 3. §. item feras beſtias, ff. de acquir. poſſeſſ. per ea quæ tradunt Cuman. in d. l. 3. §. Neratius. ſub num. 2. ff. eod. & optimè Socin. Sen. ibi ſub num 5 ad fin.* Accedebat prædictis, generalis, & indubitata conſuetudo maris, quæ per longiſſimum tempus obſeruata fuit, & obſeruatur,
14 quod quando triremes chriſtianorum inſequuntur, & fugant nauigia piratarum, & piratæ inſtante metu chriſtianorum impellunt in terram cum eorum nauigiis, piratæ ipſi, qui fugierunt, capti ab incolis regionum maritimarum, vel à ſtipendiariis, non efficiuntur ſerui capientium, ſed ſolent tradi, & reſtitui Duci triremium chriſtianorum, & maximè in hoc Regno, vbi expreſſe prouiſum fuiſſe apparebat per quaſdam literas Illuſtriſſimorum, & Excellentiſſ. Marci Antonij Columnę, Comitis Albæ, & Comitis Oliuares olim Regni huius Proregum, & ratio poterat eſſe, quia ad eum intelliguntur
15 ſpectare, vt ipſe deinde prædas, ſpolia, & captiuos diuidat inter ſuos milites, ſecundum meritum vniuſcuiuſq;, *iuxta ea, quæ habentur in cap. dicat 23. quæſt. 5 Bar. in l. quid bello, ſub num 3 ff de capt. & poſtlim. reuer.* vbi teſtatur ita ſeruari de conſuetudine, & in facto vidiſſe, *Salic. in d. l. ab hoſtibus, ſub num. 6. Alber. in d l. ſi quis pro redemptione, vbi etiam Bald. in rubr. verſ. nota quod iſta ſpolia, C. de donat. Alex & Socin. in l. 1. in princ. ſub n. 4. ff de acquir. poſſeſ. Caſpar Calderi. in conſ 1. ſub num. 3. de treug. & pact. Angel. in ſua quæſtio. incip. renouata guerra. Gram. d. deciſ. 71. num. 17. cum ſeq.* vbi decla-
16 rat quomodo iſtud debeat intelligi. Rurſus prędicta conſuetudo maris habebat in ſe aliam maximam rationem: nam ſi piratæ expectaſſent triremes, & deliberaſſent pugnare, (prout actum fuerat in caſu iſto per Capitaneum vnius fuſtæ à Duce triremium poſtea laqueo ſuſpenſum) ſi aliquos ex triremibus occidiſſent, certe neque Sereniſſimo Duci damnum reſarcire, neq; intereſſe emendare valuiſſet Fiſcus, qui hodie prætendebat & contendebat de lucro, *l. penult. qui eſt bonus text. ad hoc propoſitum, C. de ſolutio. & in puncto arguit Rip.*
17 *in d. l. 1. ſub num. 5. ff. de acqui. poſſeſ.* cui conſuetudini ius commune ſcriptum non ſolum non reſiſtit, *vt voluit Paul. Caſtren. in conſil. 310. incip. in inſtrumento, ſub num. 2. vol. 1.* verum etiam aſſiſtit reſpectu piratarum, & eorum bonorum, *Authent. nauigia, C. de furt. cap. 1. §. nauigia. de ſtat. & conſuet. in vſibus feudorum*, ideoq; obſeruanda erat, *vt tenet gloſſ. in §. fin. in Auth. de vſu naut. & in l. deprecatio, ff. ad l. Rhod. de iac.*

*de iact.nec.*conſuetudo terræ, *vt in Auth. de vſur.marit.§.fin.col.10.Iul.Ferret.de milit. inſ.num.226.(fol.mihi 163.* Nec iura illa ex aduerſo allegata videbantur facere ad propoſitum deciſionis, de qua age-
19 batur, cum diuerſa ſit ratio inter vnum, & alium caſum, nam venatores non ſe exponebant venando cum eorum bonis, libertate, ac periculo vitæ, ſed ſolum intendebant ad prædam venationum, & conſequenter duntaxat ad lucrum; Triremes vero quando proſequuntur, vel aggrediuntur nauigia piratarum, vtiq; exhibent, & exponunt vitam riſico, & diſcrimini mortis, & eorum triremes, perſonas, & bona periculo fortunæ, ac maris, & quod
20 plus eſt, propriam libertatem, quę non bene pro toto venditur auro. *libert.as, ff. de reg. iur. l. non eſt ſingulis, §. infinita, ff eod.*
21 ad quod non ſe offerebant homines intendentes ad capiendum bona eorum, vel eos iam in fugam conuerſos *ad not. per text. in l. ſecundum naturam, ff. de reg. iur. Salic. in d. l. ab hoſtibus, illa 2. ſub nu. 6. C. de donat.* Item dicebatur, quod *licet*
22 *Imperator in d. §. illud quæſitum,* videtur approbare ſententiam *Gai. in d. l. naturalem §. illud, tamen dixit ibi glo.* quod opinio Trebatii Iureconſulti, qui tenebat contrariam ſententiam, ſeruatur de conſuetudine, & ita etiam firmat *Gram.*
23 *in d. deciſ. 75. ſub nu 9. Io. de Plat. Port. & Aret. in d. § illud.* & illud ius ſcriptum dicebatur per conſuetudinem correctum, vt teſtatur *Bart. in l. qui minus. ſub num. 10. ff. de*
24 *flumi.* de qua conſuetudine ſtandum erat *glo. & Dd. de ea teſtantibus vt not. Bar. in l. de quibus 4. in princip. ff. de leg.* cuius opinio communiter approbatur, *vt per Dec. in l 2. §. mutui datio. in fi. ff. ſi cer. petat. poſt alios Ceſ. in d. conſ. 136. nu. 9. & 18.* qui terminanter conſuluit pro Religione Hie-
25 roſolymitana. Item reſpondebatur, quod illa iura procedebant in caſu ambiguo, quo fera potuiſſet, & non potuiſſet capi, vt recte ſentit *text. in d §. illud,* qui caſus ſatis differt ab iſto, de quo agebatur, nam Piratæ capta fuſta ab inſula minime poterant euadere libertatem, & ſic erat certum, quod debebant capi, *vt bene aduertunt Io. de Plat.*
26 *Port. & Aret. ibi, dum dicunt,* quod ſi fera ita eſſet vulnerata, vt aliter fieri nō poſſet, quam vt caperetur, vt pote quia eſſet ſemi mortua, ſtatim efficeretur vulnerantis, & poſt eos idem ſecutus eſt *Iaſ. in 6. addi ad Port. in §. ſingulorum, Inſti. de rer. diuiſio.* Item ceſſabant dicta *Gram.*
27 *in deciſ. 71.* quia ibi omnes erant militantes ſub vna eademq; legione, & in eodem exercitu, & omnes interuenerant expugnationi dicti loci, & nihillominus ipſe in fin. concludit, quod non propterea bona capientium fiant, ſed eorum, qui prius eos poſuerūt in quadam quaſi obſidione. Et demum hoc
28 intelligi debebat reſpectu dominorum, quorum prius erant, *vt declarat Salic. in d. l. ab hoſtibus ſub n. 6* non autem reſpectu eorum, ad quorum commodū videntur cepiſſe, *vt dixit Alex. in d l. 1 ſub nu. 4 ff. de acquir. poſſeſ.* neſcio tamen quid fuerit executum.

SVMMARIVM.

1 *Pactum, quod in caſu confiſcationis bona tranſeant in alios, valet in præiudicium fiſci. Amplia n. 2.*

3 *Praxis M. C. in ſimilibus cauſis refertur. Legitima tranſmittitur ad hæredes extraneos ibidem.*

4 *Onus omne à legitima reiicitur. Intellige num.28.ratio num.29.*

5 *Filius poteſt reiecto onere legitimam petere, Sed quid in fiſco, num.6.& 9.*

7 *Ius detrahendi legitimam tranſmittitur ad heredes*

8 *Fiſcus dicitur ſucceſſor vniuerſalis.*

11 *Fiſcus non poteſt petere reiectionem oneris à legitima, & num.15. ratio num.11.12. & 16.*

13 *Grauamen ipſo iure remouetur à legitima. Intellige num.14.*

17 *Legitima ſine onere peti non poteſt, niſi à filio.*

18 *Hippolit.Riminal.in conſil.736 ſibi contrarius.*

19 *Hippol.Riminal.in conſil.50.reprobatur. Intellige num 27.& 37.*

20 *Legitima poteſt onere grauari, quando vtile eſt filio, & num 25.ratio num.26. Amplia num.21. Intellige num.22 & 23.*

24 *Hippol.Rim.in conſil.193.declaratur.*

30 *Filius non dicitur grauatus in legitima, quando habuit recompenſationem.*

31 *Cautela pro patre, qui vult priuare filium vſufructu omnium bonorum, & nu.32.*

33 *Grauamen in legitima quando teneat.*

34 *Fructus percepti ex bonis hereditarijs vltra legitimam, in eam imputantur. Amplia num.35.& 36.*

ARGVMENTVM.

Pater an poſſit in teſtamento excludere Fiſcum à portione filio competenti in caſu confiſcationis, & quid in legitima?

DECISIO CLXXXI.

1 PLuries iudicauimus, quod prohibitio facta per patrem in teſtamento, per quam filius delinquens priuatur hereditate paterna, eaque ad alios heredes tranſmittatur, valeat in præiu-
2 dicium fiſci, maximè quando fieret, vt bona conſeruentur in familia, *ad tex. in l. Imperator, vbi Bartol. not. ff. de fideicomm. libert. & communiter Dd. omnes in l. filiusfamilias, §. diui, ff. de leg. 1. Socin. iun. conſ. 34. colum. 2. & conſil. 49. volum. 3. Bero. quæſt. 41. Roland. conſil. 98. vol. 2. & conſil. 1. num. 44. lib. 3. Panciro l. conſil. 181. Peregrin. de iur. fiſci. lib. 5. tit. 1. num. 103. cum ſequent.* vbi refert ita iudicatum *Marzar. de fideic. quæſt. 47.*
3 Et ideo conſueuimus in M.C. in ſimili caſu declarare, quod bona non moleſtentur, præter quoad legitimam, quæ etiam ad heredes extraneos tranſmittitur, *Bald. in l. 2. quæſt. vltim. C. de lib. præter. Roder. in l. quoniam in prioribus, amplia. 10. nu. 6. C. de inoffic. teſtam.* accidit quod pater nedum fecerat prædictam prohibitionem, verum etiam vltra progrediendo diſpoſuerat, quod tali caſu pro legitima non competerent filio niſi tareni ſex, in tantum, quod perſeuerante in contumacia vltra quatuor menſes, quo caſu locus erat confiſcationi bonorum ſecundum Conſtitutionem Regni, dicebat fiſcus, quod ſaltem pro concurrenti quantitate legitimæ, pro-
4 hibitio minime teneret, quia omne onus à legitima reiiciebatur, *ad text. in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtam.* &
5 ſicut filius poſſet reiecto onere legitimam petere, ita & fiſcus, nam ius de-
6 trahendi legitimam tranſmittitur ad
7 heredes, etiam extraneos, & fiſcus, licet proprie non dicatur hæres, attamen dicebatur ſucceſſor vniuerſalis,
8 & reputatur loco heredis, *vt latiſſimè*
9 pro fiſco, quoad legitimam *concludit Rimin. iun. conſil. 50 num. 76. cum ſequ. lib. 1.* Sed ex aduerſo dictum fuit, quod etſi prædicta vera ſint, cæterum hoc peti debebat, & allegari ab ipſo filio, non
10 autem à Regio fiſco, & ſic filio non petente, nec de hoc reclamante, vt erat caſus, de quo agebatur, fiſcus hoc adducere

Digitized by Google

ducere non poterat, vt expreſſe voluerunt Bal. & Ang. in l. cum patronus, ff. de leg. 2. Alciat. conſ. 522. n. 5. verſ. ſed puta, Caſtr. in
11 d. l. quoniam in prioribus, n. 8. cum in fauorem filij inductum fuerit, & ſit priuilegium perſonale, adeo quod ad alium non tranſeat, vt dixit idem Alcia. contra fiſcum, & ſequitur Bero. q. 87. nu. 9. verſic. ſed in caſu de quo agitur, Rol. à Vall. d. conſ. 98. n. 29.
12 libr. 2. quia ex eadem ratione fiſcum excludit Cuch. de legitim. n. 21. verſ. nec vſufructus. Peralta. in l. cum patronus. n. 13. de leg. 2. vbi ait quod id, quod dicitur in d. l. quo-
13 niam in prioribus, ꝙ grauamen ipſo iure
14 remouetur à legitima, intelligitur reſpectiue, quoad ipſum filium, cui grauamen eſſet adiectum, ſed quantum ad aliū, vel reſpectu alterius, ad quem legitima pergeret, vel migraret, non cenſetur nullum. Greg. Lopez. in l. 11. tit. 4. par. 6. in gl. librement, & poſt multos alios eādem opinionem latiſſimè defendit Surd. conſ. 412. n. 46. cum ſeq. lib. 3. & conſ. 570. lib. 4. Pedroch. conſ. 6. nu. 76. vbi dicit, quod ſi filius nō declarauerit velle legitimam, & ſic
15 onus remoueri, quod fiſcus non poterit illam prætendere, Tob. Non. conſil. 107.
16 nu. 4. vbi quod à legitima reiicitur onus, eſt introductum in fauorem filii,
17 & ideo eo non petente fiſcus excluditur, & agere non poterit. idem voluit Cal. conſil. 56. vbi inquit neceſſarium eſſe factum hominis, & ſic declarationem voluntatis filii grauati, quod velit legitimam ſine onere, idem ſequitur Cephall. conſ. 291. num. 18. lib. 3. Roder. in l. quoniam in priorib. in 1. lim. n. 19. & in 4. limit. qui hanc concluſionē valde extollit, & dicit perpetuo notandam, Burſ. conſ. 355. n. 45. li. 4.
18 & idem Rim. iun. qui d. conſ. 50. improbauerat Bero. in d. q. 87. n. 9. exinde in conſ. 736. nu. 76. lib. 7. ad aliud propoſitū approbat Bero. in lo. præalleg. & ad rationes adductas, per
19 Rim. in d. conſ. 50. reſpondet Rol. in d. cōſ. 98. n. 29. quem omnes ſequebantur, in tantum, quod non erat curandum de opinione Rim. poſtquam contra eum ſint tot Dd. ex aduerſo citati. Item faciebat, quia talis ꝓhibitio facta filio, non continebat grauamē, ſed prouiſionem ipſi filio fauorabilem, erat enim vtile filio, ne fieret confiſcatio, quia vbi poſt delictum reſtitueretur in gratiam, recuperaret integre omnia bona, vt diſpoſitum fuerat in prædicto pacto prohibitiuo, & certum erat de iure, quod legi-
20 tima poterit onere grauari, ſi illud ſit vtile, vel fauorabile filio ſit. Caſtren. in d. l. filiusfamilias, §. diui. ff. leg. 1. vbi Rip. n. 24. Crot. n. 16. Alcia. n. 8. Ferdin. Loaz. n. 22. Opiz. 20. num. 44. Rol. d. conſ. 98. n. 25. vol. 2. Boſſ. de public. bon. n. 41. vbi dicit communem, & poſt infinitos, quos adduxit Surd. in d. conſ.
21 412. n. 53. & ſeq. lib. 3 & hoc onus ſuſtinebatur etiam filio reluctante, ſecundū Bar. in l. ſi quis in tantum, n. 13. C. vnde vi. Alciat. d. conſ. 522. n. 2. & Sur. vbi ſupra, & in conſ. 570. n. 2. & licet Rim. in d. conſ. 50. n. 81. velit hoc
22 reſtringere, quatenus hoc onus reperiatur iniunctū filio minori, vel etiam maiori, parum tamen induſtrioſo, vel dilapidatori, ſed vbi filius eſſet maior, intelligit ipſe, quod tale onus vitiatur, verum, vltra quod in caſu iſto tempore confecti teſtamenti filius erat minor, nihilominus ipſe, idem Rimin. in conſ. 193. tenuit quod etiam huiuſmodi prouiſio
23 facta maiori, valeat in præiudicium fiſci, nam dicitur facta ad prouiſionem filii ſuppoſita clauſula, quod ad alios

tranſeat, donec delinquens reſtituatur
in gratiam, *vt latè probat num.12.cum ſeq.*
24 & licet exinde *num.15.* loquatur in mi-
nore, id tamen facit ad confirmatio-
nem præcedentis argumenti, non re-
cedendo à priori concluſione, quam
ſupra generaliter, & indiſtinctè firma-
25 uerat, & quod prouiſo facta ad vtilita-
tem filii, teneat etiam in legitima, *dixit*
Caroc.deciſ.70.nu.8. D. Cardin. Tuſchus con-
cluſ.188.in verſ.legitima, num.53. Raud. conſ.
38.lib.2. Rim. iun. d.conſ.736.num.76.lib.7.
latè Sim. de Pret. de interp. vlt. volunt. lib.3.
dubit.6. ſolut.2.num.9. Bertaz. conſil.446.
26 *num.5. lib.2.* & ratio eſſe poterat, quia ſi
in legitima filius poteſt grauari tam in
tempore, quàm in quantitate, quando
onus conceditur in fauorem filii, ſe-
quitur quod ſuſtineatur hæc prouiſio,
quod durante contumacia, & eo non
reſtituto ad gratiam, bona ſtarent pe-
nes alios, cum hoc ſit grauamen reſpe-
ctu temporis concernentis fauorem
27 filii, *& Rim. in d.conſil.50.* poſſet ſaluari,
quando non adeſſet huiuſmodi clau-
ſula, quod eo reſtituto ad gratiam bo-
na ſibi reſtituantur, *facit etiam Beret. in*
28 *conſil.133 num.4.* Accedebat prædictis,
quod etſi regulariter onus à legitima
reiiciatur, attamen hoc procederet,
quando filio relinqueretur tantum le-
gitimæ, ſecus ſi ſatis plus, vt (actum fue-
rat hic,) nam tunc tenebatur filius ac-
ceptare etiam onus in legitima, vel re-
ſtituere id, quod erat vltra legitimam
vna cum fructibus, *ita Cuman. in l.cohæ-*
redi, §.cum filio, num.2.ff.de vulga.& pupill.
ſubſtit. Boer. quæſt.44.num.16.Ceph.conſ.16.
num.56.lib.1.& conſ.153.num.92.lib.2. Rim.
iun.d.conſ.736.num.141.lib.7. Maluaſ.conſil.
117.num.3. Burſat.conſ.355.num.61. & latius
conſ.385. lib.3. vbi dixit hanc eſſe veriſſimam
opinionem, Ioſeph. Ludou. deciſ.Lucenſ.105.&
107. qui teſtatur hanc eſſe communem
opinionem, *Laderch.conſil.26.num.2.& 3.*
D.Andr. Fachin. lib.5. controuerſ.cap.96.ver.
ego vero. Menoch. in pluribus conſil.ab eodem
relatis in conſ.1141. vbi prædictos, & alios
cumulat, & dicit eſſe veriorem, & ma-
gis receptam opinionem, *& Magon. de-*
ciſ. Lucenſ.85. nam iſto caſu filius con-
29 queri non poterat, quod pater eum le-
gitime grauauerit, ſi plus ei reliquit,
30 quia non dicitur filius grauari in legi-
tima, quando habuit recompenſatio-
nem, *ad tex.in l.filiusfamilias, §.apud Mar-*
cellum, ff. de legat.1. & in l. Imperator, §.ſi
centum, ff.de leg.2. Fabia. in Auth. nouiſſima,
num.169. C. de inoff.teſtam. Imol.in l.2.col.8.
in fin.verſic.facit optime, quod habetur.ff de
condit. inſtit. Socin.iun.conſil.122. lib.1. Me-
noch.conſil.196.num.15.verſic.& his accedit,
lib.2. & comprobatur authoritate Ang. in §.
prohibemus, num.3.& 4.in Authent.de trien.
31 *& ſemiſſ.* cum dixit, quod quando pater
vult priuare filium vſuſructu omnium
bonorum, non habet aliud facere, niſi
inſtituere ipſum heredem vulgariter
in omnibus eius bonis, & alteri relin-
quere vſumfructum omnium bono-
rum ſuorum, quia non valebit reli-
ctum vſusfructus, & filius non poterit
dicere ſe grauatum in legitima, quod
eſt verum, ſubdit *Angel.* quando nuda
proprietas à legitima filii ſupraualet
32 tantum, quantum vſusfructus ſuæ le-
gitimæ, *& Angel. ſecuti ſunt Capoll. cautel.*
21.num.2. Iaſ.in d.Auth. nouiſſima, num.44.
Vinc.de Franch. deciſ.293. in fin. & Menoch.
d.conſ.1141.num.4.cum ſeq. vbi reſpondet Dd.

contrarium

contrarium tenentibus, eoq; magis id ſuaderi videbatur, quia expreſſe teſtator mandauerat, quod filius deberet etiam legitimam reſtituere, quo caſu te-
33 net grauamen, quia ſicut poſſet grauari in re propria, ratione eius, quod plus relinquitur, ita & legitima *Pedroch. d. conſ. 6. num. 40.* vbi etiam de magis com-
34 muni. In tantum, quod ſtante dicta expreſſa prouiſione, quidquid filius percepit de fructibus vltra legitimam, in eam imputatur. & hanc opinionem tenent *Anguiſc. Natt. Socin. iun. Curt. Caph. Alciat. Duran. Rub. Cuman. Gabr. Ludou. Sim. de Pret. & alij citati per Alex. Rauden. conſil. 38. n. 4. lib. 2. latiſſime Menoch. d. conſil. 1141. Maluaſ. conſil. 117. & nouiſſimè Peregr. conſil.*
35 *76. num. 5. lib. 4.* maxime ſtante clauſula adiecta in teſtamento (omni meliori modo) vt voluerunt *Mantic. de coniectur. lib. 7. tit. 10. nu. 103. Maluaſ. d. conſil. 117. Raud. qui alios allegat d. conſil. 38. num 5. lib. 2. & de*
36 *Analog. c. 19. num. 27.* vbi, quod ſtante hac clauſula, per indirectum prohibetur legitimæ detractio, & propterea concludendum videbatur, vel quod huiuſmodi onus, aut grauamen in legitima teneat, ex eo, quod ſatis vltra fuerat relictum, vel ſaltem, quod in legitima imputentur fructus percepti vltra legitimam, quibus imputatis filius ſatis vltra legitimam ſatisfactus fuerat, & conſequenter fiſcus erat excluſus; Et ſecundum prædicta iudicauimus die 17. Auguſti 1609. pro Vincentio Finochiato, & conſor. Nec obſtabat *Rim. in*
37 *dicta conſil. 50.* quia vltra quod ipſe tutus non fuerat in prędicta opinione, quinimo contrarium tenuerit *in conſil. 193. & conſil. 736.* attamen contra eum, ex prędictis aderat magis communis opinio *Dd. praallegat.*

SVMMARIVM.

1 *Contractus verba inſpicienda ſunt in aſſecurationibus, & num. 2.*
3 *Naues ſua habent nomina propria, & ad quid fuerit hoc inductum, numero 4. & 5.*
6 *Error nominis quando vitiat diſpoſitionem, Amplia, num. 7.*
8 *Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.*
9 *Aſſecurationis promiſſio non extenditur de vno caſu ad alium.*
10 *Aſſecurator dicitur fideiuſſor indemnitatis.*
11 *Obligationis verba ſunt strictè intelligenda. Amplia in fideiuſſionis contractu, n. 12. & 13.*
14 *Barcha diuerſa eſt à fregata, & num. 26.*
15 *Aſſecuratio, quid operetur circa diuerſitatem nauigij, & num 16.*
17 *Aſſecuratores nō tenentur, ſi merces transferantur in diuerſam nauim, & nu. 23.*
18 *Diuerſitas in qualitate vitiat ſtipulationem, & num. 19. 20. 21. 22. & 25.*
24 *Aſſecurationis contractus eſt vltro citroq; obligatorius.*
26 *Aſſecurator non tenetur, ſi merces diuersò tempore, & diuerſo viaggio vehantur, & num. 29.*
Idem eſt, ſi diuerſo itinere nauis dirigeretur, num. 30.
Vel ſi ſuper diuerſa naui, num. 31. 32. & 33.
27 *Argumentum valet de tempore ad rem.*

ARGVMENTVM.

Aſſecuratores qui conuenerunt de deferendis mercibus ſuper fregata, an teneantur, ſi fuerit barcha, quæ ob fortunam maris naufragata fuerit.

DECISIO CLXXXII.

INter alias aſſecurationes, quæ fieri conſueuerunt ab Illu[illegible]mo Sena-

 tu, pro

tu,pro aſportandis frumentis in hanc
Vrbem Panormi, facta fuit quædam
aſſecuratio pro certa ſumma oneran-
da ſuper fregata patronizata per Au-
guſtinum Vento,vel quemlibet alium
patronum, a quibuſdam mercatori-
bus,euenit caſus naufragij, & propter-
ea Senatus petebat ſummam aſſecura-
tam,& ita fuit per M.C.iudicatum:de-
uoluto proceſſu ad Conſiſtorium, di-
cebat Senatus quod ſententia debebat
confirmari,quia deuenerat caſus ſtipu-
lationis interpoſitæ per dictos aſſecu-
ratores,qui obligauerant in caſu cuiuſ-
uis periculi humanalis,vel diuinalis,&
caſus iam acciderat, ex eo,quod frega-
ta ſubmerſa fuerat cum toto onere;
Nec obeſſe videbatur, quod frumenta
onerata fuerint ſuper quadam barcha,
& non ſuper fregata,de qua conuene-
rant, prout ex parte aſſecuratorum
probatum fuiſſe aſſerebatur,quia vt ex
lectura contractus aſſecurationis o-
ſtendebatur, tanquam fregata fuerat
per contrahentes nominata, & pariter
depoſuerant nonnullli teſtes recepti
ad inſtantiam Senatus, in tantũ quod
1 verbis contractus ſtandum erat, *ad text.
in l.in conuentionalibus, ff.de verbor. obligat.
Santern.de aſſecurat.par.3.num.38.vbi dicit,*
2 quod forma aſſecurationis potiſſime
ponderanda eſt, *Rot.Genue.deciſ.25.nu.1.
& 2.& deciſ.102.num.5.& optime Starch.de
aſſecurat gloſ.19.* tum quia eadem erat in
3 nomine Sancta Maria, & ad hoc in-
ductum fuit,naues habere ſua vocabu-
4 la,vt certa nauis demonſtretur, ne er-
retur in corpore, *vt dixit idem Starch.de
mercat in tit.de naut.capit.2.num.23.par.1.
arg.l.Labeo,ff.de ſupelle.legat.l.ſi quis in fun-
di vocabulo.ff.de leg.1.Mandel.in conſ.410.nu.*
5 *13.& 14.* & conſtito de corpore, nulla
vis habenda erat, an nominetur bar-
cha,ſiue fregata *Mandel.conſ.120.& 134.*
6 *poſt Bart.in conſ.179.lib.1.* & error nomi-
nis non vitiat diſpoſitionem,ſi conſtat
de corpore,& indentitate *Bar.vbi ſupra,
& Alex.conſ.108.lib.7.D.Card.Tuſchus litera*
7 *C. concluſ.324.* eoque magis id ſuaderi
videbatur, quia adeo fuerat validitas
fortunæ, quod etiamſi fuiſſet quan-
tumcunque remigata, periiſſet *Salic.in
l.fin.§ ſi à conditione, ff ad Rhod.de iact.Me-
dic.de caſibus fortui.parte prima, q.10.*

Conſiſtorium iudicauit contrari-
um, nam aſſecurata fuerint frumenta
oneranda ſuper fregata, quæ modo
reperiebatur barca, ſeu tarquia, vt in
proceſſu plene conſtabat, merito de i-
ſto ſiniſtro Barcæ conuentio non lo-
quebatur, & aſſecuratores tantum te-
nebantur de caſu promiſſo,&non alio,
8 actus enim agentium non poterant o-
perari vltra eorum intentionem, *l.non
omnis,ff.ſi cer.pet.*&fortius in promiſſio-
9 ne aſſecuratoris, quæ non poterat ex-
tendi de vno caſu ad aliũ, *Rot.Genue.
d.deciſ.25 num.2.& 7.*vbi dicit, quod eſt
10 fideiuſſor indemnitatis, ideoque ſi in
11 obligationibus verba ſunt ſtricte in-
telligenda, *l.quicquid adſtringenda, ff de
12 ver. obl.* Id multo magis procedere de-
buerat in fideiuſſionibus,*ad text. in l.ſi
pignore, & ibi Bald. ff.de fideiuſ.* dicens,
quod obligatio fideiuſſoris eſt mul-
tum ſtricti iuris,& non venit in ea, niſi
quod expreſſis verbis declaratum eſt,
*Menoch.conſil.246.numero decimo, Caualc.
deciſ.5.numero 91.libro ſecundo*, dum volu-
13 erunt, quod in fideiuſſionib. non de-
tur

Digitized by Google

tur extenſio de caſu ad caſum, nec de re aliam rē, nec ex eadē, vel maioritate rationis, cū verba ſint ſtrictiſſime intelligenda, & eis ꝓhibeatur omnis ex-
14 tentio. Cum igitur Barcha, ſeu Tarchia ſit diuerſa in qualitate ab ipſa fregata, tū ex natura nauigii, quia fregata nauigatur cum remis, tū etiam, quia vtitur maiori quantitate hominū, obligatio ad eam non ſe extendebat etenim ob iſtas cauſas facilius poſſet euitare periculum fortunæ, & inimicorū, quod vtroq; carebat ipſa Barcha, ſeu Tarchia, deponebant multi teſtes in proceſſu,
15 multū enim intereſt, vel vna, vel alia nauigetur naui, vt in puncto *dixit Stracc. de aſſecurat. gloſ. 8. n. 2. ſubdens, quod ex quali-*
16 *tate nauigij*, vel faciliores, vel difficillores reddātur mercatores ad aſſecurandum, & ad hoc infert in puncto, quod ſi ſit facta aſſecuratio ſuper Naui Sanctæ Mariæ dell' Oreto, & merces poſtea transferantur de prædicta naui in aliam nauim, quæ poſtea ſit naufraga-
17 ta, aſſecuratores non tenentur de prædicto, caſu *per textum, in dicta leg. final. §. ſi à conditione, ff. ad legem Rhodiam de iactu, & l. item quæritur, §. exuicularius, ff. loc.* idque comprobatur optima ratione, nam di-
18 uerſitas in qualitate vitiat ſtipulationē. *ad tex. in leg. 1. §. ſi ſtipulanti, & § ſi quis ſimpliciter. vbi Alexand. Bar. Iaſ. & Socin. iunior.*
19 *ff. de verborum obligationibus*, & diuerſitas ſpeciei inducit etiam nullitatem ſtipulationis, *vt dixit Bartol. in leg. prima,*
20 *§. ſed mihi, & ibi Doctor. ff. de verborum obligationibus* quinimo diuerſitas Indiuidui vitiat ſtipulationē, vnde ſi promitto Stichum, & tu ſtipuleris Pamphilū,
21 vitiatur ſtipulatio, *vt in puncto tradit Iaſ. in d. §. ſi quis ſimpliciter. & in §. ſi ſtipulanti.* & eſt generale, quod ex diuerſitate rei
22 ſemper reſoluitur ſtipulatio, *vt dixit Bart. in d. l. 1. §. fin. ff. de verb. ob.* cum igitur aſſecuratio fuerit reſtricta ad frumenta oneranda ſuper fregata, & inde reperientur onerata ſuper Tarchia, vitiata
23 fuit ſtipulatio, *ad tex. in l. ſeruus, §. quicumque. ff. de leg. 1. Santer. de aſſecur. par. 3. ſub nu. 14. & 15. & faciunt dicta per Zaſ. in l. inter ſtipulantē, §. ſacram. ſub nu. 11. & 13. ff. de ver. obl. & idem Bar. ſub n. 5. Rot. Genue. d. dec. 3. n. 28. à Gam. deciſ. 181. Aluar. Valeſ. conſul. 64. nu. 5. Moli. de contract. diſp. 507.* maxime in contractib. vltro citroq; obligatoriis, pro-
24 ut erat iſte, vbi etiam quod nomen fregatæ appoſitum fuiſſet cauſa demonſtrationis, vel deſignationis, attamen ſi demonſtratio eſſet falſa deficere faciet ſubſtantiam contractus. *ad tex.*
25 *in l. ſi quis fundū, ff. de contra. empt. Bar. in l. demōſtratio falſa. & ibi Dd. ff de cond. & demonſt. idem Bal. in l. ſi ita ſtipulatus ſummam. per illum tex. ff. de ver. obl. quem refert, & ſequitur Santer. in ſimili de aſſecur. pa. 3 ſub n. 15. gur. d. deciſ. 104. n. 31. & ſeq & dec. 241.* & in caſu iſto verum erat dicere, q mercatores aliter nō erant cōtracturi ſuper Barcha,
26 quæ habebat faſcinas, nec vtebatur remis, & tanto numero nautarum, quanto opus erat producenda fregata *ad tex. in d. l. cum quæritur*, & ideo quia maius extabat periculum, cautius agendum erat, vel ſaltē cum difficultate, & maiori pretio, ſeu conſtito, & licet eadem, & vera fuerit, circa nomen, & circa patronum, vt ex aduerſo dicebatur *ad not. per Soc. in d. l. demonſtratio falſa. circa mediū,* attamen ſatis erat, quod demonſtratio falſa reddita fuerit in eo, de quo tota o-

rleba-

Digitized by Google

riebatur controuerſia, & nomen erat generale, & nihil operari videbatur, nec patronus erat neceſſarius, vt ex verbis contractus *ibi (patronizatam per patronum talem, vel alium quemcunq.)* Item
27 faciebat arguendo de tempore ad rem, quod validum eſſe dixit *Euerard. in mod.*
28 *argum. ad rem*, quod ſicut aſſecurator, qui promiſerat damnum ſuper naui, quæ erat apportatura merces tali tempore, vel primo viaggio, ſi aduerſo tempore, vel diuerſo viaggio merces vehantur, quæ poſtea naufragetur, non tenetur, *vt in ſpecie dixerunt Corn. conſ. 273. n. 17. & 18. lib. 1. Ruin. conſ. 65. n. 11. lib. 5. Rot. Genue. d. deciſ. 25. per totam, & deciſ. 40.* ſubdens, quod reſoluitur contractus aſſe-
29 curationis ob diuerſionem ad alia onerata, & ob nauigationem factam diuerſo tempore, quo fuit celebratus
30 contractus ſecuritatis, vel ſi nauis diriggeret curſum ad diuerſum portum, *vt dixit Ludouic. Lopez. de contract. lib. 2. cap. 16. verſ. porro etiam. (fol. mihi) 130.* Ita in ſimili dicendum erat in caſu iſto, vbi fregata erat de ſubſtantia contractus, & reperiebatur alia, quam aſſecurata. Quibus accedebat *caſus relatus per Pariſ.*
31 *in conſ. 47. ſub n. 38. cum ſeq. lib. 1.* vbi voluit, quod cum eſſet data commiſſio in Regno Siciliæ emendi frumenta, & tractas, & illa onerandi ſuper certis nauibus ſub nomine Marchionis Mantuæ, quod cum dicta frumenta fuerint onerata ſuper diuerſis nauibus, & ſine nomine Marchionis, & fuerint poſtea deperdita, quod debent ſtare periculo, & riſico onerantis non autem committentis, & optime conferebat *aurea deciſ. Iacob. de Graſſ. lib. 2. c. 111. n. 11. tit. de contract.*

aſſecurat. vbi dicit, quod ſi Titius conuenit cum Seio de differendis merci-
32 bus in vna naui magna, & firma, ſuper qua ſit promiſſum periculum, ſi poſtea merces differantur ſuper naui deteriori, quæ poſtea ſubmerſa ſit, aſſecurator non tenetur ſoluere valorem mercium imo lucratur conſtitutum ſeu pretium aſſecurationis per dolum aſſecurati, *Santer. d. par. 3. n. 14. cum ſeq. à Gam. deciſ. 181. Velaſ. d. conſul. 64. num. 5. & 7. Molin. de contract. diſput. 507. ſub num. 5. Ludouic. Lopez. vbi ſupra verſ. hinc illucidata manet (fol. mihi) 131.* qui vnanimiter concludunt, quod ſi fuerunt aſſecuratæ merces onerandæ ſuper tali naui, quæ poſtea periit, ſi merces non ſunt vere oneratæ, ſuper illa naui, aſſecuratio non debetur, & contractus reſoluitur, & cum à ſententia prædicta Senatus reclamaſſet, idem per nos determinatum fuit de anno 1608.

SVMMARIVM.

1 *Pœna mitior exequi debet inter plures à diuerſis iudicibus indictas, & num. 3.*
2 *Maior ſumma minor ineſt.*
4 *Fauore rei iudicandum eſt in dubio.*
5 *Pœna mitior in criminalibus accipienda eſt, & num. 9 contra num. 6.*
7 *Alciat. lib. 9. Parag. cap. 14. impugnatur. Intellige num 8.*
10 *Tex. in l. diem proferre, § ſi plures arbitri ff. de recep. arbit. declaratur remiſſiue.*

ARGVMENTVM.

Quid iudicandum ſi tres iudices in diuerſa vota, tres differentes pœnas intulerint?

DECISIO CLXXXIII.

Ex tribus ordinariis Iudicibus Curiæ Straticotiali Ciuitatis Meſſanæ co-

Digitized by Google

næ eorum quilibet in reos inquiſitos differentem tulerat condemnatoriam ſententiam, vnus ſcilicet ad remigandum per quinquennium; Alter vt à Ciuitate per idem tempus exularent; Aliis vero, vt tantummodo per annum in exilium accederent, cumq; ob id eorum vota nullatenus conuenire viderentur,
1 fuit propterea proceſſus transmiſſus ad M.C. & me referente, in mitiorem pœnam inclinatum extitit *ad tex. in l. diem proferre. §. ſi plures arbitri, ff. de recep. arb. vbi quærit ibi Iuriſc.* ſi ex tribus arbitris vnus quindecim, alius in decẽ, tertius in quinq; condemnet, cuius ſententiæ ſtetur. & Iulian. ſcribit, quinque debere pręſtari, quia in hanc ſum-
2 mam omnes conſenſerunt, *& ſubdit gl.* nam maiori ſummæ minor ineſt, *l. inter pares. ff. de re iudic. & ibi Iaſ. & tex. in cap. 1. eod. tit. de arbi. in 6. Surd. in conſ. 452. nu. 73. lib. 3. Gemi. Lanfran. de arbitr. q 12. Laderch. conſ. 173. vol. 2.* & melius *in d. §. ſi plures, decidit additio*, dum ait, quod ſi ex ſex Iu-
3 dicibus, duo pecuniarum ſententiam pronuntiant, duo autem in exilium mittunt, duo tamen capitis damnant, non vtiq; media, quæ eſt exilii, ſed minima ſequenda eſt, quoniam non ſunt plures, qui capite, vel exilio condemnant; quam qui pecunia, non inquam grauior eligẽda, quia mortem inflixit, nec media, ex eo quia iam fuit excluſa grauior, ſed illud reſtat vt relatio fiat inter mediam & minorem, quam demum minorem præſtare *ex Doct. reſponſis colligitur.* Hæc *addict. præalleg.* & hoc idem expreſſe determinat *tex. in cap. 1. de*
4 *arbit. in 6.* eiusq; ratio eſſe poteſt, quia fauore rei iudicandum eſt, *ad tex. in d. l. inter pares, vbi Dd. &* in terminis conclu-
5 dit *Alc. in lib. 9. Parerg. capit. 14.* dicens in criminalibus humaniorẽ interpreta-
6 tionẽ accipiendam eſſe, licet ipſe mediam opinionem accipi debere arbitretur, quem impugnat *Cuiac. lib. 2. ob-*
7 *ſeru. c. 16.* & vt dixi habemus ad hoc *text.*
8 *expreſſum* & ea forte in ciuilibus procedere poſſet, ſecus autem in criminalibus, vt expreſſe ſentit *Teſſau. in dec. 1. n. 10, 13. & ſeq.* quo caſu ea ſententia eſt ampleƈtẽda, & executioni mandanda, quæ
9 reis ipſis æquior ſit, prout in caſu, de quo agebatur concluſum fuit, quia iſti inquiſiti fuerunt miſſi in exilium per annum de menſe Maii 1608. *Ad intell.*
10 *huius tex. vide Garſ. de ex penſ. c. vlt. nu. 8. & Alb. Galeot. in ſua margarita. cap. 12. n. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Prag. Regis Alfon. de cenſib. dat executionem paratam contra poſſeſſores rei cenſui ſubiecta.*

2 *Exceptio realis ſolutionis tantum admittitur aduerſus executionem cenſus iuxta formam Bullæ.*

3 *Executio cenſus iuxta formam Bullæ, an competat contra poſſidentem rem iure familiaritatis, & num 4. ratio, num. 5. & 6.*

7 *Hoſpites, & famuli poſſident iure familiaritatis.*

8 *Inquilini, & commodatarij an poſſideant iure familiaritatis.*

9 *Statutum de detinente, & poſſidente, non comprehendit detinentem, & poſſidentem alieno nomine, ratio, n. 10.*

11 *Maritus poſſidet bona Vxoris iure familiaritatis. Amplia etiamſi fructus percipiat. n. 12. Item amplia ſi per maritum bona fuiſſent Vxori reſtitutæ conſtante matrimonio, n. 18.*

13 *Poſſeſſio arguitur ex fructuum perceptione. Limita, num. 14.*

Mm 15 *Ad-*

15 *Adminiſtratio rerum vxoris pertinet ad maritum, & num. 16.*
17 *Text. in l. qui iure familiaritatis, ff. de acq. poſſ. declaratur.*

ARGVMENTVM.

Maritus poſſidens bona vxoris reſtituta conſtante matrimonio, an dicatur poſſidere iure familiaritatis?

DECISIO CLXXXIIII.

1 PRagmatica *Alfonſi Regis. de cenſibus,* tribuit executionem paratam contra poſſeſſionem rei ſubiugatæ, in tantum, quod non poteſt opponere, niſi
2 exceptionem realis ſolutionis, *vt latè diximus in eis Annotationibus ſub commentario Petri Gregor.* Hinc non ſemel dubitatum fuit in his Tribunalibus, ſi diſpoſitio prędicta comprehenderet poſ-
3 ſidentem iure familiaritatis, & vt plurimum negatiuè iudicatum extitit, prout ipſe ſemper determinaui, nam conſtitutio ipſa intellectũ fuit, quando talis poſſeſſor, ſiue detentor detineat aliquo titulo ſingulari pro ſe, & ſibi nomine ſuo, ſecus autem ſi nullo titulo ſingulari detineat, ſed iure familiaritatis poſſideat, tũc enim contra eum
4 vti detentorem via executiua procedi
5 non poſſet, ex quo potius dicitur detineri, quam detinere, *vti dixit Paul. de Caſtr. in l. qui iure familiaritatis, ff. de acquir.*
6 *poſſ.* & ij non poſſident ſibi, ſed illi, cuius familiaritatis iure vtuntur, *ad text. in l. generaliter, l. quod meo, ff. de acqu. poſſeſſ. & vtrobiq; notant Dd. c. cum veniſſent, vbi Canoniſtæ extra. de reſtitut. ſpoliat. Pet. de Greg. in d. comment. quæſt. 6. num. 13. & ibi num. 85. allegaui concordantes, & maximè Bart. in l. & habet. § hoſpites, ff. de precar.* vbi loquitur etiam de hoſpitante, & de famulis,
7 *Curt. iun. conſ. 108. num. 26. & 28. & conſ. 100.*
8 *num. 4. cum ſequent.* qui tractat de inquilinis, & commendatariis, qui ad eorum vtilitatem poſſident, de quibus loquitur *Regia Pragmatica, Bald. in l. contractus, C. locat. Caualcan. de vſufruct. mulier. num. 102. & optimè Florianus in l. communi diuidundo. § neq; colonis, ff. comm. diuidun.*
9 vbi dicit, quod verba ſtatuti, ſi quis reperiatur tenere, & poſſidere, non comprehendunt eum, qui alieno nomine tenet, quia iſti fructus non percipiunt,
10 quorum ratione cogi poſſunt, *Milan. deciſ. 3. num. 68. vbi latè lib. 2. Burſat. conſilio 303. num. 2. volum. 3. & nouiſſimè D. Anton. de Bald. Doctor eximius ſuper d. Pragm. quæſt. 7.*
11 & propterea maritus, qui poſſidet bona vxoris, dicitur poſſidere iure familiaritatis, *vt dixit Milan. in d. deciſ. 3. nu. 128.* ſubdens ita pluries fuiſſe iudicatum, & iudicaſſe *Surd. conſil. 572. num. 18. Burſat.*
12 *d. conſil. 303. num. 2.* quod procedit etiamſi ex fundo fructus perciperet, *d. l. qui iure familiaritatis, vbi expreſſe Alexand. notat,* & limitat regulam illam, quod ex fructuum perceptione arguatur poſ-
13 ſeſſio, vt non procedat, quando iure fa-
14 miliaritatis id actum eſſet, *& ſequitur Peregrin. in conſil. 76. num. 3. volum. 2.* vbi infert, quod in rebus vxoris, & paraphernalibus, quorum adminiſtratio
15 ad maritum pertineret, abſolutum eſ-
16 ſe, non maritum, ſed vxorem poſſide-
17 re, *per illum textum cum ſua materia,* quæ generaliter procedit in omnibus perſonis, in quibus familiaritatis ratio conſiderari poſſet, *vt per Socin. conſil. 131. col. 1. lib. 1. & poſt Bart. & alios Fab. de Anna conſ. 116. num. 2. cum ſeq.* Quinimò admitteretur

Digitized by Google

18 teretur etiamſi bona ipſa fuiſſent per maritum vxori reſtituta conſtante matrimonio, *vt notanter dixit Capic.deciſ.46. num.4.* & ita ego iudicaui pro Philippo Luci, contra Petrum Lapecia de anno 1606. & fuit aliàs iudicatum pro Don Vincentio Nalellis, contra Petrum Pizzingha.

SVMMARIVM.

1 *Inſtantia non perit, ſi adſit impedimentum ex parte aduerſarij.*

Idem ſtante ſtatuto, num.2.

Limita vbi impedimentum poſſit de facili ſubmoueri, num.3. & 4.

Item limita, ſi non interueniat proteſtatio, num.5. Intellige, num 7. Contra num.8.

Item limita in prima inſtantia, num 6. Contra num.9.

10 *Inſtantia in cauſis ſummarijs currit à die præſentationis memorialis, vel commiſſionis Principis, num.11.*

12 *Lis non conteſtatur in cauſis ſummarijs.*

13 *Litis conteſtatio ex quo actu in cauſis ſummarijs inducatur.*

ARGVMENTVM.

Inſtantia an currat, ſit adſit impedimentum ex parte aduerſarij.

DECISIO CLXXXV.

CONſiſtorium in cauſa Mariani, & Alexandræ Agliata iugalium, cō-
1 tra Sigiſmundum Platamone, declarauit inſtantiam non peremptam, cum per cauillationes, & ſubterfugia aduerſarii, cauſa protelata fuerit, prout idem per nos fuit in iudicio reclamationis determinatum, *ad text. & ibi gl. & Dd. in c. venerabilis, de iudic. & tex. in l. ſi cum ipſe, ff. de excuſat. tut. vbi Nicolaus de Neapoli in ſummario, & Bart. & Bald per quem text. idem dixerunt in ſpecie Marant. in ſpecul. part.5. limit.11. num. 30. Iaſon. in l. properandum, num.2. de iudic. Granat. in addit. ad Veſt. lib.6. cap. fin. litera P. num.25. Cumian. ſuper Rit.88. num.64. Roland. conſ.82. num.7. vol.4.*
2 *vbi ex Bald. in d. l. ſi cum ipſe.* ait, quod ſi ex forma ſtatuti cauſa debet terminari intra tres menſes, & aduerſarius cauſa teſtium producendorum, quos dicit habere in longinquis partibus petit dilationem, quæ vltra tres menſes extendatur, quòd non obſtante ſtatuto, cauſa etiam poſt tres menſes erit decidenda, & alios allegat, ſubdens hanc eſſe communem Dd. ſentētiam, quam etiam ſecuti fuere, *Rim. iun. conſil.139. vol. 2. Aſin. etiam de communi in ſua praxi. §. 2. cap.7. Eugen. in conſ.175. Roger. in conſil.24. lib.2. Crauett. conſil.833. lib.5. Rauden. deciſ. Piſan.10. nu.11. Gail. obſeruat.91. num.9. lib.1. Ludou. deciſ. Peruſ.36. par.1. Zuccard. conſ.37.* & hæc opinio, quicquid aliqui ſentiant, eſt indubitata. Nec obſtabant tres limitationes, quæ aduerſus concluſionem prædictam fuerant allegatæ, quarum altera erat, quod minime procedat vbi impedimentum poterat
3 de facili ſubmoueri, & pars fuerit in culpa, *ad not. per Crauett. conſ.270. num.3. poſt Roman. Socin. iun. in conſ.117. lib.2.* cum regulare ſit in omni caſu, quod cui ſu-
4 peruenit impedimentum, ſi poteſt illud tollere, & non tollit, non poterit ſe iuuare ex allegatione d. impedimenti, *ſecundum Affl. in conſtit. lit. n.23. verſ. quod lib.2. Surd. conſ.8. n.25. lib.1. Fel. in terminis in d. c. venerabilis, n.4. & 7. circa fi. verſ 3. limit. de iudic. Natt. conſil.32. num.15. & 16. lib.1. Capic. deciſ.11. Rimin. iun. in conſil.115. num. 50. & 54. vbi allegat Menoch. & alios.* Altera, & ſecunda adducebatur limitatio,

quando infra tempus expeditionis
5 cauſæ, nulla fuerat per partẽ facta proteſtatio, quia tunc inſtantia ſemper currit, non obſtante impedimento, *ita Crauett. in d. conſ. 270. n. 3. Pedem. deciſ. 12. n. 7. & 8. Natt. d. conſ. 32. n. 15. & 16. Dec. conſ. 677. n. 3. Rim. iun. d. conſ. 116. num. 50. cum ſeq.* Tertia, & vltima limitatio erat, quia
6 non procedebat in prima inſtantia, ſed in iudicio appellationis, *Felin. in d. c. venerabilis, nu. 9. & 10. Soc. conſ. 31. n. 9. & 11. lib. 1.* Nam dictum fuit, quod prima, etſi vera ſit, cæterum ex facto excludebatur, quia apparebant nonnullæ deciſiones articulorum, & præſentationes variarum ſcripturarum, per quas conſtare videbatur de diligentia adhibita; Ad ſecundam dicebatur, quod cum impedimenta fuerint notoria per acta publica non erat aliter neceſſaria pro-
7 teſtatio, cum inſeruiat tantum, vt probetur impedimentum adfuiſſe, & diligentiam feciſſe impeditum pro eo remouendo, *vt dixit idem Crauet. in loco ex aduerſo citato, dum reſpondet Iaſoni contrarium tenent. Dec. conſ. 356. verſ. non obſtat, Rui. conſ. 138. nu 5. lib. 5. Eugen. conſ. 75. nu. 15. Rauden. d. deciſ. 10. n. 11. Scrader. de feud. par. 6. cap. 2. nu. 43.* quin in hoc coſtituit regulam generalem. Item fuit allegata in contrarium communis opinio, *de qua*
8 *per Aſin. in d. §. ſecundo cap. 7. Natt. conſ. 172. n. 17. Crauet. d. conſ. 833. num. 2. Mar. Anguiſſ. conſ. 241. num. 2. Lancell. Gall. conſ. 111. nu. 36.* vbi teſtatur de magis communi. Et demum ad tertiam limitationem reſpon-
9 debatur, quod in contrarium erat opinio communis, quia omnes fere Doct. in principio allegati, loquebantur in prima inſtantia.

Non omittam, quod in cauſa prędicta, in qua ſummarie procedebatur iuxta cõmiſſionem Excellentiſſimi Proregis, & ſi non fuerit aliter neceſſarium diſcutere punctum ex ſupra dedu-
10 ctis; tamẽ fuit habitum pro vero, quod inſtantia currere inceperat a die præſentationis memorialis, *vt per Milan. deciſ. 20. num. 32. in 1. parte*, vel commiſſio-
11 nis Principis, *vt ſubiungit D. Mut. ſuper Rit. 96. num. 15.* nam in cauſis ſummariis, vbi
12 lis non conteſtatur, quilibet actus qui
13 in ordinariis non poteſt fieri niſi lite conteſtata, operatur litis conteſtatiouem, *vt dixit D. Octaui. Corſet. in quæſt. Forenſ 15. lib. ſecund, & ita ſeruamus.*

SVMMARIVM.

1 *Pater quando dicatur dotare filiam de bonis proprÿs tantum, & nu. 5. & 6. Amplia. nu. 7.*
2 *Copula (&) quid operetur, & n. 4.*
3 *Paternum officium eſt dotare filam, non maternum.*
8 *Mater interueniens cum patre in dotatione filia, cenſetur fideiuſtrix, Amplia, numer. 9.*
10 *Dotatio facta filia de bonis paternis, & maternis, quid operetur.*
11 *Filia renuncians in dotatione portioni paterna, & materna ſibi praiudicat.*
Intellige, nu 12.
13 *Filia non dicitur conſentire dotationi ſibi facta, ſi agat ex contractu dotali.*
Idem ſi agatur ex contractu meticuloſo, numer. 14.
13 *Ratificatio non inducitur ex contractu meticuloſo.*
16 *Filia non obſtante renuntiatione facta in actu dotali, poteſt agere ad bona materna Amplia accedente enormiſſima laſione. n. 17.*
Idem ſi facta fuiſſet per filiam patri, numer. 18.

Digitized by Google

19 *Renunciatio facta per filiam minorem non valet.*

20 *Minor in Regno non poteſt contrahere ſine authoritate iudicis, vel curatoris.*

21 *Cautela pro validitate renunciationis remiſſiuè.*

22 *Pater non poteſt authorizare filiam in cauſa propria, & num. 26. Amplia, num. 23. Contra num. 24. Intellige, num. 25.*

ARGVMENTVM.

Pater quando dicatur dotare filiam de bonis paternis, & maternis, & quando renunciatio facta per filiam dotatam ſit valida?

DECISIO CLXXXVI.

1 Pater dotando filiam de bonis paternis, & maternis, de propriis tantum dicitur dotaſſe, *ad textum, in l. fin. vbi Doctor. C. de dot. promiſſ. Surd. conſil. 192. n. 2. Bald. Nouell. de dot. par. 6. priuileg. 6. Menoch. conſ. 169. num 54. & lib. 3. præſump. 16. Caroc. in tract. de patr. fil dotan. quæſt. 9. poſt tract. de excuſſ. Peruſ. deciſ. 21. num. 16. par. 1. Turet. conſ. 2. nu. 8. lib. 2 Myſing. obſeru. 85. cent. 6.* qui omnes teſtantur hanc eſſe communem concluſionem ex illa ratione,
2 quia quando copula (&) cadit circa ea, in quibus poteſt conſiderari charitas, & affectio, tunc dicta copula deſignat ordinem charitatis, non autem diuidit, nec ſeparationem facit, licet aliàs copula ſoleat vnicuique æqualiter actum attribuere, *l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duob. reis.* ſed in patre ita dotante cadit
3 affectio, & charitas ergà filiã, per quam leges voluerunt paternũ eſſe officium filiam dotare, non autem maternum, *ad text. in l. qui liberos, ff. de rit. nupt. l. filiæ, ff.*
4 *de leg. 3. & d. l. fin. C. de dot. promiſſ.* ergo dat ordinem tantum, non autem diuiſionem inducit, *vt optimè dixit Peruſ. in d. deciſ. 21. num. 16.* niſi ſaltem in ſubſidium
5 (hoc eſt,) ſi bona patris non ſufficiant fauore filiæ, *ad text. in l. neq; mater, C. de iur. dot. Bald. Nouell. in d. priuileg. & ſequuntur omnes Docto. vt dixit Peruſ. in loco citato,*
6 *num. 24.* idque procedit etiamſi dixiſſet in dotatione de bonis filiæ, *vt dixit Bald. Nouell. d. priuileg. 6. Surd. d. conſ. 192. à n. 29.*
7 *vſq; ad 33.* hocq; indubitatum eſt, quando pater non expreſſit, quod de bonis propriis dotabat mille, & aliam mille de maternis, *ad not. per Neuizan. conſil. 16. n. 8. D. Tuſchum in concluſ. 779. & 780. Peruſ. d. deciſ. 21. ſub num. 27. & Maſcard. de probat. concluſ. 115. per totam.* In tantum, quod ſi
8 pater, & mater promitterent dotes pro filia, tunc mater cenſetur intercedere vti fideiuſtrix, & pater vti principalis, ex quo ei incumbit onus dotandi. *Bald. Nouell. d. par. 6. priuileg. 3. Ioan. Lup. in rubr. de donat. inter virum, & vxor. colum. 6. Crauett. conſil. 77. num. 2. & ſequent. Roland. conſ. 64. num. 6. lib. 1. Surd. conſil 290. n. 19 & in tract. de aliment. tit. 6. quæſt. 17. num. 15. cum ſequ. Pedemont. deciſ. 44. num. 7.* adeo quòd ſi
9 mater ſolueret, poſſet maritus cogi per vxorem actione negotiorum geſtorum ad reſtituendum ſibi dotes, *Alex. Raud. deciſ. 3. num. 9.* Ex quibus dicebat Donna Laurea Ruſſitto, quæ vti vna ex filiis ab inteſtato ſuccedens, agebat ad medietatem ſucceſſionis maternæ, *per text. in l. mater filij, l. ſacratiſſimi, & per*
10 *tot. tit. ff ad SC. Tertull.* quod ei minime obſtare videbatur dotatio prædicta, *ad not. per Peruſ. in d. deciſ. 21. num. 16. Dec. conſ. 346. quem refert, & ſequitur Cephal. Barz. in deciſ. 88. num. 18.* Nec obſtabat, quod in
11 dicto contractu dotali aderat dotatio facta de ſcutis bis mille cum renuncia-

Digitized by Google

tione in forma pro omni,& quocunq;
iure ſucceſſionis paternæ,& maternæ,
& in eorum defectu, ſuper bonis do-
tantis,& propterea dos videbatur con-
ſtituta etiam proportione ſibi compe-
tente ſuper bonis matris ex pluribus
allegatis *per Maſcard.d.concluſ.1155.n.18.re-
probando opinionem Bal, Nouell.contrariũ te-
nentis.Menoch.conſ.370.nu. 29.& 42.lib.4.
Sur.d.conſ.192.n.8.& 30.* Nam dictum fuit,
quod prædicta opinio procederet,
12 quando filia dotationi prædictæ con-
ſenſiſſet, cum pater non poſſit etiam
inuitus dotẽ conſtituere de bonis ma-
ternis, & eiuſdem filiæ, vt poſt omnes
retulit *idem Maſcard. d. concluſ.1155. nu.23.
Crauet.conſ.84.n 6.Peruſ.d.deciſ.21.n 32.&
13 ſeq.Vinc.de Anna alleg.88.n.5.* & conſenſus
in caſu, de quo agebatur, non poterat
dici adhibitus exigendo cenſum dota-
tum, & ex venditione ipſius, nam di-
ſponendo de rebus ei dotatis, non di-
citur ratificare contractum, prout di-
citur de eo, qui recipit pretium quod
14 conſequitur vigore contractus meti-
culoſi per eum facti, *vt dixit Bal.in l.3.nu.
4.C. quod met. cau. poſt infinitos Lanar.conſ.
33.n.1.& Sur.conſ.513.n.42.vol.4.* Itẽ neq;
ex venditione facta præſente viro, ad
cuius manus peruenerunt pecuniæ,
quia ſtante metu,nulla poterat induci
15 ratificatio,vt poſt alios dixit *Hond.conſil.
23.& 29.* Neq; obſtabat renuntiatio fa-
16 cta per filiam in dicto contractu dotali,
quia ea non obſtante petere poterat
bona materna præcipua, *vt dixit Anchar.
in cap.quamuis.de pact. in 6.Doct. modern in
l.ſtipulatio hoc modo concepta,ff.de verbor.ob-
lig.Afflict.deciſ.178. vbi refert ita fuiſſe bis iu-
dicatum, quos refert Pariſ.conſ.80.nu. 4. & 5.
17 lib.3.* Item, quia continebat enormiſſi-
mam læſionem,vt in facto conſtiterat,
*Anchar.conſ.39.Dec.conſ.180.num. 2.cum ſeq.
& conſ.379.n.3.Cepha.conſ.642.nu.81. Surd.
conſ.393.nu.42.Maſcard.concluſ.1076. nu. 7.
Caual. commun. contra commun. lib.1. quæſt.
115.num.4.Eugen.conſ.2. & conſ. 29.* maxi-
18 me facta per filiam patri, *ſecundum Ceph.
in d.conſ.642.n.105.& 106. Hond. d. conſ.29.
nu.15.cum ſeq.* Inſuper dicta Donna Lau-
rea tempore renuntiationis erat mi-
nor, quo caſu etiam cum iuramento
19 renunciatio facta non valet, *vt tenent
Abb.conſ.107.volu.2. Gabri.comm.opin.lib.3.
tit.de iur.dot.n.8.& 11.Rol.à Val.conſ.7.n.43
cum ſeq.vol.3.* qui dicit magis commu-
nem,&veram dicit *Ioan.Sicar.in conſ.ma-
trimon. 10.per totum*, maxime in Regno,
20 *vbi ex Cap. Imper. Carol.78.* non niſi cum
authoritate Curatoris,vel Iudicis con-
trahere poteſt, *Milan.deciſ.12.n. 1.par.1.D.
Card. Tuſchus in verb. Renuntiatio. concluſ.
181.n.38.cum ſeq. vol.6.* vbi dat cautelã pro
21 validitate renuntiationis,nec authori-
22 tas patris in cauſa propria aliquid ope-
rari videbatur *Abb.conſ.40.in fi.lib.2.Gra-
tia.dec.d.per totam, D.Tuſchus in conclu.565.
in ver.Authorizate,n.5.cum ſeq.& concl.678.
n.6.cum ſeq.& de magis cõmuni teſtatur Clar.
in §.donatio, q.6.nu. 7.* vbi ait ab hac opi-
nione non eſſe recedendum in iudi-
cando,maxime vbi conſtaret de læſio-
23 ne,vt dictum eſt, *& licet Marc. Ant. de A-
24 mat.in dec.46.* teneat ſatisfactum fuiſſe
25 illi ſtatuto ex authoritate patris, cæte-
rum ibi interuenerant alii duo cõſan-
26 guinei; Item magis communis erat in
contrarium.Et propterea de menſe A-
prilis 1609. declarauimus contractum
nullum, & condemnauimus conuen-
tam

Digitized by Google

tam ad ſupplendum dotes habito reſpectu ad quantitatem ſucceſſionis maternæ, non confirmando ſententiam Magnæ Curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata pendente articulo an appellatio recipienda vel non, eſt nulla, & n. 3. Amplia nu. 2. Intellige, n. 16.*
Item amplia ex prorogatione partium, num. 4. & 5.
6 *Articulus an appellatio debeat admitti, non poteſt terminari ſimul cum cauſa principali. Ratio, nu. 7.*
8 *Lapſus termini aſſignati, an praiudicet in nullitate.*
9 *Iudex poteſt ſtatuere terminum parti ad exhibendum ſcripturas ſub pœna priuationis audientia, & num. 11. & 12. Amplia, n. 10.*
13 *Cognitio, an appellatio ſi admittenda, cui competit remiſſiue.*
14 *Pendentia cauſa, quando dicatur, & numer 15.*
17 *Sententia ferri poteſt ſuper exceptione, & nu 19.*
18 *Sententia debet eſſe conformis petitioni.*
20 *Iudex non tenetur decidere ſuper exceptione.*

ARGVMENTVM.

Sententia lata pendente articulo, an ſit nulla, & quid ſi facta fuerit iniunctio ad exhibendum ſcripturas, & non fuerunt praſentata?

DECISIO CLXXXVII.

1 NVllitas ſententiæ latæ per Tribunal Conſiſtorii pro Donna Anna de Luna, & Oſorio, contra Paulam Blaſini fundari videbatur, quia prolata fuerat pendente articulo, ſi appellatio debuiſſet admitti, vel non. *ſecundum Bar. & omnes in l. 1. in fin. C. quorum appella. non recip. Doct. in capit. cum cauſam, de re iudic. Aret. in conſ. 20. in 2. dubio. Paul. de Caſtr. in conſ. 28. num. 5. libr. 1. Crauet. conſil. 103. num.*
2 *5. volum. 1. Magon. deciſ. Lucenſ. 37. numer. 7.* ſubdens hoc procedere, etiamſi appellatio admiſſa fuiſſet quatenus, & in quantum, &c. *Natt. conſ. 566. nu. 6. Decian. reſp. 77. n. 9. vol. 5. idem Crauet. conſ. 657. nu.*
3 *13. li. 4.* nam vbicunq; pendet articulus præiudicialis, eo indeciſo ſententia eſt ipſo iure nulla, *vt poſt Crauet. & alios tradit Decian. in citato reſpon. 77. & Menoch. conſ. 301. n. 39. cum ſeq. vol. 4.* nec etiam ex
4 prorogatione partiũ ſuper cauſa principali procedi poſſet, niſi prius termi-
5 nato articulo, non n. cenſentur renũciaſſe articulo, niſi id expreſſe appareat, *vt poſt multos dixerunt Mynſing. obſeru. 79. centur. 3. Magon. d. deciſ. 37. in 7.* In tantum, quod huiuſmodi articulus ſi ap-
6 pellatio debeat admitti nec ne, nõ poſſet ſimul terminari cum cauſa principali, ſed omnino deciſionem cauſæ præcedere deberet, nam deciſo articu-
7 lo, quod appellatio admittatur, competũt appellato defenſiones, quę poſtmodum fieri debent, alias iuſtitia denegaretur *ſecundum Crauet. & Caſtrenſ. in locis præallegatis.* Dicebatur ex aduerſo, ꝙ articulus prædictus non pendebat in Conſiſtorio, ſed in M.C. vbi fuerat incuſata contumacia, & p̃ſentatæ ſcripturæ ad inſtantiam dictæ de Biaſini, & arbitrantes Aduocati Donnę Annę ſcripturas fuiſſe p̃ſentatas in Conſiſtorio, ibidem cum contrario effectu reſponderunt, & exinde volentes ꝓcedere ad expeditionem cauſæ fuerunt perquiſitæ prædictæ ſcripturæ, & ex quo, vt dictum

ctum eſt, non fuerant præſentatæ in
Conſiſtorio,neque ibi incuſata contu-
macia,fuit facta iniunctio de mandato
ipſius Tribunalis ipſis aduerſariis, vt
exhiberent ſcripturas ad finem deci-
dendi articulum prædictum, quibus
non præſentatis in termino, prout ne-
que præſentari poterant, recte fuerat
proceſſum ad expeditionẽ cauſæ, quia
ratione contumaciæ, effecti fuerant
8 indigni illo articulo, & aſſignatio ter-
mini per iudicem erat peremptoria,
& proinde eos excludebat, *ad text. in l.*
ex conſenſu, §. fin. ff. de appellat. Doctor. in cap.
conſuluit, de offic. delegat. vbi Felin. num. 17.
Bart. in l. 2. ſub num. 2. & 3. C. de eden. vbi
9 quod iudex poteſt ſtatuere terminum
parti ad exhibendum ſcripturas, alias
quod non audiatur, & ſi non parit, pri-
uari poteſt commodo ipſarum ſcri-
pturarum, *idem dixit Cagnol. in repet. l. dif-*
famari, num. 8. verſ. 3. probatur, vbi extendit
10 etiam in vnica monitione, prout erat
caſus iſte, & facit fidem *Cagnol. in d. l. 2.*
num. 71. & 72. C. de eden. D. Petr. de Greg. de
iudic. cauſ. feudal. quaeſt. 25. nu. 3. qui omnes
11 dicunt, quod priuatur commodo ſcri-
pturarum non præſentatarum, & pro-
inde erat, ac ſi articulus non fuiſſet prę-
12 ſentatus, & pro non admiſſo habetur,
vt voluit Turret. in conſ. 3. num. 16. lib. 2. eo q;
magis, quia ſcripturæ præſentatæ fue-
13 rant in M. C. iudice incompetente in
dicto articulo, *vt Licè examinauimus, in*
deciſ. 167. & ſic non poterat affirmari,
14 quod adeſſet articuli pendentia, *ad tex.*
in clem. ſecunda, vt lit. penden. Ferret. conſ. 25.
col. 1. in prin. ante n. 1. Lancell. de attent. a. c. 4.
in præfat. n. 52. & per actus geſtos coram
iudice incompetente, nunquam dici-
15 tur cauſa pendere. *Angel. conſil. 195. col. 2.*
Lancellot. vbi ſupra, num. 5. & ſequent. & id-
eo non obſtabant Crauett. Caſtrenſ. &
16 alii ex aduerſo citati, quia loqueban-
tur, quando articulus penderet coram
eodem iudice, vbi pendebat cauſa
principalis.

Minus obſtabat, quod poterat de-
terminari articulus ex contrario effe-
ctu præſentato per d. Donnam An-
nam in Conſiſtorio, cum ſuper exce-
17 ptione poſſit ferri ſententia ex addu-
ctis *per Caualc. in deciſ. 19. nu. 15. & 16. lib. 1.*
Bero. conſ. 108. in fin. vol. 2. Contard. de momen.
poſſ. limit. 24. num. 27. nam dictum fuit,
quod *Dd. præalleg.* loquebantur ſuper
illa concluſione, quod ſententia debet
18 eſſe conformis petitioni, verum ſi à pe-
titione actor, & reus diſcedunt, & ſu-
per exceptis, & replicatis faciunt capi-
tula, petitiones, & probationes, tunc
ſententia lata ſuper proſecutis dicitur
recte lata, quia ſuper exceptione po-
19 teſt ferri ſententia, quando ſumus in
actione reali, & ſic ad finem, vt ſenten-
tia valeat, & quando eſt ſuper vtraque
parte diſcuſſum, & adeſt petitio acto-
ris, & exceptio rei, & ſic Dd. ibi ſuppo-
nebant adeſſe ſcripturas actoris ſuper
petitione, cui ſi non conuenit ſenten-
tia, ſed ſuper exceptione rei, vt quia di-
cit (abſoluatur, & liberetur,) valet alia
ſententia, quia fieri poteſt, quæ omnia
ceſſare videbantur in caſu iſto, & for-
tius hoc procedebat, quia iudex non
20 tenebatur decidere ſuper exceptione,
ad text. in cap. 1. de ordin. cognit. & Dd. in l. 1.
C. eod. tit. Bero. d. conſil. 108. ſub num. 18. vol. 2.
& ſecundum prędicta iudicauimus de-
clarando ſententiam validam de men-
ſe Apri-

Digitized by Google

ſe Aprilis 1609. & idem fuit iudicatum pro Don Vincentino Naſellis, contra Baronem Bucherii, quia inter alias nullitates adductas in articulo inter eos pendente, allegabatur, quod fuerat proceſſum ad prolationem ſententiæ pendente articulo, & datus fuerat ſimilis terminus.

SVMMARIVM.

1 *Officiales per annum tantum conſtitui poſſunt. Ratio, num. 4.*
Et vltra ambientes puniuntur, num. 2.
Idem eſt in Regno, num 3
5 *Officialium mutatio in Regno fit in primo Septembris.*
6 *Officiales reformari non poſſunt vno reluctante.*
7 *Electio officialis fieri non poteſt ad beneplacitum per Baronem.*
8 *Barones non poſſunt ſubſtituere alios ad beneplacitum.*
9 *Officiales debent vacare per biennium, & num. 10.*
11 *Officiales abſoluti à ſyndicatoribus poſſunt ad aliud officium promoueri in ſequenti anno. Contra num 12.*
13 *Officialis Baronis quando poſſit ob delictum ab officio remoueri, & num. 15.*
Limita num. 14.
16 *Officialis propoſitæ accuſatione non debet officio priuari. Et quando, n. 17 & 29.*
Et an debeat ab officio ſuſpendi, n. 18. & 30.
19 *Suſpenſio officij, quid operetur.*
20 *Baro non poteſt ſuſpendere officialem ſuum ab officio, & num. 22. Limita num. 25. & 26.*
Intellige, num 28.
21 *Magna Curia in Regno cognoſcit de exceſſibus officialium. Limita, num. 24.*
23 *Magna Curia in Regno tranſmittet ſyndicatores ad ſyndicandum officiales Baronum, ſi non habent merum, & mixtum imperium.*
27 *Appellationum cauſa à Syndicatoribus Baronum deuoluuntur ad M. C.*

ARGVMENTVM.

Officialis Baronis an poſſit conſtitui vltra annum; vel ad beneplacitum, & an durante anno poſſit ſuſpendi ab officio?

DECISIO CLXXXVIII.

1 Officiales non niſi per annum conſtitui valent de iure communi, *ad tex. in l. neminem, C. de ſuſcep. lib. 10. & l. 1. C. vt omnes iudices*; quinimo vltra am-
2 bientes puniuntur, *ad tex. in l. 1 C. ad l. Iul. de ambit. idemq; conſtitutum habemus in Re-*
3 *gno per conſtit. Occupatis, & c. Alfon. 29. fol. 129 & c. 469. fol. 246. Boer. deciſ. 149. nu 4.*
4 *Vinc. de Anna alleg. 16.* & mutatio fieri de-
5 bet in primo Septembris, *ex cap. 417. fol. 230.* ratio eſſe poteſt, vt ſubditis ſatis fiat, ſi quid damni, vel iniuriæ fuerit iis illatum ab officialibus, *vt dixit Andr. in d. conſtit. & nonnullæ referuntur per Capiblan. de authorit. Baro pragm. 5. num. 4. Mar. Mut. ſuper d. cap. 29 num 2. & Carol. Tapp. in d. conſtit. num. 6. de quibus alibi latius dice-*
6 *mus deo dante, vbi melius cadet*; In tantum, quod nec etiam reformari poſſunt vno reluctante *ad not. per Vincent. de Fran. deciſ 609. D. Carol. Tapp. in d. conſtit. Occupatis, Capiblan d. pragm 5. n. 67.* & propterea non ſemel inſtantibus Syndicis Vniuerſitatum fuerunt per nos expeditæ prouiſiones, quod ſeruentur per Barones Capitula Regni; & maxime,
7 quando expediunt electiones per annum, & infra ad beneplacitum, quia ſemper fuerunt reuocatæ, *ad not. per Vinc. de Franch. in deciſ. 439. in pr. Boer. deciſ. 149. Franc. Marc. deciſ. 19. ſecunda parte, Capiblan. in d pragm. num. 139. & pragm. 5. n. 7. D. Carol. Tapp. in pragm. 5. Carol. fol. 107. n. 1.*
8 Item quando ſubſtituunt alios ad be-

Digitized by Google

neplacitum, eo quod poſſunt eos ad nutum reuocare, quia neq; hoc admittendum erit, *vt notat idẽ Capiblan. ſub n. 8.* Item quando illos finito anno adminiſtrationis officii in vna Ciuitate, vel Terra, eligunt Capitaneos, ſeu Iudices
9 in alia Terra, vel Ciuitate, quia debent vacare per biennium, *ex ca. Alfon. 31.* ſindicentur per Sindicatores electos *iuxta formam Conſtitu. pragmatica. & capit.*
10 *Frideric. 31.* licet hoc male ſeruetur in Regno, quia vt plurimũ finito officio, admittuntur ad aliud, quaſi per viam ſucceſſionis, *ad text. in l. ſecunda, de mun. & hon. lib. 10. Franch. deciſ. 264. n. 2.* ego ta-
11 men crederem, quod ſi officiales poſt ſindicatum fuerint per Sindicatores abſoluti, poſſent ad aliud officium promoueri, cum ſignificata ſit cauſa finalis, ne ad aliud admittantur, & ita iudicauimus in M. C. de menſe Auguſti 1609. pro Capitaneo Terræ Notariæ, qui anno præcedenti exercuerat officium Capitanei in Ciuitate Caſtellionis, & fuerat per Sindicatores abſolutus, *eoq; magis ſtante prag. 16. ſub tit. de Cap. & alijs Official. Reg.* vbi prohibet tantum ante ſindicatum, *licet Vincent. de Franch.*
12 *in deciſ. 479. num. F. quem refert, & ſequitur Rouit. ſuper d. prag. 5. numero ſecundo*, hoc non admittant etiam finito ſindicatu in eadem Terra. Hinc infertur, quod
13 officialis Baronis electus per annum iuxta formam ſupradictorum Capitulorum Regni, non poterit pro delicto commiſſo in officio remoueri, niſi poſt finitum officium *ad text. in l. magiſtratus, ff. de iniur. Bart. in l. ſi finita. §. cum furioſi, ff. de tutel. & ration. diſtrahen. quẽ ſecuti ſunt Affl. in conſti. Statuimus n. 45. in princip. & num. 48. Baiard. ad Clar. quæſt. 73. nu. 46. & idem Clar. quæſt. 16. num. 6. Carouit. ſuper Rit. 49. & 295. Pariſ. de Put. de Sindica. in verb. accuſatus num. 1. D. Scipio Rouit. ſuper prag. 5. de Baron. num. 1. Cumi. de Sind. cap. 17. num. 10. nouiſſime Anton. de Bal. de Sindic. officia. q. 3. num. 8. & expreſſe diſponitur per duo Cap. Regis Alfon. 364. & 365.* hoc tamen minime procederet in grauibus exceſſi-
14 bus *ad text. in l. 3. C. de offic. præf. prat.* ita vt pro omni cauſa, qua veniret officio priuandus, exemplificando, *prout tradunt Doctor.* in ſtrupro, adulterio, barattaria, inobedientia, vel etiam negligentia in arduo delicto, & ſimili, poterit
15 ab officio remoueri, proſequi, & conueniri non expectato fine anni, vel ſindicatu, *l. iubemus C. ad leg. Iul. repetun. Affl. in conſti. Statuimus num. 58. verſ. 6. Fallit. Franc. Marc. in deciſ. 207. p. 1. Capic. deciſ. 121. vbi plura per Maſul. in addit. Capiblan. in d. prag. 5. num. 37. & 38. late Pariſ. de Put. de Sindic. in verb. accuſatus. cap. 1. fol. (mihi) 113.* vnde, & ſi propoſita accuſatione, vel proſe-
16 cutione officialis non ſit priuandus, quia titulus criminis non facit eum re-
17 um, *l. fin. C. de accuſat.* ſed ſententia inde ſecuta, *l. 3. C. de ſuſp. tutor.* ſi tamen ex informationibus aliquid ſubſtantiale commiſſi criminis apparuerit, poterit
18 ab officio ſuſpendi, ſed nõ priuari *iuxta doctrinam Bar. in l. libertus. §. in quæſtionibus,*
19 *ff. ad Municip. & de Incol.* quæ ſuſpenſio non priuat ipſum iuriſdictione, ſed officii adminiſtratione *ad tradita per D. Vinc. de Franc. in ſua notab. deciſ. 8. Anton. de Ball. lib. 6. q. 3. de ſindica. D. Ioan. Andr. Georg. alleg. 42. n. 21. Cancer. varia reſol. c. 12. n. 210. cum ſeq. par. 2. Cabal. 77.* & ita indies iudicamus, fuit tamen orta magna dificul-

Digitized by Google

tas, an Ill. Princeps Caſtellionis potue-
20 rit ab officio ſuſpendere ſuum Capitaneum ſtantibus extorſionibus, de quibus pleniſſime conſtiterat per infor-
21 mationes, & fuit concluſum, quod nõ, quia hoc ſpectabat ad M.C. quæ in Regno cognoſcit de exceſſibus officialiũ, *ex conſt. Magiſter Iuſtitiarius, vbi Iſer. & Affl. Anton. de Ball. lib. 6. crim. quæſt. 8. de ſindicat. in pr. & Vinc. de Franc. deciſ. 274. & 407. & melius deciſ. 409. in pr.* vbi ait, quod quando infra annum Barones remouent
22 officiales, illos prohibent, niſi ex iuſta cauſa per Sacrum Regium Conſilium examinata, *Capiblan. ſuper d prag. 5. ſub nu. 38. & dixi in deciſ. 147. nu. 24.* eo maxime,
23 quia Excellentiſſimus Prorex cum Magna Curia tranſmittunt Sindicatores ad ſindicandum officiales, *ex capit. Alfon. 363.* eſt bene uerum, quod in cauſa prædicta, viſo proceſſu per Magnam C. fuit confirmata ſuſpenſio facta per
24 Principem, quæ tamen omnia minime procederent, quando Baro haberet merum, & mixtum imperium, qui
25 in caſibus ſupra enumeratis poterit officiales ſuos ab officio ſuſpendere, *ad not. per Anto. de Ball. in loco præalleg. & facit Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci, ſeu ſuſpendere. n. 2. in fin ff. de offic. proconſul. verſ. id eſt coram eo, qui habet merum imperium. Mier. par. 2. collatio. 9. capit. 25. n. 21 & poſt Curt. Iun. not. Rol. à val. conſ. 48 nu. 32. vol. 2.* vbi dicit, quod vbi agitur de corrigendo
26 officialem alicuius vaſalli, & ſic domini inferioris, primo loco punitio ſpectat ad dominum inferiorem tanquã cauſam immediatam, quæ ſemper plus attenditur, quam mediata. *ad tex. in l. ſi mulier. ff. rer. amot. & nouiſſime ſequitur Cancer. in loco citato n. 237.* licet appella-
27 tionum cauſæ à ſententiis ſindicatus Baronũ introducantur ad M.C. & non ad iudices primarum appellationũ Baronum. *ex Cap. Regis Mart. 19. & 47. de quo vide Anto. de Ball. lib. 6. de ſindica. officia. q. 8.*

Non tamen omittam dicere, quod etſi Baro non habens merũ & mixtum imperium non poſſit ab officii adminiſtratione ſuſpendere officialem pro
28 delictis in officio cõmiſſis, poterit tamen contra eum formare inquiſitionem, & procedere ad carcerationem, *ex Farina. in tit. de carce. q. 27. num. 5. & ſeq. libr. 1.* & ita paſſim ſeruatur in hoc Regno: Cumq; fuiſſet de hoc vltimo dubitatum in M. C. pro Barone Terræ Linguegroſſæ, qui Capitaneo ab eius officio ſuſpenſo, & in contumaciam bannito, aliũ creauerat, ex quo ob receptam pecuniam diſſimulauerat non inquirẽdo in atrociſſimo crimine, fuit per nos reſolutum, quod etſi ſuſpenſio
29 in ſe ꝓ dotali delicto fuiſſet legitima, *ex traditis per Parrid. de Put. in verb. durante officio. c. 2. n. 12. & 13. Amad. de Sindica. num. 242. Foller. ſuper pragm. de ſodom. nu. 45.* ea
30 tamen fieri minime potuerat per ipſũ Baronem, ſed conſtito in tantum de delicto, procedere ad carcerationem, & inde tenebatur tranſmittere proceſſum ad M. C. & certiorare de delicto, vel ſtante fuga procedere ad banni ſententiam, prout poſtea fuit tranſmiſſus, & pendet cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Dos retineri poteſt per filios, non reddita adminiſtratione per matrem tutricem.*

Contra num.10.11. & 13. Ratio ibidem, & quid ſi renuntiauit omni legum auxilio ſub num.13.

2 *Mater tutrix præſumitur ſibi ſoluiſſe de dote.*

3 *Pupillus poteſt agere contra tutorem pro bonis deſcriptis in inuentario non diſcuſſa adminiſtratione. Amplia in Regno ſtante cap. Rit.102.num.4.*

5 *Executio conceditur contra adminiſtratores pro bonis inuentariatis.*

6 *Exceptio compenſationis admittitur contra matrem agentem ad dotes.*

7 *Dos liquida non poteſt retineri, per debitum tutelæ illiquidum:*

Amlia num 8.& 9.

11 *Tutelæ computum poteſt pluries peti per pupillum.*

14 *Fructus indebiti extenuant ſortem, & n.15. & 16.*

17 *Creditor non obſtante adiudicatione poteſt ob euictionem redire ad primaua iura.*

18 *Sententia lata in iudicio executiuo non facit rem iudicatam.*

19 *Euictio ſecuta, quando dicatur in iudicio executiuo, & num 20.*

20 *Euictio debet denuntiari Venditoribus. Et quando dicatur remiſſa, num 22. & 23.*

ARGVMENTVM.

Mater tutrix an poſſit agere ad dotes non reddito computo tutelæ, & quando denuntiatio requiratur in euictione?

DECISIO CLXXXIX.

DVm ageret Don Blaſcus Corbiuo, pro reſiduo dotium debitarum Donnæ Dianæ Valguarnera ſuper bonis Don Caroli de Septimo eius viri, ſe opponebat Ill. Marchio Giarratanæ citatus in hoc iudicio quatenus ſua putauerit intereſſe, quod minime audiri debebat, quandoquidem vti tutrix, quæ hereditatem filiorum prædi-
1 cti Don Caroli adminiſtrauerat, com-
2 putum legale non reddiderat, & præſumitur ſibi ſoluiſſe de iſta sũma, prout fecerat de reſiduo, *vt per plura concludit Socin. Sen. in conſil.126.in 1.dubio, lib.1.quod eſt duplicatum in conſil.180. lib.2. Dec.conſil. 349.num.10.Bero.conſil.37.num.8.lib.2. Rol. latiſſimè conſ.17.lib.4.Decian.conſ.64.nu.15. & 22.lib.3.Additio ad Salic.in l.mater.in liter. B.& C. in quib.cauſ.pign.vel hypot.Anna ſing.214. & ibi Fab. in addit. Pedroc.conſ.35. num.74.D.Ioan.Andr.de Georg.alleg.36.n.6. & ſeq. Surd.conſ 290.num.33. de magis communi teſtatur Gratia deciſ.179. num.2.* ſubdens ita fuiſſe deciſum *Petr. Molign. in tract. de retentio, q.41. & idem tenet Caſpar. Baez.de decim.tut.præſtan.c.4.n.44.* maxime quod debitum pupillorum erat liquidum ex maxima quantitate bonorum in inuentario deſcriptorum, pro
3 quibus pupillus poterat agere contra tutorem, etiam non diſcuſſa totius adminiſtrationis ratione cum alias non daretur executio, *ex Socin. ſen.conſil.24. num.36. lib.1. de magis communi Benint end. deciſ 90.& poſt alios ita pluries fuiſſe deciſum*
4 *teſtatur Surd. deciſio.184.* quæ opinio in Regno non habet difficultatem *ſtante cap.102.* per quod conceditur executio contra adminiſtratorem pro bonis in-
5 uentariatis, *vt tenet Cumi. ſuper Rit.19. num.78. D. Marius Muta, ſuper Rit.114.numer.14. & in conſuetud 50. num.71. Bongior.*
6 *ſuper d. c.102. num. 6.* quinimo poſſet opponi compenſatio contra matrem agentem ad dotes, *ex doctrina Bal.conſ.99. n.3.ver.teſtamentum, lib 2.Signorol.conſ 49. col.2. verſ. item. Fulgoſ.conſ.196.& conſ.201. Caſtr.in conſil.270. in 2.dub. lib.1. D.Cardin. Tuſchus in litera C.concluſ.490. n.14. vol.1.*& contraria opinio poſſet procedere in debito illiquido, cum nõ debeat dos liquida

7 quida per debitum tutelæ illiquidum retineri, *vt expreſſe firmat Turet.in d.conſ. 60.num.18.lib.1.& conſ.93.num.7.lib. 2. Molignat. d. tract.nu.40.fol 30.verſ.ex his igitur. D.Ioan.Andr.de Georg.in d.alleg.36.nu. 10.& Rimi.conſ.156.nu.14. lib. 2.* maxime ſtante
8 iuramento.*Decian.in conſ.94.nu.14.& 15. Caual.de tut.& cur.nu 215.* quod eo magis
9 ſuaderi videbatur in caſu iſto, vbi ceſſabat fauor mulieris, ne impediretur matrimonium, quia mater iam erat mortua,& iudicium tentatum reperie-
10 batur per hæredes. Dicebatur ex aduerſo, quod contrariam opinionem tenuerunt *Ang.in §.item propter litem. inſti.de excuſ.tuto. Neguſ.de pigno. in 1. memb. 5.par.n.36. vbi reprehendit Soc. in loco ſupra citato,per tex.in l vnica.§. taceat, ff.de rei vxor.actio.ibi,(ſed nec retentio datur in dote,)* & ſecundum hanc opinionem pluries ſe iudicaſſe, & iudicatum vidiſſe teſtatur, *Alex.conſ.94 vol.4. Caual.de tut.& cur. num. 119. vbi pariter iudicatum fuiſſe refert Guttier.de tutel.lib.2.capit 9.n.52. Munoz. de Eſcob.de ratiocin.adminiſt.cap. 1.ſub n.27. Minad.conſ.5.n.16. Decia.conſ.99.n. 13. lib.2. Vini.deciſ.317. Pute.deciſ.146. lib.1. Turret.in conſ.60.nu.19.lib.1.& fuiſſe deciſum refert D. Muta ſuper d. Conſuetud. Panor 59. n.71.* & ratio ſupradictæ concluſionis eſt, quia mater petit dotem,ſicut creditrix, ſiue vt quidam Sempronius creditor, & filii petunt bonorum ſuorum rationem à ſua matre tãquam tutrice, vnde cum quilibet vno nomine ſit creditor,& alio nomine ſit debitor, & non repræſentent eandem perſonam in credito, & debito, non habet locum compenſatio,ac per conſequens retentio, quæ idem eſt, & fortius in caſu de quo agebatur, vbi adminiſtratio tutelæ reddita fuerat Don Garſiæ de Septimo olim Marchioni,& vni ex hæredibus,nec alii coheredes habebant intereſſe, quia tota quaſi adminiſtratio dependebat ex fructibus Marchionatus.

Conſiſtorium cenſuit veriorem o-
11 pinionem eſſe illam *Angel.Neguſantij,& cæterorum*, & ſic quod mater tutrix admittatur ad petendum dotes, nam etſi ratio nõ eſſet bene reddita,adeo quod
12 iterum reddi debuiſſet *ſecundum Rolan. conſ.6.num.61.lib.1.Menoch.de arbit.caſ.209. n.37.& ſeq.Monta.de tutel.c.38.n.133.* ſatis erat, quod pro modo non appareret debitrix, ex quo illud requirebat altiorem indaginem,& conſequenter condemnauit conuentos ad ſoluendum reſiduum prædictatum dotium, ſed cũ fuiſſet ab ea reclamatum,idem nos te-
13 nuimus circa audientiam, idemq; pluries in Regno iudicatum habuimus, maxime reddita ratione, licet non legitime, prout ex aduerſo prætendebatur, vel vbi mater non renuntiaſſet omni legum auxilio,quo in caſu ſufficere cautionem determinauimus in alia cauſa,*adnot.per Moligna.d.q.41.qui has Dd. controuerſias conciliare conatus fuit.* Eſt tñ verum quod circa merita reformauimus ſententiam prædictã, abſoluendo conuentos,prout per M. C. fuerat determinatum,quia in prædicto computo tutelæ apparebat, quod ſibi exegerat quolibet anno ſcutos mille quadringentos pro fructibus dotium, & nihilominus pro maiori parte ipſarum ſibi adiudicauerat multa bona,& reditus hæreditarios dicti Don Caroli, &
14 ſic fructus non poterant aſcendere ad

Digitized by Google

tantam ſummam,in tantum,quod extenuarunt ipſo iure ſortem, & capitale dotis, *ad text. in l.ſi non ſortem.in princ. vbi Bart. & alij.ff. de condic. indebit. Surd. deciſ. 328. num. 14. part. 2. D. Marchio de Pont. in ſuo conſ.70.n.25. Turret.conſ.64.num.5.lib.1.* ideoq; ſecundum citatos DD. tantum
15 peti poſſet, quantum ſupereſſet ſorte deductis vſuris, lex enim fingebat ſor-
16 tem fuiſſe ſolutam, & ita fuiſſe iudicatum aliàs retuli, *in addit.ad Pet.de Greg.de cenſib. quæſt.10.num.17.* Nec obſtabat, quod redditus adiudicati fuerant eui-
17 cti, & propterea heredes redire poterant ad primæua iura, *Surd.conſ.345.& deciſ.266. Fab. de Anna conſil.35.num.12.&*
18 *latiſſimè conſil.90.* quia dictum fuit redditus non poſſe dici euictos, ex quo ſententiæ latæ fuerant in iudiciis executiuis, in quibus non poterant dici ſuccubuiſſe, cum non faciant rem iudicatam, *ex Roman.conſ.36.Bologn.in l. qui*
19 *Romæ,§.duo fratres. de verb. oblig.* quod ſecus eſſet,ſi ratione dominii euicti repe-
20 rirentur. *Soc.conſ.199.num.8.vol.2.* maxime, quia vt plurimum in his iudiciis executiuis, vel defectu extremorum,
21 vel aliàs ſolet partes ſuccumbere.Item euictio prædicta non fuerat denunciata conuentis, *vt poſt alios dixit Roder. de*
22 *ann. reddi. lib. 2. quæſt. 20. num. 23.* & licet ſtante clauſula ordinaria dicatur remiſſa,tamen ex æquitate ſemper fieri debet ad effectum,vt venditor poſſit adducere iura ſua, & de illis inſtruere emptorem. *Rebuff. de dilat. art.5 gl.vnica,*
23 *n.40.tom.3. Anchar.iun.q.36.* In tantum, quod actores agnoſcentes in hoc iudicio non bene fundatum fuiſſe euictionem, principaliter ſe direxerunt in M. C. ſuper declaratione euictionis ſecutæ, prout in caſu prædicto fuerunt per nos reſeruata iura, de menſe Martii 1609.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio ordinata iuxta formam teſtamenti, ſeu fideicommiſſi paterni valida eſt,num.4 6.& 19. Ratio,num.2. Amplia etiam in contractu,num.8.*

3 *Diſpoſitio ſecundum cedulam exiſtentem penes perſonam religioſam valet.*

5 *Expreſſa per relationem, dicuntur in ſpecie expreſſa.*

7 *Fideicommiſſum ordinatum ſecundum teſtamentum paternum ſuſcipit nomen à patre.*

9 *Fideicommiſſum fieri poteſt in contractu ex veriori opinione. Amplia in donatione, num.10.& 12. Amplia, num.13. & 14.*

11 *Fideicommiſſum omnium bonorum,excepta certa ſumma,dicitur particulare.*

15 *Fideicommiſſum, quæ bona comprehendat.*

16 *Verba in donatione poſita ſingula ſingulis referenda ſunt,& num 17.*

18 *Fideicommiſſum eſt odioſum,*

20 *Filius acceptando hereditatem paternam ſibi non præiudicat,in legitima.*

21 *Clauſula (ad exhibendum) adiecta in donatione ſiue fideicommiſſo, quid operetur,num.23.24.25 & 26.*

22 *Relatum eſt in inferente cum omnibus qualitatibus ſuis, & quando.*

27 *Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia debet æqualiter determinari.*

28 *Legitima requirit expreſſam diſpoſitionem.*

29 *Legitima filio incorporata, nullum habet priuilegium.*

30 *Legitima comprehenditur ſub generali bonorum hypotheca.*
Item & ſub renunciatione ſucceſſionis delata,num 31.
Item & ſub ſimplici alienatione,num.32.
Item ſub generali ſucceſſione, num 33.
Item ſub generali bonorum filij publicatione, ſi eſt quæſita,num.34.

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum an poßit conſtitui per relationem, & quid in contractu, & an ſub eo comprehendatur ius legitima.

DECISIO CXC.

De iure clariſſimum eſt, quod non ſolum inter viuos, ſed etiam per
1 teſtamentum, poteſt quilibet diſponere de eius bonis iuxta formam teſtamenti, vel fideicommiſſi paterni, vel alterius cuiuſcunque ſine vitio captatoriæ voluntatis, quia huiuſmodi
2 diſpoſitio non pendet ex futuro arbitrio alieno, ſed ex arbitrio alterius iam declarato, *ita notabiliter dixit Peregrin. de fideicommiß. art. 33. n. 61. Alex. conſ. 81. col. 2. lib. 6. Dec. conſil. 362. & conſil. 497. Socin. iun. conſ. 75. lib. 3. Simon. de Pret. li. 2. de interpret. vlt. volunt. 4. dubit. 3. ſol. 2. num. 230. cum ſeq.*
3 *Gabr. concluſ. fin. de teſtam.* vbi de eo, qui diſpoſuit, vt cedula, quæ eſt penes Guardianum Sancti Franciſci, & quotidie in Regno practicatur in relictis
4 iuxta Rollum Andreæ de Nauarro, expreſſa enim per relationem dicuntur
5 expreſſa in ſpecie, ac ſi in referente fuiſſent inſerta, *D. de Pont. in conſ. 2. n. 26. & ſequent. Milan. deciſ. 2. num. 81. & ſequent. lib. 2. Gabriel. d. concluſ. fin. Farinac. conſil. 3.*
6 & iſto caſu filius non dicitur proprie nouum inducere fideicommiſſum, ſed tantum paternũ fideicommiſſum extẽdere, etiam in bonis propriis, *D. Card. Tuſch. in verb. fideicommiſſum. concluſ. 343. num. 21. Dec. conſil. 362. verſic. ex quibus, & d. conſ. 479. num. 3. & 4.* oſtendit, quod iſto
7 caſu fideicommiſſum ſuſcipit nomen à patre, non à filio, quia filius non fecit nouum fideicõmiſſum, ſed antiquum oſtendit, & vt dixi, nedum hoc fieri poteſt per teſtamentum, ſed etiam in
8 contractu, nam quidquid dixerit *Menoch. in conſ. 85. 323. & 769.* vera, & magis
9 communis opinio eſt, quod fideicommiſſum poſſit fieri in contractu, *vt teſtatur Surd. conſ. 247. nu. 3. lib. 2. & conſ. 375. num. 21. lib. 3. Peregr. de fideicommiß. artic. 1. num. 16. & artic. 51. num 2. Sfor. conſ. 39. n. 15. & 16. qui allegat Crauet. Ceph. Mart. & Rol. à Val. conſ. 48. Petr. Ant. à Petr. de fideicomm. quaſt. 2. Fab. de Anna conſ. 39. Honde conſ. 42. nu. 44. lib. 2. Rot. Rom. deciſ. 488. par. 1. Paul. Leon. de ſubſtit. verſ. cuius iuris, num. 100. Viu. deciſ. 516. n. 5. & ſeq. & alij infiniti per eos re-*
10 *lati*, maxime in donatione, prout erat caſus, de quo agebatur, vbi particulari ratione fauoris exercentis liberalitatem permittitur fieri fideicõmiſſum, *ad text. in l. quoties, C. de donat. quæ ſub mod. Viu. d. deciſ. 516. nu 5. & ſeq. qui allegat Bald. quem ſecuti ſunt omnes citati Dd Alex. Raud. var. reſol. 49. n. 188. & num. 194.* in qua quidem donatione, etſi donentur omnia bona, verum cum adſit reſeruata ſumma, pro qua donans poterat diſponere,
11 fideicommiſſum dicitur de re particulari, *Caſt. conſ. 324. in princ. lib. 1. Iaſ. conſ. 251. lib. 2. D. Cardin. Tuſchus d. concluſ. 343. num. 1. & hoc caſu etiam Menoch. ex aduerſo relatus in citatis conſ. admittit*, in contractu con-
12 ſtitui poſſe tale fideicommiſſum, & ex eo magis, quia donatarius erat præſens,
13 & receperat pro abſentibus. *Bar. Ang. Iaſ. Alex. Curt. & Oſaſc. quos refert. Pereg. ar. 51. nu. 11.* ſubdens ita ſeruari in practica, &
14 pariter interuenerat iuramentũ, *ſecundum eum, & Theſſ. deciſ. 225.* Et propterea his ſuppoſitis pro veris, prout vera eſſe nos fuerat concluſum, dubitatum fuit, ſi in fideicommiſſo prædicto comprehende-

hendebantur etiam propria, adeo
quod locus poſſeſſus per Vincentiam
la Caua potuerit ſubiugari in illis vn-
tiis triginta duabus annalibus iuxta
formam Bullæ debitis Don Petro Ci-
nami, habenti ius, & cauſam à ſubiuga-
tario, & pro parte ipſius dicebatur,
quod etſi Ioannes Franciſcus Infingha
in illa donatione donaſſet omnia, &
ſingula bona ad eum ſpectantia tam
ſuo proprio, quam hæreditario nomi-
ne ſui patris adiecto fideicommiſſo,
prout conſtitutum fuerat per eius pa-
trem; cæterum *ex clauſula ibidem appoſita*
(Ad habendum, vendendum, alienandum,
&c.) præſupponendum erat, quod vo-
15 luerit fideicommiſſo ſubiicere bona
patris per eum poſſeſſa, & quod pro-
pria remaneret diſpoſitio libera ad a-
16 lienandum, & vendendum, *ad not. per*
Cephal. conſ.16.n. 54. & 65. quia verba in
donatione contenta, erant ſingula ſin-
gulis referenda, prout de iure fieri de-
bet, *l. quoties, C. famil. erciſcund. cap. cum ſin-*
gula. de præbend. Surd. conſ.524 n.10. & ver-
17 ba, & clauſulæ contractus aliquid ope-
rari debent, nec eſt cenſendum, quod
ſint otioſa, etiamſi eſſent impropriam-
da, *Surd. ibidem, n.4.* maxime, quia con-
18 tra fideicommiſſum ſemper pronun-
tiandum erat. *l. Lucius, §. tres hæredes, ff. ad*
Trebellian. Brun. à Sol. poſt alios in compen.
reſol. in ver. fideicommiſſum. nec obſtabat
19 relatio ad teſtamentum, in quo nulla
aderat poteſtas alienandi, quia, vt di-
ctum eſt, procederet, quoad bona vin-
culata per teſtamentum, & non alias,
ad trad. ta poſt alios per Becc. conſ.101. nu.77.
& ſeq. maxime in legitima, & trebellia-
nica quæ ipſi competebant ex ſucceſ-
20 ſione paterna, in qua ex acceptatione
hæreditatis ſibi non præiudicauerat,
vt poſt omnes dixerunt Mant. ic. de coniect. lib.
7. tit. 10. ſub num. 18. Milan. deciſ. 8. num. 495.
par. 1. Facbi. lib. 12. contro. cap. 7. & 8. Sed in
21 contrarium dicebatur, quod d. clauſu-
la nihil operari poterat, quin dicantur
omnia bona fideicommiſſo ſubiecta,
quia erat relatiue poſita ad teſtamen-
tum patris ex verbis immediate ſubſe-
quentibus, videlicet *(illis modo, & forma)*
& ibi (ſub illis vinculis,) & ibi (ad quod teſta-
mentum in omnibus, & per omnia habeatur
relatio.) ex quibus deducebatur illa
concluſio, quod quando aliqua ſcri-
ptura, ſeu inſtrumentum, aliquid di-
22 ſponit, & ſe refert ad aliud inſtrumen-
tum, tunc ſi in inſtrumento relato non
reperiatur ea, quæ aſſeruntur in refe-
rente, ſemper attenditur relatum &
non referens, etiam quod referens
reddatur inutile, *Amat. in deciſ. 49. per to-*
tam poſt alios Menoch. conſ. 1. n. 95. lib. 1. Alex.
conſ. 82. lib. 6. quod procedit etiam in
confeſſione relatiua *ad not. per Maſcard.*
concluſ. 382. Farinac. quæſt. 81. num. 351. lib. 4.
Item dicebatur, quod huiuſmodi ver-
23 ba cenſeri debebant appoſita potius
de ſtilo notarii, quam ex voluntate
contrahentium poſtquam aduerſari
videbantur verbis ſubſequentibus, *ibi*
(illis modo, & forma,) quæ non erant ver-
ba de ſtilo notarii, ſed pacta apponi ſo-
lita, quando ita inter partes expreſſe
fuerat conuentum, ideoq; in propriis
terminis dicunt *Docto.* quod quoties ex
24 huiuſmodi clauſula *(ad habendum, &c.)*
inſurgit aliqua aduerſatio, ſiue contra-
rietas, tunc talia verba contraria cen-
ſentur appoſita ex imperitia, & capite

nota-

Digitized by Google

notarii, & nihil operantur, *vt optime*
tradit Rimin.iun.conſ.834.num.17.in fi.lib.7.
Odd.Sfor.conſ.49.nu.16.& 17.Marzar.conſ.
39.n.5.Sim.de Pret.lib 3.ſolut.vlt.n.21.Gabr.
conclu.1.n.24.& 32.& de fideicom.Corbol.de
priuat.ob alienat.lim.3.n.2. Itē dicta clau-
25 ſula operari poterat in caſibus neceſ-
ſariis,&de iure permiſſis,quando alie-
natio fieret inter vocatos, vel durante
vita grauati, vel pro dote,& ſimilibus,
vt dixit Oſaſ.in deciſ.164.num.14 & ſeq.&
melius in conſ.8.num.80.& ante eum Decia.
conſ.239.ſub n.8.& 9.& Ceſ.ex aduerſo alleg.
in d.conſ.16.num.52.& ſeq. vbi iſto modo
conciliat poteſtatem alienandi cum fi-
deicommiſſo, ſtantibus verbis (*omnia,*
& ſingula;) Nec videbatur recte ada-
ptari poſſe intellectus ille ex aduerſo
26 adductus,quod clauſula prædicta ope-
retur,quoad bona propria,nam aduer-
ſari videbatur menti, & voluntati do-
nantis, qui pariter,&eodem modo o-
mnia,&ſingula bona,nulla facta diſtin-
ctione,ſed æqualiter vnica determina-
tione ſub eiſdem vinculis,&fideicom-
miſſis donauerat, ex regula,quod vna
27 determinatio reſpiciens plura deter-
minabilia debeat æqualiter determi-
nari, etiam quod inter determinatos
detur diuerſa ratio, *l.iam hoc iure ff.de*
vulg.& pupil.vbi Alex.& Iaſ.Torniola. conſ.
26.num.22.& ſequ. Præterea dictum fuit
28 non obſtare ea quæ dicebantur de le-
gitima, & trebellianica, quia etſi ve-
rum ſit,quod de eis in quacunq; diſpo-
ſitione fieri debeat expreſſa mentio,
per tex.in l.ſi quādo.§.generaliter.C.de inof-
fic.teſtam.cum aliis ex aduerſo deductis; cæ-
terum hæc omnia de iure diſpoſita
ſunt in fauorem filii, & ne filius de fa-
29 cili priuetur ab eius conſecutione, ſed
poſtquam legitima reperiatur filio in-
corporata, tunc nullum amplius ha-
bet priuilegium,ſed ea iudicatur,ſicut
de aliis rebus,& bonis filii, *Craſ.in § he-*
reditas,quaſt.ſecunda,num.1. Vincen.de Fran.
deciſ.171.num.3 .hinc concludunt Doct. quod
ſub generali hypotheca bonorum filii,
comprehenditur portio legitimæ. *Pe-*
30 *regrin.de fideicommiſſ.artic.3.num.129. An-*
charan.conſ.101. Rip. in l.1.nu.7.ff.de pignor.
Menoch. conſ.77.numer.23.lib.1. & ſub re-
nuntiatione ſucceſſionis delatæ com-
31 prehenderetur legitima. *Peregrin.artic.*
32 *trigeſimo nono,numer.78.*&in alienatione
ſimplici, quod comprehendatur, *idem*
artic.39.numero ſecundo, & in generali
33 ſucceſſione. *Tiraquel.du retraict.lignag.§.*
26.glo.3 numero 25. vbi etiam de dona-
tione omnium bonorum,& pariter in
34 generali publicatione bonorum filii,
comprehenderetur legitima, ſi filio eſt
quæſita, *vt tradit Menoch. in dicto conſilio*
ſeptuageſimo ſeptimo, & ita quotidie pra-
cticamus in Regno,& ſecundum præ-
dicta fuit iudicatum in M. C. a qua in-
troducto processu ad Conſiſtorium
fuerunt vota inter ſe diuerſa, nam Il-
luſt.Præſes,& alii duo in eandem ſen-
tentiam inclinauerant, quatuor vero
contrarium determinarunt, & pro-
pterea in iudicio reclamationis facta
magna diſcuſſione confirmauimus
ſententiam M.C. declarando tantum
contractum afficere in vnciis octo, pro
capitale vnciarum octingentarum,
quod erat dodarium apportatum i-
pſi grauanti, & fideicommiſſum
conſtituenti, de menſe
Februarii 1609.

SVMMARIVM.

1 Modus procedendi ex abrupto antiquiſſimus in Regno.
Et vnde ſumpſit originem. num. 2.
3 Capit. Regis Ioan. 49 fuit decretatum tantum in crimine læſæ Maieſtatis.
4 De iure proceditur nullis datis defenſionibus contra graſſatores, & alios malæ conditionis homines.
5 In Regno proceditur ex abrupto nullis datis terminis, in omnibus caſibus.
Et vnde introductus, num. 11. & 12.
6 Idem eſt in Regno Neapolitano ex præeminentia Magnæ Curiæ,
7 Et dilatatur ad alios caſus vltra expreſſos,
Idem apud Hiſpanos à maioribus indicibus, num 9.
Idem eſt in alijs locis Italiæ, num. 10.
8 Præeminentia Magnæ Curiæ Vicariæ circa modum procedendi dicitur regia vſurpatio.
13 Princeps ob delictorum multiplicationem poteſt alterare modum procedendi, & ſtatuere arduas pœnas contra delinquentes.
Amplia, num. 14.
15 Officialis delinquens prætextu officij, an poſſit nullis datis defenſionibus torqueri.
16 Officialis, quando dicitur delinquere prætextu officij.
17 Officialis cognoſcens carnaliter mulierem ſub prætextu officij, punitur pœna vitæ naturalis Amplia num 19. Intellige nu. 21. 22. 23. & 26.
Idem eſt in Cuſtode carcerum, num. 18.
20 Tortura irrogatur, vbi pœna delicti eſt ordinaria, quid in pœna arbitraria, nu. 35. Ratio, num 36.
25 Tutor cognoſcens carnaliter pupillam, punitur pœna deportationis, & publicationis bonorum.
27 Cognoſcentes carnaliter mulieres honeſtas, ſiue meretrices, in Regno puniuntur pœna vita naturalis. Amplia, num. 29. Limita ſi non conſtet de violentia, numer. 34.
Et concurrentibus indicijs proceditur ad torturam, num 28.
30 Praxis M. C. circa modum procedendi ex abrupto contra officiales in crimine falſitatis.
Item contra ſtuprantem virginem cum violentia, num. 31.
Idem eſt contra conuerſantes cum bannitis, num. 32.
33 Dictum ſtupratæ cum violentia non probat.

ARGVMENTVM.

An contra Officialem cognoſcentem carnaliter mulierem cum violentia, procedi poſſit ex abrupto ad torturam.

DECISIO CXCI.

1 MOdus procedendi ex abrupto nullis datis defenſionib⁹ ad torturam antiquiſſimus eſt in Regno, & vt ait *Anto. de Bal. tract. de crim. titul. de qq. &*
2 *torme. q. 10.* fortaſſe ſumpſit originem
3 *ex Cap. Regis Ioan.* quod fuit decretatum in crimine læſæ Maieſtatis tantum, & in cæteris dictum fuit, quod ſeruetur ius commune, & quia de iure communi poterat procedi in aliquibus, (hoc eſt) contra graſſatores, latrones publi-
4 cos, & alios malæ conditionis, & famæ, *vt probant Guid. de Suza. in titul. qualit. fiat inquiſ. in princip. Gram. conſ 64. numer. 13. & conſ. 17. numer. 16. & 17. & vot. 3 num. 24. & 26. Boſſ. de iudic. numer. 78. Addit. ad Bertaz. conſil. 139. in vlt. ver. incip. limitationes vero. Deciſ Auenio. 15. num. 3. Farinac. quaſt. 39. nu-*
5 *mer. 41. & 47. vbi alios allegat*, licet ipſe diſſentiat, ideo cœpit in Regno ſeruari ſtilus, & quædam obſeruantia, vt procederetur ad torturam non datis terminis indifferenter, quaſi in omnibus caſibus, & hic ſtilus iam tranſiluit in vim legis

legis, prout etiam talis conſuetudo ex-
6 tat in Regno Neapolitano ex præemi-
nentia Magnæ Curiæ, *vt teſtatur Afflict.*
in deciſ. 391. Grammat. d. deciſ. 64. Vincent.
de Franch. deciſ 143. quæ licet competat
in quibuſdam caſibus particularibus,
7 cæterum, ibi etiam dilatatur ad alios
caſus, & laborat eodem morbo, pro-
ut in Regno noſtro, *vnde Gram. in loco ſu-*
8 *pra citato*, vocat eam Regiam vſurpa-
tionem, *& ſequitur Rol. in conſ. 12. num. 46.*
9 *vol. 3.* Item & apud Hiſpanos vſurpari à
maioribus Iudicibus teſtantur *Auendan.*
in cap. 16. Prator. num. 9. lib. 2. & Azeued. lib.
10 *quarto noua recollet. tit. 10. lib. 3. num. 16. ean-*
demque Conſuetudinem in pluribus alijs locis
obſeruari refert Farinac. in d. q. 39. numer. 30.
& ſeq. & poſt eum nouiſſime D. Carol. Tapp.
11 *lib. 2. Iur. Regn. ca. 272. nu. 4. fol. (mihi) 269.*
qui tamen ſtilus, & modus proceden-
di iuſtificari videtur, tum quia con-
currit fauor, & publica vtilitas pro bo-
no Regni regimine ad euitandum de-
lictorum frequentiam, tunc etiam ob
continuum vſum falſorum teſtium,
qui producebantur in defenſionibus
reorum pro euitandis torturis de iure
communi inferendis cum defenſioni-
bus, & ſic docuit experientia, quæ cau-
ſæ dicuntur ſufficientes, vt Princeps
inducatur ad ſuſpendendum defen-
ſiones poſt illarum torturam *ſecun-*
dum Abb. in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 11.
ver. circa ſecundum. de Conſtit. & plurib. Dd.
authoritatibus comprobat Dec. in c. dilecti. n.
36. de except. Vaſq. controuer. Illuſt. lib. 1. c. 31.
num. 9. & cap. 36. num. 1. cum ſeq. Farinac. d. q.
12 *39. nu. 24. Anton. de Ball. in d. q. 10. numer. 19.*
vbi ſubdit, quod talis ſtilus in Regno
fuit dilatatus, & dilatatur, quia delicta
multiplicantur ſine timore iuſtitiæ,
tam diuinæ, quam humanæ, & per cõ-
13 ſequens Princeps bene facit alteran-
do modum procedendi, & ſtatuendo
nouas, & arduas pœnas contra delin-
quentes, & cum bona conſcientia, *vt*
docet ex Theologis Couar. var. reſolut. cap. 9.
14 *ſub numer. 7. & 8. lib. 2.* eoq; magis, quod
ſimilis poteſtas concedi conſueuit per
Sumum Pontificem Gubernatori Vr-
bis Romæ, & iudicandum eſt per eum
conſulto fieri ad euitandum frequen-
tiam delictorum, *vt refert Farinac. de in-*
dit. & tortur. quaſt. 37. numer. 73. & 74. fuit
15 igitur dubitatum, an modo prædicto
ex abrupto procedi potuiſſet ad tortu-
ram contra officiales, qui ſibi adduci
fecerat quandam mulierem in domo,
ad effectum eam ſubeundi, illamque
carnaliter cognouerat. Et pro parte af-
16 firmatiua faciebat, quod inquiſitus de-
liquerat prætextu officii *ad not. poſt alios*
17 *per Carauit. ſuper rit. 49. numer. 27.* & eius
pœna erat vitæ naturalis *vt tenet Ioan.*
Fab. in §. item ex Iulia, num. 6. inſtit. de publ.
iudic. Pariſ. de Put. in tractat. de ſindic. in
verb. adulterium, in cap. 1. incip. Officialis qui-
dam magnus, fol. (mihi) 48. & in cuſtode
18 carcerum, quod idem erat ex illatione
adducta *per Fab. in loco citato, ſequuti ſunt*
Guid. Pap. ſing. 689. incip. Commentarienſis,
& deciſ. 448. numer. 3. Plaz. epit. delict.
capit. ad fin. vbi ampliat etiam in mere-
19 trice, & conſequenter vbi aderat pœ-
20 na ordinaria, dubitandum non e-
rat quin potuiſſet procedi ad tortu-
ram.

21 At ex aduerſo dictum fuit, quod *Io.*
Fab. loquebatur de Conſue. Regni Franciæ,
& ideo vbi non vigebat, (prout in

Digitized by Google

hoc Regno,) ſeruari non poterat eius
22 deciſio, *vt aduertit poſt alios, Farinac. de carcer. & carcerat. quæſt. 31. nu. 114.* & propterea pœna erat à relegatione, *ſecundum Boer. in deciſ. 317. numer. 9. & 16. verſicu. & hoc ſentit, quem ſequitur Clar. in §. forni-*
23 *catio, verſ. cum carcerata,* maxime in meretrice, prout erat caſus, de quo agebatur, *ſecundum Boer. d. deciſ. 317.* in tantum, quod ceſſabat pœna torturæ, vt infra dicam.

Dicebat vnus ex dominis, quod hic punctus non erat determinandus ſecundum ius commune, & Dd. citatos,
24 vbi ex veriori opinione pœna erat deportationis, & publicationis bonorum in muliere honeſta, ſicut dicitur
25 in tutore, *ad text. in l. 1. C. ſi tut. pup. Chirla.*
26 *de pen. omniſ. commun. quæſt. 13.* & in meretrice pœna fit arbitraria ratione loci, *ſecundum Menoch. de arbit. caſ. 292. quem ſequitur Farina. d. quæſt. 31. num. 120.* ſed quia *in Regno ſuper hoc extabant ſpeciales Conſti-*
27 *tutiones* imponẽtes pœnam vltimi ſupplicii inferentibus violentiam cognoſcendo carnaliter mulieres honeſtas, & meretrices *ſub ti. de violen. meretri. illat. & in tit. de rapto. virgi. & viduar. vbi Afflict.* vtique dicendum erat, quod in hoc caſu contra iſtum officialem inquiſitum,
28 vt ſupra, & concurrentibus legitimis indiciis, deueniri potuiſſet ad torturam, *Affl. in conſtit. omnes noſtrum de violo.*
29 *mere num. 11.* nam ſi in priuato id conſtitutum reperiatur, multo magis hoc dicendum erat in officiali, qui ratione illius qualitatis grauius puniri debebat, *ſecundum Parid. de Put. in loco citato,* eoq; magis id ſuaderi videbatur ſtante
30 Stilo M.C. vbi ſic paſſim ſeruatum extitit in crimine falſitatis, idemque vidi ſeruatum contra quendam Officia-
31 lem qui ſub prætextu officii ſtuprauerat puellam virginem in Ciuitate Catenæ, *ex diſpoſitione Cap. Ritus.* imponentis pœnam vitæ naturalis ſtupranti cum violentia; Idem pariter eſt deter-
32 minatum per Regiam Pragmaticam contra officiales receptantes, & conuerſantes cum bannitis. Et ex hac ratione nonnulli ex dominis videbantur inclinare in eandem opinionem, ſed quia in caſu iſto, non conſtabat de violentia, niſi per dictum mulieris, cui
33 ſuper hoc credendum non erat, *Grammatic. conſil. 45. num. 1. Honded. conſ. 100. n. 11. & 18. lib. 1. Burſat. conſil. 69. num. 19.* & cætera inditia erant valde remota, fuit prouiſum, quod fieret proceſſus, quia
34 non conſtito de violentia, vtiq; ceſſare videbatur ſtatuti diſpoſitio, & pœna, *ſecundum citatos Dd.* erat arbitraria, quo
35 caſu non poterat incipi à tortura, *vt dixit Franciſc. Prouinz. Doctor eximius in addit. ad Bertachi. in verbo tortura, Cumin. ſuper Rit. 46. num. 52. & in c. 72. nu. 15. Carrer. in pract. ſub num. 179. Gramm. conſil. 15. nu. 4. Foller. in pract. crim. rub. Frag. par. num. 215. & verſic. rei indurati, num. 12. Anton. de Ball. lib. 4. quæſt. crim. quæſt. 5. num. 12.* eſſet enim maior pœna torturæ, quam delicti *Iodoch. Damod. in enchrid. in verb. mors, & tor-*
36 *tura*, & ita ſeruatur in Magna Curia, idemq; in alia cauſa cuiuſdam Iudicis fluminis Dionyſii, qui acceſſerat ad domum cuiuſdam meretricis ſub prætextu officii, eamq; carnaliter cognouerat, licet abſque violentia, fuit per nos condemnatus ad priuationem perpetuam officii, & in exilium per quin-

Digitized by Google

quinquennium in anno 1607. de
menſe Nouembris.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis vocatus ſi negat, poteſt torqueri.*
Limita ſi delictum eſſet plenè probatum, n. 2.
Amplia, num. 3.
4 *Teſtis conuictus, ſi debeat torqueri, arbitrio iudicis permittitur.*
5 *Teſtis præſens actui, an dicatur conuictus, quod viderit, vel intellexerit.*
6 *Teſtis vocatus ab vno digniori poteſt torqueri.*
Intellige num. 7.

ARGVMENTVM.

Teſtis vocatus, ſi negat, an debeat torqueri, quando de delicto, vel indicio conſtat per alios teſtes?

DECISIO CXCII.

COmmiſſo homicidio intus carce-
res huius vrbis, inter alia indicia,
quæ in proceſſu contra inquiſitum ad-
ducebantur, aderat confeſſio extraiu-
dic alis eiuſdem, probata per plures
teſtes, qui vocabant in conteſtem
1 quendam nobilem huius vrbis, ille ve-
ro negabat interfuiſſe; Inſtabat fiſcus,
quod deberet torqueri, *ad tex. in l. vnius.*
§. teſtes, & §. iudex, & l. ex libero. ff. de qq. &
ibidem Dd. & in eandem ſententiam vi-
debatur inclinare vnus ex dominis, ipſe
tamen votaui contrarium, quia dum
delictum, ſiue indicium eſt plene pro-
2 batum, teſtis adhoc vocatus ſi negat,
non poterit torqueri, *vt in puncto dixit*
3 *Boſſ. in tit. de tortur. teſti. in fin.* maxime ſi
delictum fuerit commiſſum in platea,
in qua plures potuerunt interuenire,
quia non omnes poſſent torqueri, ſed
duo, vel tres ad ſummum ſecundum
eum, *& ſequitur Clar. in §. fin. queſt. 10. 25.*
numer. 8. ſubdens, quod licet in practica
4 non ſeruatur, id tamen arbitrio iudi-
cis remittitur *Farinac. de in lic. & tortur.*
queſt. 39. num. 130. poſt Bald. quem ipſe alle-
gat, & in caſu iſto, cum per plures te-
ſtes indicium prædictum conſtiterit;
quinimo nedum indicium, ſed produ-
cti reperiebantur plures teſtes de viſu
ſuper delicto, expeditiſſimum erat,
quod iudex minime poterat arbitrari,
procedendum eſſe ad torturam, cum
nulla pro delicto ſubeat neceſſitas;
Item faciebat, quia non bené inferri
poterat, quod talis fuit præſens tali a-
5 ctui, ergo vidit, & intellexit, poteſt enim
eſſe quod vnus eſſet ſeparatus ab alio,
ita q̃ neq; viderit; neq; intellexerit, *l. di-*
em proferre, §. coram. ff. de arbit. Bart. in l. 1. §.
fin. ff. de author. tut. Marſil. ſing. 408. Viui.
com. opin. 899. Baiard. ad Clar. in §. fin. queſt.
25. nu. 34. & ſecundum prædicta cõclu-
ſum fuit concurrente cum voto meo,
Illuſtr. Areualo Sedenno Conſultore,
ac doctiſſimo viro, de menſe Octobris
1607.

Hinc notandum eſſe arbitratus ſum
6 in hac materia, quod licet teſtis voca-
tus ab vno digniori poſſit torqueri, *ſe-*
cundum Bart. in d. §. teſtes, vbi Marſil. & l. is
cui. ff. de queſt. Foller. poſt alios in pract. crim.
in verb. capiat informationem. num. 23. Boſſ.
de tortur. teſt. num. 10. & tit. de indic. num. 37.
Baiard. ad Clar. in d. §. fin. queſt. 25. num. 30.
7 *Farinac. d. queſt. 39. num. 131.* Illud tamen
procederet, ſi probandum eſſet indi-
cium propinquum, ſecus ſi de remoto,
& immediato ageretur, quia tunc con-
uictus per vnum teſtem eo digniorem,
non portabitur ad torturam, *vt intelli-*

Digitized by Google

git *Marſil. in d. §. teſtes. Cumia. de ſyndica. c. 6. num. 4.* ſubdens ita ſeruaſſe, & non ſemel ego ſic iudicaui.

SVMMARIVM.

1 Dominus directus poteſt propria authoritate capere poſſeſſionem rei emphyteuticæ ob non ſolutum Canonem, & num. 2. 3. & 14. Contra num. 10. & 15.

4 Conductor, ſiue inquilinus non ſoluens per biennium, poteſt à domino expelli.

5 Pactum, quod dominus directus authoritate propria ingredi poſſit poſſeſſionem rei emphyteuticæ apponi ſolitum in inſtrumentis emphyteuticis an valet.

6 Emphyteuta expulſus à domino directo ob non ſolutum Canonem, non poteſt tanquam ſpoliatus reſtitui.

Amplia num. 7. & 9.

Ratio num. 8.

11 Sententia declaratoria requiritur ad effectum exequendi commiſſum, & nu. 12. & 36. Amplia ſiue adſit qui reſiſtat, ſiue non, num. 19. Limita in caſu finita locationis num. 13.

16 Emphyteuta per ceſſationem triennij non amittit poſſeſſionem naturalem.

17 Rixa materia effugienda eſt.

18 Dominus non debet ingredi poſſeſſionem rei emphyteuticæ authoritate propria, ad euitandum rixas.

20 Res dotalis mortuo viro ipſo iure reuertitur ad vxorem.

21 Mulier non poteſt ingredi poſſeſſionem rei dotalis authoritate propria.

22 Pœna impoſita ipſo iure, non poteſt exequi abſq; ſententia declaratoria.

23 Emphyteuta non priuatur re emphyteutica ex quacunq; deterioratione, & requiritur ſententia declaratoria, num. 24.

25 Emphyteuta ex quibus cauſis excuſetur à caducitate, remiſſiue, & num. 29. 30. 31. & 32.

26 Solutio canonis à quo probanda eſt, & n. 27. & 28.

33 Mora in non ſoluendo canones poteſt purgari, & refertur Practica Regni, num. 34.

35 Pactum adiectum in contractu emphyteutico de ingrediendo propria authoritate ob ceſſatam ſolutionem, quid operetur.

37 Dominus directus non præſumitur ingredi poſſeſſionem vigore pacti abſq; declaratoria.

38 Vxor mortuo viro poteſt mutare titulum poſſeſſionis. Intellige num. 39.

40 Dominium non acquiritur intranti poſſeſſionem vigore pacti. Ratio num. 41.

42 Emphyteuſis non poteſt apprehendi authoritate propria, ſed ordinariè procedendum ex Conſuetud. Panor. & num. 45.

43 Conſuetudines Panorm. non poſſunt renuntiari. Amplia, num. 44.

46 Confeſſio ſuccumbentis non nocet tertio.

47 Dominus de nouo concedens emphyteuſim, an dicatur declaraſſe caducitatem.

ARGVMENTVM.

Dominus directus an poſſit authoritate propria capere poſſeſſionem rei emphyteuticæ ob non ſolutum canonem per triennium, vel deteriorationem?

DECISIO CXCIII.

IN hoc articulo, an dominus directus poſſit propria authoritate ſibi capere poſſeſſionem rei emphyteuticæ, quæ cadit in commiſſum, maxima fuit antiquorum, & recentiorum quoq; Doctorum diſſenſio, nam opinionem af-
1 firmatiuam tenuit, *gloſſ. in l. 2. C. de iur. emphyt. in verb. repellere. vbi Iaſ. & gloſſ. in c. potuit. in gloſſ. penult. extra. de locat. & ibidem Imol. & Ioan. Andr. Azo. in ſumma tit. de iur. emphyt.* eandem opinionẽ tenere *Rainald. de Forlin.* dixit *Imol. in d. cap. potuit. col. 33. & eſt communis opinio ſecundum Tiraq. in l. ſi vnquam. in verbo reuertatur. num. 145. & 74. C. de reuoc. donat. Decian. conſil 146. num. 7. Clar. in §. emphyteuſis. queſt. 11.* mouentur *per text. in d. l. 2. in verbo volenti, & in verſic. ſi dominus voluerit, vbi ait text.* quod

Digitized by Google

2 quod ſi dominus vult, poteſt repellere emphyteutam, qui triennio ceſſauit à ſolutione, ſi ergo poteſt ſi vult, ergo
3 propria authoritate, *ad text. in l.3.§.cum igitur, ff. de vi, & vi armat.* & faciebat ſimile, quod dicitur de colono, vel conductore, quem biennio non ſoluen-
4 tem poteſt dominus propria authoritate expellere, *l. idem à contrario conſenſu. C. locat. l. quæro. §. inter locatorem ff. eod. Ioan. Andr. & alij in cap. propter ſterilitatem. extra. locat. Iaſon. poſt Petr. & Cyn. in d. l. 2. num. 101.* maxime vbi adeſſet pactum
5 expreſſum, quod ex frequenti vſu in hoc Regno in inſtrumentis emphyteuticis adijci conſueuit, *Bero. conſil. 125. vol. 1. Menoch. de adipiſc. poſſeß. remed. 5. n. 93. Crauett. qui hanc partem veriſſimam fatetur in conſ. 18. nu. 7. Crot. conſ. 49. num. 9. in 1. vol. Socin. iun. conſil. 3. num. 1. & ſeq. vol. 2.* vbi dicit hanc eſſe magis communem. *Felin. in conſil. 25. nu. 10. & 11.* vbi de magis communi, & ita pariter teſtatur *Rim. conſil. 421. num 1. col 3. Roland. conſil. 87. num. 5. & ſeq. vol. 1. Corne. conſil. 166. lib. 2. & conſil. 171.*
6 *libr. 3.* vbi ait emphyteutam ſic expulſum poſſeſſioneque priuatum agere non poſſe, vt tanquam ſpoliatus reſtituatur, *Papon. conſil. 114. num. 2.* qui refert magis communem, & vltra progredi-
7 tur, dicens emphyteutam reſiſtentem domino expellenti, videri ſpoliari ipſum dominum directum ſua ciuili poſſeſſione, quam ſemper retinuit in re emphyteutica, quia poſtquam ipſe
8 cecidit à iure ſuo contraxit vitium, ob quod perdidit virtutem ſuam, & effectum retinendi, & inſiſtendi in re, & alios, quos habebat, antequam fieret vitioſa. *Maluaſ. conſil. 101. num. 1. & ſequent. Milan. deciſio. 17. num. 65. part. 2.* vbi etiam refert magis communem, & ſine con-
9 tradictione procederet, non reſiſtente emphyteuta capturæ poſſeſſionis per dominum, vt erat caſus, de quo agebatur; quinimo vt apparebat ex actu nouiter cõfecto, & præſentato, heredes illius emphyteutæ conſenſerant.

10 Sed contrariam opinionem negatiuam, quod non poſſit dominus authoritate propria expellere emphyteutã, tenuerunt *Pet. & Cin. in d. l. 2. C. de iur. emphyt. & ibid. Alb. n. 3. in fin.* vbi ait, quod iſta eſt magis cõmunis opinio, & quod eſt expreſſum in *lib. nouellarum in tit. de conduct. & emphyt. in 2. parte, & latè per multa fundamenta defendit Salicet. ibid. in 6. col. & Hier. Tor. relatus à Iaſ. in d. l. 2. n. 103.* dicens, quod eam teneret in iudicãdo, *Affl. dec. 97 vbi Vrſil. in fin. Cagnol. in d. Auth. qui rem. n. 39. C. de SS. Eccl. & in l. ſi quis maior. n. 107. C. de tranſact. Socin. conſ. 167. n. 14. vol. 2. Bero. conſ. 54. in fin. vol. 3. Burſ. conſ. 91. n. 21. in 1. lib. Menoch. conſil. 301. n. 23. vol. 4. Corbol. de iur. emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob deterio. n. 18. & ſeq. vbi dicit hanc eſſe magis communem opi-
11 nionem,* vt requiratur declaratoria iudicis ad effectum exequẽdi commiſſum, vt emphyteuta remoueatur à poſſeſſione, *Ferret. conſ. 121. n. 6. Ruin. conſ. 50. n. 10. & conſ. 166. in fi. lib. 1. & conſ. 57. n. 4. lib. 1.* & fuiſſe deciſum refert, *Gui. Pap. dec. 107. idẽ Crauet. ex aduerſo citatus in cõſ. 212. n. 2.* qui fatetur ex multorũ ſententia, non poſ-
12 ſe dominum emphyteutam poſſeſſionem ſine ſententia declaratoria ingredi. *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 17. numero 4.*
13 licet in caſu finitæ locationis aliud affirmet, *Aſin. de execut. §. 7. limitat. 48. Cornaza, deciſio. 192. in fin. Menoch. de recuper. poſſeſ.*

Digitized by Google

*poſſ.remed.1.nume. 78.*vbi relatis opinio-
nibus Dd.concludit, quod hæc opinio
eſt æquior,&verior,prout etiã teſtatur
*Clar.in d.q.11.Hieron.Cauallos in li.1.commu.
contra cõm.q.14.ſubdens*, quod iſta opinio
ſeruatur in practica, & ita tenendũ eſſe
in iudicando,&conſulendo,licet con-
14 traria opinio ſit cõmunior,&quamuis
15 multæ aliæ referantur opiniones *per
Dd.de quibus per Iaſ.in d.l. 2. n. 101.& Iacob.
de S.Georg. in d.Authen. qui rem.C.de ſacro-
ſan.eccleſ.*ipſe tamen ſecundum hanc o-
pinionem negatiuam, vti æquiorẽ, &
tenendam determinaui in cauſa Don
Alerami Aringho, contra Antoniũ de
Liuzo die 28.Martii 1609.confirman-
do duas alias ſententias conformes: ꝓ
cuius confirmatione, rationes eſſe po-
terant,quia etſi per ceſſationem trienii
16 emphiteuta perdiderit dominiũ vtile,
quod habebat in re emphiteutica,non
tamen amiſerat poſſeſſionem natura-
lem,ideoq; ab ea non poterat authori-
tate propria expelli,*ad text.in l.creditores.*
17 *C.de pignor.*maxime,quia expulſio daret
materiam rixæ, quæ effugienda erat *ad
tex.in l.æquiſſimum.in pr.cum vulg.ff.de vſufr.
& dixit Petr.de Bellaper.in d.l.2. in 2.notab.
quem refert Iacob.de San. Georg. in d. Auth.*
18 *qui rem.n.86.*quod ex ratione periculo-
ſum eſſet tenere contrariam opinio-
19 nem,*optime Clar.in d.q.11.*qui indiſtincte
ſiue adſit,qui reſiſtat,ſiue non,tenet ꝙ
nullo modo poſſit emphiteuta ꝓpria
20 authoritate expelli, & faciebat ſimile
de re dotali ſoluto matrimonio per
mortem mariti, quæ ipſo iure reuerti-
tur ad vxorem *l.in rebus.in pr.C.de iur.dot.*
21 & tamen non eſt licitum mulieri in-
gredi poſſeſſionem ſine authoritate
22 iudicis, hæredibus mariti non con-
ſentientibus *ad tex. notab. in l.dotis.C.ſolu.
matrim.* hinc eſt ꝙ omnia iura mundi,
ex quibus ipſo iure aliqua pæna impo-
nitur,debent intelligi,vt ꝓcedat iudicis
ſentẽtia declaratoria, vt pœna exequi
poſſit *Ruin.conſ.2.n.9.vol.5.Bal.in Auth.qui
ſemel.C.quomod.& quan. iud.Alex.& in l.ſi
quis maior.C.de tranſact. in fi.* eoq; magis
hæc ſuaderi videbantur, quia nõ ex o-
23 mni deterioratione priuatur emphi-
teuta, & conſequens eſt,vt requiratur
ſententia iudicis, per quam declaretur
24 deteriorationẽ fuiſſe talem, vt emphi-
teuta poſſit expelli *Affl.d.dec.Cag.in Auth.
qui rem n.39.C.de ſacroſanct.eccleſ.Corbol.in
d.cauſa 13.n.18.ſeq.*prout etiam dicitur de
25 ſolutione,quia non infertur perneceſ-
ſe,quod ceſſauit per triennium nõ ſol-
uere,ergo cecidit in commiſſũ, & po-
teſt propria authoritate capi poſſeſſio
rei emphiteuticæ, multa enim poſſent
allegari,ob quę emphiteuta excuſare-
tur in ſoluendo, cum conditionaliter
26 concedatur licentia domino ſtante pa-
cto,*ad not. per Menoch. de adipiſc. poſſeſſ.re-
med.5.n.60. verſ.3.huc ſpectat*, & licet non
appareat ſolutio,quæ regulariter pro-
27 banda venit ab eo, qui ſe fundat ſuper
ea,cæterum quando ſolutio non facta
opponitur non ab ipſo venditore, cui
debitum eſt ſoluendum, ſed à tertio,
tũc debet ab ipſo tertio probari ſolu-
tio non facta,tanquam fundamentum
ipſius tertii,ob quam ſolutionem non
factam,prætendebatur in caſu iſto do-
mum perueniſſe ad Monaſterium Car-
melitanum,vti proprietarium, *vt ex Iaſ.
dixit Io.Bapiſt.Villalob.com.opin.verbo ſolu-
tio eſt probanda,n.82.* & fuit originalis o-
pinio

Digitized by Google

pinio *Innoc.cap.ſuper his extr.de accuſat.* v-
28 bi in tertio obiiciente aduerſario ſuo
eum incurriſſe in aliquam pœnam ob
ſolutionem factam poſt tempus, vt is
teneatur probare negatiuam illam,
quod ſolutio non eſt facta, non autem
aduerſarius ſe ſoluiſſe, *ſequitur Gabri.
concluſ.6.tit. de probat.num.22. Maſcard. de
probat.concluſ.13 8.nu.4.Bimi.conſ.50. n. 113.
lib.1.* Item multæ poterant eſſe cauſæ,
ob quas non tenebatur emphiteuta
29 ſoluere cenſus emphiteuticos, vt quia
ſuper eis fuiſſet factum ſequeſtrum,
ob quod non ſoluẽdo excuſabitur, *Affl.*
30 *deciſ.328.* vel quia emphiteuta eſſet de-
tentus in carceribus, ex quo tunc non
ſoluendo, neque caderet, *Tiraquell.de re-
tract.conuén.§.1.gloſ.2.num.60.* Vel ſi fuiſ-
31 ſet abſens. *Corbol.de cauſ priuat. ob non ſo-
lu.cano.limi.10.num.3.* vbi alias huiuſmo-
32 di cauſas ad hoc adducit in limitatio-
33 nibus, maxime quia mora in ſoluen-
do canones erat purgabilis.*capitul.po-*
34 *tuit. de locat.* quinimo etiam in ſen-
tentia dari conſueuit tempus ad ca-
nones ſoluendos ex æquitate.*d.c.vt dixi
in deci.101.& quotidie practicamus in Regno.*

Nec obſtare videbatur pactum ex-
35 preſſum de ingrediendo propria au-
thoritate ob ceſſatam ſolutionem in
contractu emphiteutico adiectum *ad
not.per Milan.in d deci.17.par.2.* nam illud
ex facie ipſius inſtrumenti non lege-
batur, neq; dici potuerat comprehen-
ſum ſub illa clauſula, de ſtilo notario-
rum adiici ſolita (alias liceat,) vt in
praxi ſeruamus. Præterea dictum fuit,
quod ſi adeſſet expreſſum pactum, ad-
huc opinio negatiua procedere debe-
bat, nam pactum prædictum eſt con-
ditionale, hoc eſt, (ſi emphiteuta non
ſoluerit,) & ob id iudicis declaratoriã
requirebat, ſcilicet ſolutionem factam
non fuiſſe *ex Menoch.in d.reme.5. num. 60.*
36 Item quia præſumi non poterat, Mo-
naſterium Carmelitanum, vti proprie-
tarium intraſſe poſſeſſionem vigore
37 pacti, niſi id expreſſe declaraſſet, *ad
text.in l.3 ff.de conditio.ex leg.Socin.in conſ.
131.num.3.verſicul. amplius dico. libro primo,
Corbol. d. tracta. de iur. emphi. tit. de cauſ.
priuat. ob non ſolu. cano. ampli. 45. ſub nu-
mero 14.* pro quo facit, quod licet vxor
mortuo viro poſſit mutare titulum
38 poſſeſſionis videlicet de poſſeſſione
iure familiaritatis ad poſſeſſionem iu-
re creditricis ob ſuas dotes *ex Bartol.
in l.ſi filio.ff.ſolut.matrimo.* id tamen intel-
39 ligitur, dummodo ipſa declaret ex-
preſſe voluntatem ſuam, *Ioſeph. Ludouic.
deciſ. 109. Cartar. deciſ. Genu. 73.* maxime
quia intranti poſſeſſionem vigore pa-
40 cti, non acquiritur dominium, quia
adhuc quoad ius dominii, dicitur poſ-
ſidere qui ille, prius poſſidebat. *Salic.*
41 *optime in l.3.col.2 verſicu.pro cuius declara-
tione.C.de pignor.Menoch.d.remed.5.num.9.*
Et demum pactum prædictum erat
contra Conſuetud. Panormitanam.66. quo
42 loco expreſſe determinatur, quod bo-
na conceſſa ad emphiteuſim per Ec-
cleſiam, Epiſcopum, Archiepiſcopum,
vel Reges, propter deteriorationem
non poſſint capi authoritate propria,
ſed ordinario iudicio procedendum,
*& ibi latius D. Muta ad text. in l. pacta, C. de
pact. & ibi Bartol. & commu. Doctor.* qua
conſuetudine nõ potuerat renuntiari
per aliam Conſuetudinem finalem,
quinimo in tali caſu renuntiationis eſ-

Digitized by Google

ſe nullas diſponitur, *prout late ibidem Muta, & in ſimili tradit Mandel. conſ. 20. nu. 4. & 6.* nec obſtabat iuramentum, quia
44 ſi non aderat ſubiectum formabile, iuramentum nil poterat confirmare, *vt tradit Ceſ. conſ. 137. n. 70. in 1. & conſ. 326. n. 6. lib. 3. Rol. à val. conſ. 7. nu. 41. in 3.* & ita in
45 practica fuit ſemper ſeruatum in ſimili caſu per Rectores Montis Pietatis, & per patres Orphanorum de Nauarro, & per Monaſterium Sancti Martini de Scalis, qui ſemper in iudiciis reuocatoriis faciunt bannum, & dant curatores, contra quos tentant iudicium, & lata ſententia apprehendunt poſſeſſionem.

46 Nec actus ille factus per hæredes dictæ ſpoliatæ circa conſenſum aliquid operari poterat, probando factum de præterito in præiudicium tertii, qui prætēdebatur excludi à ſuo vtili dominio *Peregrin. de fideicomm. art. 53. n. 61. Gab. de reg. iur. concluſ. 3. lib. 6. n. 69.* alias aperiretur via fraudibus, & tanto magis, quia Monaſterium Carmelitanum, quando conceſſerat de nouo domum iſti de Liuzzo conuento, noluerat teneri de euictione, ſed tantummodo habere cenſus decurſus, & obligationem futurum pro eodem reddito, & ſic non intendebat excludere creditores; quinimo videbatur expreſſe noluiſſe declarare caducitatem ex hac
47 noua conceſſione *ad not. per Corbol. de cauſ. priua. ob non ſolu. cano. d. amplia. 45 ſub num. 14.*

SVMMARIVM.

1 *Extimatio in re dotali, quando faciat emptionem, & venditionem.*
Et quid in alternatiuis num. 9.
Amplia nu. 10.
2 *Maritus dote conſtituta in certa ſumma dicitur debitor pretij.*
3 *Maritus ſi tenetur reſtituere dotem, vel pretium, reſtituendo rem deterioratam ad quid teneatur. Contra n. 11. 12. & 13.*
4 *Damnum proueniens in dote extimata, an ſit mariti. Ampli num. 5. Et quid in legatario num. 6.*
7 *Extimatio in dote ſumit interpretationem à voluntate contrahentium. Intellige numer. 19.*
8 *Electio in alternatiuis an ſit creditoris, & num. 15.*
14 *Dos alternatiue promiſſa in reſtitutione, facit emptionem, & venditionem. Ratio num. 18.*
16 *Mora locum non habet abſq; interpellatione, & num. 23.*
Et fit per litis conteſtationem nu. 17.
20 *Res noxalis dicitur, ſi in reſtitutione promiſſa fuerit: ſi extabit.*
21 *Dominium rei dotalis qualiter transferatur in maritum.*
22 *Verbum (poteſt) non denotat neceſſitatem.*
24 *Viui. deciſ. 261. nu. 6. reijcitur.*

ARGVMENTVM.

Fundus dotalis an dicatur redditus conſtitutus pro dote, quem maritus promiſit reſtituere, ſi extabit?

DECISIO CXCIV.

IN iure ſatis controuerſum eſt, quan-
1 do extimatio in conſtitutione dotium faciat emptionem, & venditionem, *& propterea Menoch. poſt alios lib. 3. præſump. 74. Ioſeph. Ludou. concluſ. 10. & Maſcard. concluſ. 664.* conſtituunt ſuper hoc puncto regulas cum ampliationibus, & limitationibus, *& optime Barboſ. in l. ſi extimatis. num. 29. ff. ſolut. matrim.* vbi diſtinguit plures caſus, ad quos recurrendum

dum erit, ſi caſus acciderit; Euenit autem quod in contractu dotali cuiuſdã de Valdeſio, dotario facta fuerat in pecunia, pro cuius ſatisfactione fuerant ſubiugati tot redditus annui iuxta for-
2 mam Bullæ, quo caſu maritus erat debitor pretii, & non in redditibus, *vt dixerunt Soc conſ.57.nu.6.libr,1.Rolan,conſ.92. num 9.lib.2. Ioſeph. Ludou.in loco præallegato amplia.1.Natt.conſ.650.nu 1.& ſeq. Becc. conſ.42.per totum Surd.conſ.1.nu.2.lib.2.* ideo mortuo viro minime poterat vxor apprehendere poſſeſſionem redditũũ dotatorum, ſed agere ad pretii conſecutionem. At ex aduerſo dictum fuit, quod citata concluſio procedere non
3 poterat in caſu iſto, vbi maritus promiſerat reſtituere redditus, vel pretium. *ad text.in l.plerumq, ff.de iur.dot.* quia tunc vir reſtituendo rem deterioratam, ſatisfaciat ſuæ obligationi *Couar. pract.quæſt. capit. 28. verſic. quarto. numero quinto,* vbi ait, quod ſi dicta extimatio
4 faceret emptionem, vtique damnum proueniens etiam abſque culpa viri, eſſet ipſius mariti, *Tob.Non.conſ. 52.num. 11.idemq; ſecuti ſunt Ioſeph.Ludoui.d.concluſ. 10.lim.4. Menoch præſumpt. 74 numero 20.* & fortius, quia infra annum marito
5 non reſtituente, electio fuerat translata in vxorem, *vt dixit gloſ.in l.vnica. §.exactio.C de rei vxor.act.in verb extimationis, & text.in l.cum quidam,& ibi Doct ff.de leg. 2.Monter. deciſ 48. num. 20. & in legatario*
6 *dixit Sim.de Prat.de interpre. vlt. volunt ſolut.4.n.20.* quinimo conſtare videbatur
7 de voluntate contrahentium, quia vxor ſoluto matrimonio ceperat poſſeſſionem hæredibus viri non reclamantibus *D.Card.Tuſchus in verbo extimatio.concluſ.671.num. 53. & in ſpecie fuit allegatus Ceſ.conſ.673. vbi ait,* quod quando
8 in alternatiuis ponitur vnum, quod erat in obligatione, tũc electio eſt creditoris, *& melius in conſ.533.num.19.lib.4.* dicens, quod non procedit regula ex-
9 timationis, quoties datur iſta facultas,
10 & maxime quando pro quantitate debita, daretur aliquid ſtabile pro dote. *ad not.poſt alios per Franciſc.Viui.deciſ.261. numer.6* & ita fuit iudicatum in Curia Prætoriana, ſed introducto ꝓceſſu ad M.C. via reuiſionis, & mihi ſoli commiſſa ab Excellentiſſimo Prorege ob ſuſpicionem M. C. ſedis ciuilis, determinaui contrarium de menſe Nouẽbris 1608 demque in iudicio reuiſionis confirmauit Conſiſtorium: quandoquidem præſuppoſita cõmuni concluſione, quod ex dotatione prædicta facta fuerat emptio & venditio, *non obſtabat Couar.cum aliis ſupra relatis,* dũ eam limitabant, quando reſtitutio promiſ-
11 ſa fuerat alternatiue, quia idem Couar. non reſidebat in illa opinione, ſed trãſierat in veriorem, *nempe ex Paul.de Caſtr. in l. extimata, & l ſi extimatis. ff ſolut. matrim & Rom. in d.l.ſi extimatis, dicens,* ibi,
12 maritum has res alienare poſſe, & maritum retinere dominiũ, ergo talis dotatio faciebat emptionem; in tantum, ꝙ DD. allegati ita intelligi debebant, cum vera ſit concluſio, quod maritus
13 promittens alternatiue rem, vel pretiũ reſtituere, ſemper dicitur dominus, quia poteſt rem retinere, & dare exti-
14 mationem, & ſic dici non poterat predium dotale *ad tex.in d. l. plerumq; in fin. & tradit Natt. qui punctualiter loquitur in conſ.650.n.4.Becc.conſ.42.nu 9 & 20.Surd.*

iura in redditibus, vel ſoluerent dotes, & ita obtinuerunt in Conſiſtorio.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio iudicis aſſerentis ſe tuliſſe falſam ſententiam, nihil operatur. Amplia nu. 2.*

3 *Teſti dicenti ſe falſum teſtimonium tuliſſe, non creditur.*

4 *Sanctus non dicitur omnis moriens.*

5 *Confeſſio facta in mortis articulo alium exculpando, nil iuuat. Contra num. 7. & 8.*

6 *Exculpatio quando tollit inculpationem. Contra num. 9. Intellige num. 12.*

10 *Inculpatio facta in tortura dicitur ſatis debilis, & arbitrio iudicis remittitur.*

11 *Exculpatio geminata operatur idem, ac ſi fuiſſet iurata.*

ARGVMENTVM.

Exculpatio facta per ſocium criminis in articulo mortis, vel in patibulo, an proſit exculpato?

DECISIO CXCV.

QVidam N. inquiſitus de homicidio, & pro dicta cauſa condemnatus ad mortem, ita quod ante executionem iuſtitiæ torqueretur, tanquam cadauer; dum ibi ductus eſſet iuxta formam prouiſionis multos alios vti cõplices, & ſocios delicti faſſus fuerat, & exinde exiſtens in manibus confortatorum, declarauit pro exoneratione eius conſcientiæ falſo modo, & indebite illos inculpaſſe, & quod falſitatem dixerat, quia de delicto prædicti erant innocentes, idemq; confirmauit, dum eſſet in patibulo, & in hora, qua fuerat decapitatus; dubitatum fuit in M. C. ſi talis exculpatio aliquo modo prodeſſet inculpatis, qui in carceribus pro tali cauſa mancipati reperiebantur.

Pro fiſco faciebant *not. in l. ſi quis in graui. §. ſi quis moriens. ff. ad Syllani. vbi per illum text. dixit Bart. & alij poſt eum,* quod
1 ſi aliquis Iudex conſtitutus in mortis articulo, dicat ſe tuliſſe falſam ſententiam, non ſtatur eius dicto, nec ei creditur, neq; per hoc ſententia annulla-
2 tur *Ang. conſ. 308.* vbi ait idem eſſe in electoribus Prælatorum, *ſecundum Innoc. in c. cum dilecti. de elect.* idemque ſubdit eſſe
3 in teſtibus, quibus non creditur, ſi poſt eorum depoſitionem factam ſolemniter, poſtea extra iudicium dicant ſe falſum teſtimonium tuliſſe, *ad text. in c. ſicut. extr. de teſtib. vbi gl. Roma. & Ang. in d. §. ſi quis moriens, Bald. in l. generaliter. in 1. col. C. de non num. pecun. Alex. in l. ſciendum. n. 33. in fin. ff. de V. O. vbi ait ita communiter teneri. Couarr. lib. 2. variar. reſolut. cap. 13. n. 7. in fin. Clar. in § fin. q. 53. verſ. ſecundus eſt caſus, Maſcard. concluſ. 1135. ſub n. 13. qui poſt Marſil.*
4 *in pract. §. reſtat, dixit,* quod non omnis moriens eſt ſanctus, quinimo ita mortis fauore videtur deterritus, vt ſanum perdidiſſe intellectum videatur, quod vt plurimum huiuſmodi ſolet euenire,
5 idcirco iſtis tanquam nõ mentis compotibus, non erat credendum, *arg. l. hac conſultiſſima. verſ. at cum humana fragilitas. C. qui teſtam. face. poſ.* & maxime in caſu
6 propoſito, vbi vltra inculpationem aderant contra eos alia indicia, quo caſu nullatenus exculpatio tollebat inculpationem, *vt dixit Marſil. in d. §. reſtat. ad fin. quem ſecuti ſunt Foller. in pract. crim. in verb. & ſi confitebuntur in 3. membr. 3. partis principalis. n. 101. Maſcar. d. concluſ. 1135. n. 14. Clar. in fin. quæſt. 52. verſic. poteſt etiam, vbi Baiar. & optimè Addit. ad Bertaz. conſ. 246. litera A. vol. 1. vbi ponit plures caſus.*

Digitized by Google

Sed in contrarium faciebat *Bald. in conſil. 25. incip. caſus ſuper quo. col. 2. vol. 1.* qui dicit, quod confeſſio facta in articulo mortis valet, quia non eſt præſumen-
7 dum, quod confitens illo tempore mentiatur, & hoc ab omnibus Dd. cõmuniter approbatur, *vt dixit Marſil. in §. diligenter. num 19* & quilibet (*maxime in articulo mortis conſtitutus*) præſumitur memor ſalutis æternæ. *c. ſancimus 1. q. 7. cum ſimilib.* & propterea per talem ex-
8 culpationem taliter eneruati videbantur vires primæ depoſitionis, & inculpationis, vt is primo loco inculpatus minimè torqueri poterat, *vt per Gramm. poſt Iſern. quem allegat vot. 3. nu. 15. & ſeq & vot. 11. n. 11. in fin. Burſ. conſ. 201. n. 148. & ſeq. li. 2.* & eſſe magis communem opinionem, & veriſſimam dixit *Farin. de indic. & tort. q. 46. num. 69.* et q; magis in caſu iſto, vbi inculpatio facta fuerat in anguſtiis, & cruciatibus torturæ, quibus nõ poterat quaſi in minimo horæ ſpatio perſiſtere: in tantum, quod ſi interrogatus fuiſſet de aliis, eos omnes de facili inculpaſſet. *adnot. per Maſcar. d. concluſ. 1135. & Clar. in q. 52. verſ. poſſet etiam, in fi.* vbi dicitur, quod in hoc mirũ in modum verſari debet arbitrium iudicis, & pariter exculpatio fuerat geminata,
10 & pluries reiterata, tam in confortatorio, quæ ſatis operatur, *ſecundum Marſil. in d. §. reſtat, & Farinac. in loco citato. nu. 70.* quam in patibulo, vbi in continenti fuerat decapitatio ſubſecuta, adeò q;
11 operari videbatur idem, ac ſi dicta exculpatio fuiſſet iurata, *vt firmat Iaſ. in l. ſed ſi poſſeſſori. § fin. ff. de iureiur. Burſ. d. conſ. 201. nu. 149. & ſequitur Farinac. ibid. num. 71.*

Diſcuſſo negotio determinauimus veram eſſe concluſionem firmatam *per Farinac. in loco citato, nu. 73.* quod talis ex-
12 culpatio indiſtinctè tollat inculpationem, etiam adminiculatam, remanentibus tamen coniecturis, & indiciis ſuper exiſtentibus; in tantum, quod ſi ex prædictis indiciis poſſet torqueri, tunc nõ obſtante exculpatione poterit procedi ad torturam & ſic e conuerſo, ſi Indicia eſſent leuia, & de ſe non ſufficientia ad torturam, tũc exculpatio tantum prodeſſe poterat exculpato, vt ne torqueri poſſet ex illis ſuperexiſtentibus indiciis, licet bene poſſet, ſi exculpatio non interueniſſet, & ſi ſit veritas, nam vt ipſe ait, ſi aliter diceretur, nunquam talis exculpatio tolleret inculpationem, quia nunquam pro vero daretur caſus, q; inculpatio eſſet ſola ſine alieno leui iudicio, vel adminiculo, & propterea, quia indicia per fiſcum producta, ceſſante inculpatione, nullius erant valoris; facta prius relatione Excellentiſſimo Proregi fuerunt omnes excarcerati de menſe Octobris 1607.

SVMMARIVM.

1 Appellatio non admittitur in cauſis vbi ſummarie proceditur in M. C. & nu. 7. & 13. Amplia ſi cauſa de ſui natura eſſet ordinaria, num. 16.

2 In cauſis feudalibus ordinariè proceditur. Et quid in cauſa nullitatis rei feudalis. num 3 & 5.

4 In cauſa nullitatis proceditur ſummariè viſione ſcripturarum.

6 Ritus 171. declaratur.

8 Proceſſus dato termino extraordinario, & ex abrupto, æquiparantur.

9 Cauſa feudalis non comprehenditur ſub diſpoſitione Ritus 130.

10 Ritus

Digitized by Google

10 Ritus 139. priuilegiat modum procedendi. Et declaratur, num 15. & 18.

11 Cauſa feudalis in iudicio poſſeſſorio, non eſt appellabilis.

Idem eſt, vbi proceditur actione in factum per viam cedulæ. num. 12.

14 Cauſæ feudales in Regno ſunt appellabiles.

17 Cauſa an ſit appellabilis inſpicitur natura cauſæ, non autem modus procedendi.

19 Cauſa de ſui natura ordinaria, parte conſentiente fit ſummaria, & non appellabilis, & num. 20. 21. Contra num. 22.

22 Modus procedendi, non immutat naturam cauſæ.

23 Modus procedendi ex abrupto declaratur.

24 Appellationis iudicium circa modum procedendi, debet dirigi ſicut in primo iudicio.

25 Reuiſionis cauſa terminatur per eadem acta.

26 Sententia pronuntiatur, non autem interlocutoria, vbi proceditur dato termino.

27 Appellatio non datur ab interlocutorijs per M.C. Limita in ſententijs, num. 28.

29 Cauſæ poſſeſſoriæ ſunt ſummariæ, & non appellabiles, & num 33.

30 Appellatio non conceditur, vbi proceſſum fuerit per viam cedulæ condemnatoriæ.

31 Via executiua competit infra decennium ad reddimendum feudum.

32 Ritus non diſtinguit inter cauſas feudales, & non feudales.

ARGVMENTVM.

Cauſa feudalis in qua proceſſum fuerat dato termino extraordinario, an ſit appellabilis?

DECISIO CXCVI.

DIximus *in deciſ. 57.* quod in cauſis, vbi proceditur ſummarie *iuxta formam Ritus 139.* non conceditur ap-
1 pellatio; Accidit, quod in cauſa Donnæ Siluiæ Criximanno agentis contra Tullium Trigona ſuper nullitate contractus venditionis feudi Beſſimæ, fuerat proceſſum dato termino extraordinario iuxta formam trium interlocutoriarum latarum, tàm in M. C. quàm Tribunali Conſiſtorij; licet cauſa fuerit feudalis, in qua non niſi ordinarie, & duplicatis terminis proce-
2 dendum erat, *ſecundum Ritum 171.* attamen cum de iure feudorum non repe-
3 riatur expreſſe diſpoſitum, quod in nullitatibꝰ procedi deberet ordinarie, ſtandum erat legibus, & Dd. iuris ciuilis, *ad tex. in c. 1. de feud. cogni.* & quia de iure ciuili in nullitate promptuaria pro-
4 ceditur viſione ſcripturarum, *ex Ferret. conſil. 45. Blanc. de compromiſ. q. 4. Emilian.*
5 *conſil. 44.* idem ſtatuendum erat in nul-
6 litate cauſæ feudalis, quia *Ritus prædictus 171.* procedebat in cauſis ordinariis requirentibus extrinſecam probationem, *ad not. per Pet. de Greg. in tract. de indi. cauſ. feud. quæſt. 38. & quæſt. 50.* Et propterea compilato proceſſu, & lata ſententia per M.C. declarando contractum nullum, dum fuiſſet ex parte Tullii Trigona ſuccumbentis appellatum ad Tribunal Conſiſtorii, dicebat Donna
7 Siluia, quod cauſa non erat appellabilis *ex Rit. prædicto 139.* quia in eo proceſſum fuerat dato termino extraordina-
8 rio, & ſic ex abrupto, vt arguendo dixit *Cumi. ſuper Rit. 44. num. 15.*

Nec obſtabat, quod cauſa erat feu-
9 dalis, & per conſequens in generali ſermone ipſius Ritus, cauſa hæc nõ com-
10 prehẽdebatur, nam dictum fuit, quod Ritus non priuilegiat cauſam, ſed modum procedendi, *vt dixi in d. deciſ. 67. in princ.* Item quia ſicut in feudalibus, vbi tentatur iudicium poſſeſſorium, cauſa
11 nõ eſt appellabilis, quia eſt ſummaria,
12 idemq; vbi proceditur actione in fa-

ctum

Digitized by Google

ctum per viam inſtantiæ, ſeu cedulæ in cauſa feudali, quæ eſt appellabilis; ita
13 pariter dicendũ erat in hac cauſa feudali, in qua ex abrupto proceſſum fuerat *ex Petr. d. Greg. in d. quaſt. 45*.

Conſiſtoriũ determinauit cauſam appellabilem, confirmando ſententiam M. C. de menſe Iunii 1598. quia à diffinitiua ſentẽtia lata in M. C. in cau-
14 ſa feudali admittitur appellatio, *ſecundum Bald. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. Petr. de Greg. in d. tract. q. 45. in pr.* & cauſa iſta in tantum erat feudalis, quod in ea, prout in feudalibus proceſſum fuerat, hoc eſt, dato termino ad diſputandum, ſede plena, & facta relatione Excellentiſſimo Proregi, quinimo in ea fuerãt obtentæ literæ via recognoſcendi, quæ omnia non niſi in cauſis feudalibus diſponuntur.

15 Nec obſtabat *Rit. prædictus 139.* denegans appellationem, vbi proceſsũ fuerit in M. C. viſione ſcripturarum, vel ex abrupto, nam *in capit. ſequen. 140.* aliter ab ipſomet Rit diſpoſitum erat, dicitur enim ibi, quod ſi deberet procedi ordinarie, prout in caſu iſto, quia cauſa erat feudalis, & tamen fuit proceſſum ſummarie, nihilominus appellatur, cũ
16 de ſui natura cauſa ſit appellabilis, hinc Noſtrates in Regno ſuper eodem Ritu colligũt illud axioma, quod an cau-
17 ſa ſit appellabilis, vel non, attenditur natura cauſæ, non autem procedendi modus, *prout tenuerunt Ioen. Aloiſ. de Septi. quem refert ibidem Bongior. & Blaſc. Lancel. in quodam ſuo conſ. vbi dicit ita ſeruari in M. C. Petr. de Gregor. de iudi. cauſ. quaſt. 10. in fin. D. Muta ſuper d. Rit. 140. n. 2.* Neq; prædicta duo capitula Ritus, ſi recte conſiderentur, in effectu inter ſe aduerſantur, vt prima facie apparere videba-
18 tur, quoniam *per d. c. 139.* prouiſum eſt, quod vbi per viam effectus, vel ex abrupto proceditur, cauſa non eſt appellabilis, id enim debet intelligi parte conſentiente, nam talis modus procedendi à Ritu introductus eſt parte nõ contradicente, eo enim caſu conſentiendo pars tali modo procedendi à Ritu etiã introducto in omnibus cau-
19 ſis, ſibi præiudicat, & de ordinaria fit ſummaria, & conſequenter ex forma ipſius Ritus non appellabilis, de iure
20 enim, etſi cauſa ordinaria cõſenſu partium non poſſit fieri ſummaria, ſecus tamen è contra, *ſecundum gl. in verb. irritandis, & in ver. partibus. vbi Docto. Clem. ſæpe. de verborũ ſignific. D. Mut. in d. c. Rit. 140. vbi refert ita bis fuiſſe iudicatum in M. C. ex Bongior. & Montal. ibi per eum citatis.* Et in hoc Ritus corrigit ius commune, vt partibus conſentientibus in omni ca-
21 ſu, etiam feudali, poſſit ex abrupto, & ſummarie procedi: Si vero pars diſſentit, & cauſa de ſui natura eſt ordinaria, licet ex abrupto proceſſum fuerit, modus procedendi non alterat, nec mutat naturam iudicii, & conſequenter cauſa remanet ſecundum ſuam naturam appellabilis, vt in his terminis loquitur *Cap. Ritus 140. & ita clariſsime deci-
22 dit D. Petr. de Greg. de iudic. cauſ. feud. q. 21. in fin. vbi dicit expreſsis verbis.* quod ordo, & modus procedendi non immutat naturam cauſæ feudalis, ſed ea remanet appellabilis iuxta eius naturam parte contradicente, & non conſentiente, & ita quoq; determinat *Ancharan. conſ. 78. n. 3. quem refert Bongior. ſuper Ritu, &* facit

Digitized by Google

facit ratio, quia vbi proceditur ex abrupto, & parte diſſentiente ſi iudex pronunciat, quod procedatur ex ab-
23 rupto dato termino, in quo recipiuntur teſtes, & partis defenſione producuntur, neceſſario ſequitur, quod cauſa debet eſſe appellabilis, quia cum in
24 ſecundo iudicio procedi debeat, prout in primo iudicio proceſſum fuerat *ex conſ. Oldr. 12.* dicendum eſt conſequenter, quod niſi daretur appellatio in ſecundo iudicio, non poſſet procedi, ſicut in primo iudicio, ſiquidem cum eadem termini datione, & teſtium ac
25 defenſionum productione, quia in reuiſione proceditur per eadem acta, & nulla fit innouatio. Hinc praxis ſumẽda eſt, quod dato termino, & per partem factis probationibus, & exinde concluſa cauſa, pronunciatur ſententia, non autem fertur interlocutoria, à
26 qua ex præeminentia M. C. non datur
27 appellatio, & ab ipſa ſententia admit-
28 tenda omnino eſt appellatio, ſi de ſui natura cauſa eſt appellabilis,

Præterea minus obſtabant exempla adducta de iudicio poſſeſſorio, vel per viam inſtantiæ, etiam in cauſa feudali, nam dictum fuit, quod ideo in dictis
29 cauſis non datur appellatio, quia ex forma Ritus 133. cauſæ poſſeſſoriæ de earum natura ſunt ſummariæ, & non appellabiles, *prout idem Petr. de Gregor. declarat in quæſtio. 17. ad quem ſe remitti in citata quæſtio. 41.* & quando proceditur per viam inſtantiæ, ſeu cedulæ condemnatoriæ, ideo non datur appella-
30 tio, quia hoc priuilegium proceſſus per viam cedulæ, in quo Ritus expreſſe, & ſpecialiter diſponit, quod non detur appellatio, & illud euenit, vel ex pacto contrahentium in contractu feudi, vt quemadmodum infra decennium ad
31 redimendum feudum proceditur via executiua à die, quo agi potuit, ita poſt decennium agi poterit per viam inſtantiæ, vel poteſt etiam prouenire ex
32 natura cauſæ iuxta formam Ritus, qui non diſtinguit inter cauſas feudales, & non feudales, & tamen ſi procederetur ordinarie, appellaretur, & ob id orietur maximum abſurdum, vel quod in ea cauſa procedatur ordinarie, & nõ ſit appellabilis, vel quod procedatur ſummarie, & ſic appellabilis, idemque dicendum eſt, vt ſummarie proceda-
33 tur, ex quo a tali ſententia nõ appellatur, *vt declarat Petr. de Gregor. in quæſtione 21. in verſ. aduertendum tamen eſt, ad quam ſe remittit ipſe in dict. quæſtio. quadrageſima quinta,* dum reſpondet prædictis obiectionibus, & propterea fuit introductus proceſſus in Conſiſtorio, & ibi confirmata ſententia M. C. *quam habes in deciſ. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Aſſecuratores ſtante deterioratione in frumentis tenentur ad pretium rei aſſecuratæ, & num 10 limita ſi eueniat ex culpa aſſecurati, num. 11.*

2 *Pacta in contractu aſſecurationis adiecta inſpicienda ſunt.*

3 *Aſſecuratores in caſu damni rei aſſecuratæ ad quid teneantur.*

4 *Frumenta deteriorata dicuntur deperdita, & num 7. Amplia num. 5.*

6 *Re corruptæ æſtimatio debetur.*

8 *Debitor reddendo rem deterioratam non liberatur, & n 9.*

12 *Aſſecuratores dicuntur emptores periculi, & num. 25.*

13 *Periculum aſſecurationis quotuplex eſt.*

 14 Pro-

Digitized by Google

14 Promittens ſoluere æſtimationem, vel rem incorruptam reddere, ad quid teneatur in caſu deteriorationis.

15 Dominium rei aſſecuratæ non tranſit in aſſecuratorem.

16 Damnum paſſus ceſſante aſſecuratione, non patitur niſi deteriorationem.

17 Verba pacti ſingula ſingulis referendo, quomodo intelligenda ſunt.

18 Teſtes recepti parte incitata non probant. Limita num. 26. & 27.

19 Sententia lata contra perſonam illegitimam eſt nulla.

20 Curator aſſecuratoribus qualiter ſit dandus, & n. 21. Contra num 28. & 29.

22 Exter qualiter ſit citandus. Amplia num 23.

24 Verbum (damnum) pro deterioratione exponitur.

29 Geſta per curatores electos in caſu naufragij, ſeu damni nocent aſſecuratoribus.

ARGVMENTVM.

Aſſecuratores ex deterioratione rei aſſecuratæ, an teneantur ad totalem perditam, vel ad quantitatem damni ſecuti?

DECISIO CXCVII.

DVm fuiſſet ad inſtantiam Sindici Ciuitatis Valentiæ aſſecurata nauis quædam frumentis onuſta, quæ ob varias maris tempeſtates per dictam nauim paſſas tam viaggio, quam etiam in loco, vbi exonerari debuerant, fuerint effecta adeo deteriorata, & nō receptibilia, vt requiſita dicta Ciuitas pro eorum conſignatione, ea prorſus refutauerit, ideoq; intendens D. Sindicus in Vrbe Panor. reſidens, eueniſſe caſum aſſecurationis, iudicium tentauit in Curia Conſulatus Catalanorum, cōtra aſſecuratores eiuſdē nationis, eoſq; bis condemnari fecit ad pretium rei aſſecuratæ; à quibus prouiſionibus, cum ſe grauaſſent aſſecuratores, ad M. C. ibiq; obtinuerint, fuit ex parte Sindici petita reuiſio coram Conſiſtorio, petendo reuocationem ſententiæ prędictæ, nam ſtante deterioratione in frumentis, tenebantur aſſecuratores
1 ad eorum pretium, & frumenta aſſecurata ita corrupta, & maleficiata remanere debebant pro ipſis aſſecuratoribus, prout ex forma pactorum in ipſo contractu adiectorum expreſſe diſpo-
2 nebatur, quæ in ſimilibus inſpicienda erant *ſecundum Santern. de aſſecurat. par. 3. n. 38. Genue. deciſ. 102. n. 12. Sirac. de aſſecura. glo. 19.* in dicto etenim actu aſſecuratores in caſu damni, ſeu perditæ ſoluere promiſerant ſummam aſſecuratam, &
3 vnus ex caſibus nempe (damni) iam aduenerant, *vt in ſpecie dixit Sfor. Odd.*
4 *conſ. 31. num 26. & 41.* quinimo, & caſum perditæ pariter adueniſſe dicebatur ob mutatam conditionem, *ad text. in d. l. perditum. vbi gloſſ. de ff. petit. hæred. iuncto text. in l. verum, §. fin. ff. pro ſoc. & facit melior*
5 *tex. in l. mulieris, ff. de verborum ſignific. Surd. qui ampliat etiam in pœnalibus, in conſ. trigeſimo tertio, num. 2. conſilio 397. num. 24.* aut enim rem debebant incorruptam reddere, aut æſtimationem, de qua
6 conuenerant, *ad tex. in l. 1. §. æſtimatio. ff. de æſtimat. action. vbi Bartol. Ludouic. Molin. de Contract. lib. 2. diſput. 295. num. 19. verſ. contrariam ſententiam, fol. 118.* vbi ait, quod æſtimatio, (*quæ in caſu iſto facta fuerat ad certam ſummam pro qualibet ſalma*) operatur, vt certum quid ſit reddendum in euentum, quod non res ipſa, ſed æſtimatio illius ſit reddenda, etiam quod
7 perierit, aut deterior reddita ſit, quod idem eſt, *ad tex. in l. 1. §. an pupillum. verſ. ſi res depoſita, ff. de pæn. l. Iulianus. §. ſi quis. ff. ad exhib*

exhib.& tex.in d.l.mulieres.§.res abeſſe, & *& ib.gl.ff.de V.S.& tex.in l.ſi redditus.ff.commod.* vbi ſi reddita ſit res commodata,
8 ſed deterior, non videtur reddita, & durat prima actio, *vt dixit ibi Bar.* quia non
9 liberatur debitor *ad text. in l. in hoc.§. in vtroq;.ff.de condi.tritic.Menoch.de præſump. lib.3 præſumpt.45.n.7.* in tantum, quod in caſu iſto fruméta deteriorata relinqui debeant pro aſſecuratoribus, qui
10 tenebantur ad totam ſummam, cum ſit facta venditio rerum aſſecuratarū, *vt tenet Sfor.in d.conſ.31.n.26.& 41.* licet in caſu ſuo ob alias rationes contrarium teneat. Quibus accedebat ſententia lata in dicta Ciuitate Valentiæ, per quam ſtante damno, & deterioratione fuerat abſoluta à receptione frumentorū.
11 Dicebant aſſecuratores, quod damnū ſecutum fuerat culpa aſſecurati, quia ſtantibus impedimētis d.Ciuitatis frumenta reperiebantur deteriorata in naui, dum eſſet in loco, vbi exonerari debuerant, & ſic ad nihilum tenebantur, *ſecundum Santern.de ſponſ.meri.par.3.n.25.verſ.immo prius.& par.4.n.28.verſ primo quia, Sfor.Odd.in d.conſ.31.n,18. Strac.de aſſecur.glo.15.in fin.& gl.29 n.8.* & dato, quod prędicta ceſſarent, nec etiam teneri videbantur ad totam ſummam aſſecuratam, ſed duntaxat damnum deteriorationis reſarcire, cum dicantur emptores periculi, & oneris auerſi, *l.periculi,*
12 *§.pretium,& ibi Bal.ff.de naut.feno.Caſt.in l. in naue Saupheij,ff.locat.* & ſic re totaliter amiſſa deberent ſoluere totalem perditam, & re deteriorata, periculū tantum deteriorationis, & illud ꝙ deficit ad priſtinam bonitatem, duplex enim
13 eſt periculum totius nēpe peremptionis, & deteriorationis, *Bart.in l.prima ff.*
14 *de aſtimat.actio.* vbi ſubdit, ꝙ promittens ſoluere æſtimationem, vel rem incorruptam tradere, ꝙ ſolum tenetur ad totalem æſtimationem, in caſu, quo rē incorruptam non reddat, vbi à principio dominium ſit translatum, ꝙ ceſſabat in caſu iſto, cum dominium rei aſ-
15 ſecuratæ non tranſeat in aſſecuratorē, *& in ſpecie tradiderunt Santer.de ſponſ.merc. parte 4 ſub num.45. verſicul. in contrarium. Strac. de aſſecurat.gloſ.17. ſub num.1. Molin. de contract.diſput.507.colum. 2.* eoq; magis ſtantibus verbis ipſius pacti, *ibi (prout ſi Ciuitas Valentiæ non fuiſſet aſſecurata,* & verum erat dicere, quod ceſſante aſſecu-
16 ratione Ciuitas nōn pateretur, niſi dānum deteriorationis, & fortius ibi: *(quod in caſu damni, ſeu perditæ, teneantur ſoluere aſſecuratores ſummas aſſecuratas, vel id totum, quod ſoluere debeant,)* nam ſingu-
17 la ſingulis referendo verba pacti erant intelligenda, videlicet in caſu totius perditæ, totam ſummam, in caſu vero damni, & partis, partem tantum, & id ꝙ debebant ex iuris diſpoſitione, & ſic pro rata deteriorationis, vt verba prædicta aliquid operētur, & ne ſuperflua iudicentur; idque magis procedere in tanta conſtabat deterioratione niſi per
18 teſtes parte incitata receptos, qui nullā fidem faciebant, *Rot.Ianue.deciſ.3.num.3. & ſequ.Farinac.q.72.nu.15.per totam.* Nec obſtabat ſententia lata in Ciuitate Valentię, quia erat ipſo iure nulla vti pro-
19 lata contra curatorem illegitime da-
20 tum, tum quia non conſtiterat de abſentia aſſecuratorum, *Ang.conſ.103. Bald. in conſ.327.ſub num.1.verſ.item ex cauſa longeua abſentia, li.5.Roueſcal.in addit. ad Bald.*

Digitized by Google

conſ.324.d.lib.5.Menoch.de arb.caſ.150.n.16.
21 *& 18.* tum etiam, quia aſſecuratores
non erant ſubditi ipſius iudicis dantis
curatorem, *vt poſt multos dixit Rol.de lucr.*
22 *dot.quæſt.15.n.5.Surd.conſ.168.num.55.* hinc
eſt, quod vbi extet ratione contractus
aliter ſortitur forum, ſecundum vnam
opinionem, per nuntium eſt citandus,
vel ſecundum aliam opinionem, per
literas rogatorias directas iudicibus
23 domicilii ipſius exteri, & maxime ſi ha-
beretur notitia de loco vbi citandus
reſideret, prout erat in caſu de quo a-
gebatur ex ſolutione per aſſecuratores
deſtinata hic Panormi, *vt notabiliter di-*
xit Abb.in c fin.de foro compet. Farinac. q.11.
n.43. Sigiſm. Scacc. in pract. cauſ. ciuil.c.40.
num.5. cum ſeq. Afflict. in conſtit. Edictorum,
num.13 & in ciuilibus, num.11.& 13.

His diſcuſſis Conſiſtorium iudica-
uit inceptam (vt vulgo dicitur) rema-
nere debere pro aſſecuratoribus facta
prius ceſſione de dictis frumentis, &
proinde teneri ad ſummam aſſecura-
tam, confirmando prouiſiones factas
per Curiam Conſulatus, & ad contra-
ria dictum fuit, quod in caſu iſto nul-
la poterat culpa imputari aſſecuratis,
cum tempeſtas fuerit in mari ante exo-
nerationem, tam ſuper Inſulæ Melitæ,
quam in ſequenti die, quo in loco ap-
pulerant, & teſtes ex aduerſo producti
videbantur ſibi inuicem cõtrariari, &
maxime ſuſpecti de falſo, quinimo to-
tum contrarium ex parte Syndici pro-
batũ extiterat. Nec pariter obſtabant
Caſtr. Satern. cum ceteris, ac etiam ſtylus
ex aduerſo probatꝰ, quia minime pro-
cedebant, vbi expreſſe cautum fuiſſet
per contrahentes, vt in caſu damni, ſeu
rei perditę aſſecuratores tenerentur ad
ſummam aſſecuratam, prout erat caſus
de quo agebatur, quod verbum (*dam-*
24 *num*) pro deterioratione exponitur, *per*
25 *Sfor.Odd.d.conſ.31.n.41.*& ſic in vtroq; ca-
ſu emptio totius æſtimationis promiſ-
ſæ facta dicebatur *Satern. in loco citato, n.*
45. Propterea dictum fuit, quod teſtes
26 recepti licet parte incitata bene proba-
bant deteriorationem frumentorum,
& naufragium, cum euenerint in lon-
ginquis partibus, *ſecundum Dd ex aduerſo*
allegatos, & in ſpecie voluit Strac. de aſſecur.
27 *gloſ.28.n.2.*eoq; magis in Regno, vbi in
vim extremorum admittuntur teſtes
parte incitata ad fundandam executio-
nem inſtrumenti, quoties quid extrin-
ſecum deducitur, *ſecundũ Cumi. ſuper Rit.*
cap 6.n.102. Burgi. de laudem. inſpect.40.n.6.
28 Minus obeſſe videbatur, quod ſenten-
tia erat nulla, quia ſecundũ conſuetu-
dinem mercatorũ in loco, vbi merces
applicatę ſolent eſſe naufragatæ, & de-
terioratæ, eliguntur curatores per Cõ-
ſules dicti loci, qui adminiſtrant, & cu-
29 ram accipiunt, & quidquid ab eis fit,
nocet aſſecuratoribus abſentibus, vt a-
liàs fuit deciſum per M.C. *teſte Milan.*
deciſ.11. n.39. lib.1. qui multa cumulat in
materia, & ſufficere ait, quod aſſecura-
30 tores ſint ſubditi ratione rei ſitæ, idq;
magis, quia poterant ibi conueniri, *ſe-*
cundum Bald. in conſ.172.vol.2. Et ſecun-
dum prædicta fuit executum, licet vt
verum fatear, inchoato eodem iudi-
cio contra aſſecuratores Ianuenſes
fuerit diuerſimode determi-
natum, & adhuc
pendet.

SVMMA-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Spolians non auditur ante factam reſtitutionem rei ſpoliatæ. Amplia, num.2.*
3 *Executio non datur pro debito illiquido. Et qualiter ſit agendum, num.4.*
5 *Prohibita appellatione quoad rem, cenſetur etiam prohibita quoad fructus.*
6 *Verbum (reſtituere) quid operetur. Et quid ſtante ſtatuto, num.8.*
7 *Contar. d. in l. Vnica, C. ſi de moment. poſſeſſ. declaratur.*
9 *Tertius an audiatur in caſu ſpolij, ante factam reſtitutionem. Ratio, num.10. Amplia n.13 Contra n.14. Intellige, n.18.*
11 *Priuilegium ſpolij fuit introductum in odium ſpoliantis.*
12 *Spoliantis odium non nocet tertio.*
15 *Appellatione aduerſarij venit tertius.*
16 *Remiſſio non competit ſuccumbenti ante ſolutum debitum. Idem eſt in tertio, n.17.*

ARGVMENTVM.

Tertius an poſſit audiri in cauſa ſpolij de recenti?

DECISIO CXCVIII.

IN Regno *ſtante Rit.135.* ſpolians non
1 auditur in defenſionib⁹ ſuis ante fa-
ctam reſtitutionem rei ſpoliatæ, *ad tex.
in l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de vi publ.
c. grauis. de reſtit. ſpoliat. Dd. omnes ſcribentes
ſuper d. Ritu, & ex multis comprobat Decian.*
2 *reſp.47. vol.5.* idq; extendunt, etiam ad
fructus, damna, intereſſe, & expenſas
iuxta formam ſententiæ, in tantum,
3 quod ſi talia non ſunt liquida, & pro
debito non liquido non poſſit procedi
executiuo modo, ſolet dari terminus
ſpoliato ad liquidandũ iuxta formam
Pragmaticæ, & interim ſuperſederi in
cognitione cauſæ meritorum ſpolii, &
4 facta liquidatione fit executio ꝓ ſum-
ma liquidata, *vt voluit Bald. in l.2. C. de ex-
cept. rei iudic. Pet. de Greg. de iudic. cauſ. feud.
q.17.n.39. & 40. Cumi. ſuper d. Rit. ordine ſuo
40.nu.67. Surd conſil.166.nu.1.vol.2.* ideoq;
5 ſicuti prohibita eſt appellatio quoad
rem principalem, ita & pariter quoad
6 fructus, vt elicitur ex verbo (reſtituere)
in Ritu ipſo adiecto, quod rẽ cum fru-
ctibus denotat, *ad tex. in l. qui reſtituere. ff.
de V. S. d. c. grauis. de reſtit. ſpoliat. Caualc. dec.
14.n.2.par.1 Surd. conſ.116.n.22. & conſ.293.*
7 *n.16.* quidquid dixerit *Contar. in l. vn. C. ſi
de momentaria poſſeſſ. fuer. appell.* cuius dicta
procedunt de iure communi, *vt aduer-
tit Menoch. in tract. de adipiſcen. poſſ. rem.4.*
8 *n.869.* qui ſtante ſtatuto aliud ſentire vi-
detur, *ibi in nu.175. in fin. verſ. hinc fit. & in
conſ.759. n.15. cum ſeq. vol.8. & conſ.848.n.2.
vol.9.* & ita pluries iudicauit Conſiſto-
rium; fuit tamen coram me orta con-
trouerſia, an idem procederet in tertio
9 vt non niſi facta reſtitutione rei cum
fructibus in hoc iudicio audiatur? *Alex.
in l. naturaliter. §. nihil commune. in 16. fallent.*
10 *ff. de acq. poſſ.* tenuit, quod poſſit audiri,
quia vbicunq; lex denegat audientiam
alicui in aliquo caſu, ſemper denegat
eam reſpectu partis aduerſæ, & non
reſpectu tertii comparentis pro ſuo in-
tereſſe, *vt voluit Bald. in l.2. C. de exerc. act.
& in l. ſi pro te. C. de dot. promiſſ. Anchor. in
clem.1. de re iudic. Surd. d. conſ.166.n.12.vol.2.
Gail. lib.1. obſeruat.27. Menoch. latiſſime conſ.
488.n.1.li.5.* vbi de receptiſſima opinio-
ne teſtatur *Dec. d. conſil.47.n.10. & 11.* eoq;
11 magis, quia priuilegium ſpolii intro-
ductum fuerat in odium ſpoliatoris,
12 *Clem.1. de cauſ. poſſeſſ.* & proprie, quod o-
dium tertio nocere non debuerat, *c. fre-
quens. de reſtit. ſpoliat. in 6. Menoch. de recupe.
poſſeſſ. remed.1.n.327. Cance. var. reſolut. lib.2.
c.16.n.89. Cunian. ſuper d. Rit.40.n.174.* idq;

13 procedere videbatur, etiamſi ius tertii
eſſet connexum, ſiue vnitum cum iure
ſpoliatoris, *ſecundum Abb. & Fel. in cap. ve-
niens. ill. 2. de teſtib. communem dixit Iaſ. in l.
ſi emancipati. C. de collat. & Rub. in d. §. nihil
commune. l. naturaliter, num. 155. in 8. limit.*

Sed contrarium iudicaui, vt neque
14 tertius audiatur ante factam integram
reſtitutionem rei vna cum fructibus, &
expenſis, ſtante Ritu prædicto, ibi (an-
tequam audiatur aduerſarius in defen-
15 ſionibus ſuis,) quia appellatione ad-
uerſarii venit etiam tertius, *vt voluit Pa-
norm. in c. in literis. in 3. notab. de reſtit. ſpolia.
Fel. in c. 1. col. 1. de iud. ver. nota ibi, quos refert,
& ſequitur Pet. de Greg in d. q. 17. n. 16. & 17.*
16 *Cum. d. Rit. 40. n. 175.* maxime vbi ius ter-
tii ita eſſet coniunctum cum iure ſpo-
liatoris, vt oppoſitio tertii reſpiceret
commodum ſpoliatoris, atque ipſius
tertii, *vt erat hic ſecundum Rip. in d. §. nihil
commune. nu. 180. Menoch. d. remed. 1. nu. 381.*
17 *Cancer. in loco citato, nu 93. vbi ita limitat in
contrarium adducta. Ideoq; vt dixi in deciſ.*
18 *99. num. 5. licet per Rit. 188.* non audiatur
ſupplicans in reuiſione, niſi ſoluat; cæ-
terum ſub dicta dictione (ſupplicans)
tertius comprehenditur, vt aliàs iudi-
cauit Conſiſtorium.

SVMMARIVM.

1 *Vnus ex dominis non poteſt petere ius prælationis in re emphyteutica. Contra num 9.*

2 *Acta facta per vnum ex coheredibus ſunt nulla.*

3 *Ius emphyteuticum eſt indiuiduum.*

4 *Cenſus in qualibet parte rei extare dicitur, & num. 5.*

6 *Cenſus ſi pro parte ſoluatur ab vno ex pluribus heredibus, res poteſt auocari iure commiſſi.*

7 *Dominus totam rem emphyteuticam in ſolidum habet obligatam.*

8 *Emphyteuſis ſi alienetur pro parte, irrequiſito domino, an in totum cadat.*

ARGVMENTVM.

Vnus ex coheredibus proprietarijs, an poßit petere ius prælationis non habita ceßione ab alijs?

DECISIO CXCIX.

SI plures ſint heredes inter quos di-
uiſum reperiatur ius canonis em-
phyteutici debitum ſuper aliquo præ-
1 dio, non poſſet vnus eorum petere ius
prælationis in alienatione rei emphy-
teuticæ non habita prius ceſſione ab
aliis coheredibus. *ad text. in l. 2 ff ſi pars
hered. pet. a. l. deberi. C. de fideicom. liber. l. pe-
to. §. fratre, ff. de leg. 2. cum ſimilibus adductis
per Surd. conſ. 415. num. 9. & ſeq.* in tantum,
quod ſi ab vno peteretur vltra portio-
2 nẽ ſibi debitam, proceſſus redderetur
nullus, & actor ſuccũberet, *vt dixit Cal-
can. in conſ. 91. n. 4. circa fin. verſ. ſexto etiam.*

Conſiſtorium de menſe Iunii 1600.
iudicauit contrarium, declarando ſen-
3 tẽtiam validam, quia ius iſtud emphy-
teuticum erat indiuidum ratione do-
minii, *ſecundum Clar. in §. emphyteuſis, q. 8.
n. 8. Gomez. de indiuid. c. 10. n. 23. verſ. octauo*
4 *infero*, ideoq; in qualibet parte, cenſus
extare dicitur, prout e conuerſo, dum
rei pars extat, ſemper durat dominiũ,
5 *vt tradit Alex. in l. interdum, §. ex naufragio,
n. 7. ff. de acq. poß. & poſt alios tradit Corbol. de
iur. emphyt. in tit. de cauſ. priuat. ob non ſolut.
canon. ampl. 1. n. 2. verſ. ratio eſt, & amplia, 12.
n. 2, verſ. quia emphyteuta:* hinc eſt, quod ſi
6 vnus ex heredibus ſoluat pro parte, alter
vero non, elapſo triennio res emphy-
teutica,

Digitized by Google

teutica, vel cenſualis cadit in commiſſum, ac ſi nullus ſoluiſſet, *vt determinat gl. communiter approbata in l. communi diuidundo, ff. commun. diuidun. Bar. in l. fraudati, ff. de publ. & vect. vbi cæteri Dd. Iaſ. in l. 2. q. 17. C. de iur. emphyteut. Gomez vbi ſupra. Fab. de Anna conſ. 16. n. 5. & conſ. 83. n. 32. Natt. conſil.*
7 *479. n. 24.* cuius ratio eſt, quia dominus totam rem habet obligatam in ſolidũ pro ſuo canone, *vt poſt Bart. & alios ſenſit Par. de Put. de reinteg. feu. verſ. at iuxta prædicta, n. 13. fol. (mihi) 25. Fed. de Sen. conſ. 228.*
8 *Corn. conſil. 24. n. 14. vol. 2.* licet in alienatione partis rei emphyteuticæ adſint communes contra communes, *de quib. per Alex. conſil. 96. n. 28. vol. 5. Corbol. in tit. de cauſ. priuat. ob alien. irrequi. dom. ampl. 42. n. 6. Maur. Burg. de laudem. part. 2. inſpect. 34. n. 5. Honded. conſ. 51. n. 34. lib. 1.* & propterea in ſpecie, de qua agebatur, quilibet
9 vti poterat iure ſuo, *vt dixerunt Gui. Pap. deciſ. 411. Alb. in l. qui fundum, nu. 6. ff. de ſerui. ruſtic. præd. & poſt Gulielm. de Cun. & Ang. trad. dit Tiraq. du retraict. lignag. §. 11. gloſ. 7. n. 4. & in §. 23. gl. 2. n. 4.* qui multa cumulat in materia. Et contraria militabant extra terminos prædictos.

SVMMARIVM.

1 Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum fit ſubrogatio. Amplia num. 2. Limita, num. 28. 30 31. Declara, num. 34.

3 Dos de paragio, & vitæ, & militia debentur ſuper feudalibus.

4 Feudalis res, quando dicatur.

5 Dos de paragio non competit ſuper feudo franco, neq; ſuper feudo nouo, n. 6. Contra n. 43. & 45. Intellige, num. 47 & 48.

7 Filia à patre dotata excluditur à ſucceſſione feudi.

8 Legatum relictum filiæ, cenſetur donatum animo compenſandi eum dotem.

9 Feudum relictum ſecundogenito, cenſetur relictum in compenſationem vitæ, & militiæ ſibi debitæ ſuper aliis feudis.

10 Filia dotata dicitur, vbi à patre aliquid in teſtamento fuerit relictum. Amplia, n. 11.

12 Statutum excludens filias dotatas, verificatur in ea, cui aliquid in teſtamento patris fuerit relictum.

13 Dos de paragio debetur ſuper feudo remanſo poſt mortem patris vndequaq; proueniente.

14 Conſuetudo attenditur in dote de paragio.

15 Dos de paragio, & vitæ, & militia debentur ratione excluſionis feudi.

16 Baro accipiens inueſtituram tenetur ad onera feudi.

17 Feudalis res præſumitur non apparente conceſſione.

18 Iuriſdictio contra vaſallos conceditur ſuper feudis.

19 Conceſſio facta cum vaſallis dicitur feudalis. Amplia in Regno Siciliæ, num. 23.

20 Feudum dicitur, vbi fidelitas debetur Regi, & ſub num. 22.

21 Aſſenſus Regis in conceſſione intelligitur reſeruata fidelitate. Amplia, num. 22.

24 Terra cum vaſallis in Regno non ſolent concedi niſi in feudum.

25 Dos de paragio non debetur feudo eccleſiaſtico. Intellige, num. 26.

27 Dos de paragio ſucceſſit loco legitimæ.

29 Dos de paragio eſt onus feudi perſonale.

32 Feudum ſubrogatum in locum alterius feudi ſapit eius naturam. Limita, n. 35. & 36.

33 Res allodialis permutata cum re fideicommiſſo ſubiecta, efficitur fideicommiſſaria.

37 Maioratus ſubrogatus in locum alterius non ſapit eius naturam. Ratio, num. 38.

39 Subrogatio rei feudalis fieri non poteſt abſq; licentia Principis. Amplia, num 40.

41 Vaſalli facere non poſſunt feudi conditionem deteriorem, & num. 42.

43 Clauſula (feudi natura in aliquo non mutata) in inueſtitura appoſita, quid operetur, & num. 50.

46 Verbum (francum) in conceſſione feudi appoſitum declaratur.

49 Feudum ſubrogatum in locum feudi antiqui erit antiquum.

51 Dos

Digitized by Google

51 *Dos de paragio debetur ſuper feudo nouo.*
52 *Baro habet duplex patrimonium, & poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, num 53.*
54 *Legitima competit ſuper bonis allodialibus Baronis,*
55 *Feudalia non comprehenduntur in generali diſpoſitione. Ampl. n. 56.*

ARGVMENTVM.

Dos de paragio an debeatur ſuper feudo ſurrogato loco rei liberæ.

DECISIO CC.

TAxatis dotibus de paragio, & vita, & militia competentibus Don Mariano, & Donnæ Mariæ Corbino ſuper Baronia Baidæ, in certa ſumma, & eius vigore cauſata executione iuxta Regni praxin antiquiſſimam, fuit tam in Curia Præturæ, quam in M. C. deciſum, quod petitio ipſa procederet; deuoluto tamen proceſſu ad Conſiſtorium, dicebat Baro condemnatus, quod in caſu iſto nulla competere poterat dos de paragio, neque vita, & militia,
1 quia Baronia Baidæ fuerat ſubrogata, & permutata in locum Terræ Dimidii, Iuſi, quæ in nihilo tenebatur *ex traditis per Tiraq. du retraict. lignag. § 33. n. 26. & in l. boue, § hoc ſermone. in 14. limit. num. 3. ff. de verb. obl. optime Luc. de Pen. in l. 1. num. 17. & & 19 verſ. ſed quid in quaſtione, C. de imponen. lucrat. deſcript. lib. 10. Loffred. in conſ. 11. Menoch. conſ. 213. lib. 3. Dec. conſ. 43. nu. 21. lib. 3. Crauet. conſ. 202. n. 51. & 52. Milan. dec. 5. n. 57. par. 1. Molin. de primog. Hiſp. lib. 4. c. 4. vbi diſting. à n. 29. vſq. ad 34. Afflict. in cap. 1. §. cum autem. n. 32. cum ſeq. de controuer. inueſti.*
2 quæ ſubrogatio expreſſe facta fuerat, vt vna res ſuccedat in locum alterius, & quod in Feudis Baidæ ſuccedant, & ſuccedere debeant illi ſucceſſores, qui de iure ſuccedere deberent in d. Terra Dimidii Iuſi, *ad tex. in l. filiæ, §. Titia, ff. de condit. & demonſt. vbi Bart. & l. filiæ, §. Titia, ff. de condit. & demonſt. vbi Bart. & l. ſi donatæ, §. ſi ſponſus, ff de donat. inter virum, & vxor. Becc. conſ. 101 n. 24. in fin. Tiraq. d. § 33. n. 11. in fin. & n. 23. cum ſeq. Caſſan. in Conſuet. Burg. tit. de droit, §. 2. n. 7.* In tantum, quod ſuper dicta Terra vti re allodiali, nec dos de paragio, nec vita, &
3 militia deberi poterat, cum ea tantũ in feudalibus locum habeat, *ſecundum And. de Iſern. in cap. 1. nu. 14. verſ. hæc eſſet vera. de natu ſucceſ. feud. & In conſti. In aliquibus. verſ. quid ſi deſinatur, Pet. de Greg. de dot. de parag. q. 19.* vbi ait ſeruari in Regno, & maxime, quia vti res allodialis fuerat poſſeſſa,
4 dum nec conceſſio in feudũ, neq; ſeruitium, nec capitura inueſtitura, vel iuramentũ fidelitatis oſtẽdebatur, quinimmo quod eſſet emphyteuſis eccleſiaſtica: & dato quod fuiſſet feudum, vtiq; ſuper eo tanquam feudo franco
5 dos de paragio non competebat, *vt decidit Pet. de Greg. in tract. de vit. & mil. q. 5. in fin.* quidquid dixerit *in tract. de dot. de parag. q. 22.* vbi cogitandum relinquit, quibus accedebat quod ſi reſpiciatur
6 feudum Baidæ, illud pariter tanquam feudũ nouum, vti acquiſitum à Ioanne Corbino ſubeſſe nõ poterat oneri vitæ, & militiæ, & dotis de paragio *ad not. per eundem Petr. de Greg. in d. tract. de dot. de parag. q. 21. Milan. dec. 8. nu. 23. cum ſeq. parte*
7 *prima.* eoq; magis vbi filiis in teſtamento paterno aliquid relictũ fuiſſet, prout erat caſus iſte; tunc etenim prorſus à feudi ſucceſſione excludebantur, *vt dixerunt Pet. de Greg. in d. q. 21. Cannet. in c.*

ſi alio

Digitized by Google

ſi aliquem,nu.6.fol.313.Brun.in conſ.impreſſo poſt tract.quod extan.maſc.n.30.& ſeq.Cagn.
8 *in l.Papinianus,§.4.n.9.de inoff.teſtam.*quia tali caſu cenſetur relictum animo cō-penſandi,*Pet.de Greg.de dot.de parag.q.12. verſ.his ſic ſuppoſitis,& q.33.in fi.*ſicut dici-
9 tur de feudo relicto ſecundogenito, nam cenſetur relictum in compenſationem vitæ,& militiæ debitæ ſuper aliis feudis. *Vrſil.ad Affl.dec.138.n.4 & 5.Tiraq.de primogen. q. 75. in princ. Fab.de Aun. conſ.120.& 121.vol. 2. quod vltimum eſt Iaco. Menoch.* adeo quod filia dotata cenſe-
10 tur ex eo ſolo, quod pater pro dote aliquid in teſtamento relliquit, *Bar.in l.Titio genero,n.6.ff.de condi.& demon.Tiraq.qui dicit ita in practica ſeruari de retract.par. 2. ad fi.n 39.& ſeq.communem dixit Ruin.conſ. 34.n.7.lib. 4. Crot. conſ.35. Alciat. conſ.271.*
11 *num.9.* etiam nulla facta mentione dotis,ſecundum *Bar.in l.quod aut.de iur.dot. & notandum putat Aret.in. in §.fuerat.n.34.*
12 *inſtit.de act.* Ideoq; ſtatutum excludens fœminas dotatas verificatur in filia,cui in teſtamento aliquid relictum ſit pro dote,*Bec.poſt alios in conſ.53.n.1. & ſequen. vbi multos allegat,& Pet.de Greg.d.q.21.*

At in cōtrarium dictum fuit, quod dos de paragio & vita & militia omnino eis cōpetebāt ſuper Baronia Baidę remanſa poſt mortem Ioannis eorum patris,nam in Regno ſufficit,quod tē-
13 pore mortis patris remaneat feudum vndecunq; proueniens,quia non eſt in aliqua conſideratione, vtrum vno, vel altero modo perueniat, niſi tantum, quod tempore mortis ſit relictum, *vt dixit Io.Aloiſ.de Sept.magnus Feudiſta in ſuo repertorio in verbo vita,& militia,*& ita teſtatur ſeruari in Regno,qui mos,& cō-
14 ſuetudo in dote de paragio attendi debet,*vt poſt alios dixit Petr.de Greg.de dot.de parag.q.31.eo* magis,quia frater Baro ceperat inueſtituram, & poſſeſſionem Baronię poſt mortē patris,pro ſe,ſuiſque hæredibus,& ſucceſſoribus in perpetuum,cum clauſula iuris francorū, prout ipſe communis pater in eius vita poſſiderat, & clauſula *(feudi natura*
15 *non mutata,)* fratres, & ſorores excludendo, & conſequenter eis tenebatur præſtare dotes de paragio & vitam, & militiam, quæ competebant ex natura ipſius feudi *ad tex.in conſtitut. In aliquibus vbi Affl.Pet.de Greg.d. tract. de dot.de parag. queſt.20.num 3.verſ.confirmatur,& ſecundo,*
16 quandoquidem eo ipſo, quod a cepit d.inueſtituram, remanſit obligatus ad omnia onera, quæ veniebant ex natura ipſius Baroniæ, *Aret.in conſ.14.& conſ. 162.col.fin.Loffred.d.conſ.11.nu.21.* & ſecundum hanc opinionem iudicauit Conſiſtorium confirmando duas alias ſententias condemnantes Baronem: Nec obſtabant contraria,in quibus re vera tota difficultas reſidere videbatur, & primo, quod Baronia prædicta fuerat ſubrogata in locum Terræ Dimidii Iuſi,ſuper quam nō competebant nec dos de paragio,nec vita,& militia, quia dictum fuit, quod Terra prædicta nō ap-
17 parente conceſſione feudalis dicebatur concurrentibus cōiecturis,& præſumptionibus,*ſecundum Menoch. de præſumpt.lib.3.præſumpt.91.num.29.*& in caſu iſto concurrebant conceſſio facta ab Eccleſia, ſeu Canonicis aſſerentibus fuiſſe ſibi conceſſam in Baroniam cū
18 vaſallis,& iuriſdictione ciuili,& criminali, quæ priuilegia contra vaſallos nō

niſi à Regibus ſuper feudis concedi conſueuerunt, maxime in Regno Sici-
19 liæ, vbi ſi concedatur Caſtrum cum vaſallis ſemper dicitur feudale, *c.1.§.illud. vbi gloſ.& Doct.de prohib.feud.alien.per Fed. c.1.§. donare. Qual.olim feud.pot. alien.Andr. in capit.1. de controuer.feud. ap.par. term. & in Conſtitut. Iuſtitiarij nomen, & ibi Affl. Bero. conſ.66.lib.1.*& licet debeatur cenſus Ec-
20 cleſiæ, nihilominus debetur fidelitas dominio Regi, *Berett.conſil.9.per totum, Tho.de Marin.in titul.de feud.non haben.pro*
21 *nat.feud. Rom. conſ.70.nu.2.* quia aſſenſus Regis præſtitus, ſemper intelligitur
22 cum reſeruatione fidelitatis, quamuis ea non ſit facta mentio, *ad tex. in cap.1.§. denique, & ibi DD. Quæ fuit pri.cauſ.benefic. amitt.* quæ quidem iurium reſeruatio rem eſſe feudalem innuit *And. in tit. qui ſucceſſ.tene.in 5 colum.verſ adhoc. Afflict. in § ſi quis de manſo, num.40.& in capit.1.§. cum autem, col.3. de controu.inueſtit. Bero. d.*
23 *conſ 66.vol.1.* ideoq;, vt proxime dictum eſt, Terra vaſallis, nedum dicitur feudum, ſed feudum nobile, *Ioan.Aloiſ.de Septi.in ſuo repertorio in verbo feudum, And. in cap.1.§ fin.2.col.de cap.qui cur.vendi. Pet. de Grego.poſt alios de cauſ.feud parte 2.quæſt. 2.num 9 Ioan.Franc.de Pont. conſ.30. Frecc. de ſubfeud.lib 3 fol. 419. de differen. feud pater.& Capi. in inueſtitu. verb.feudorum genera.verſ. in Regno dicimus.folio mihi 208.* concurrente maxime Conſuetudine Regni, prout erat in Regno, vbi Ter-
24 ræ cum vaſallis non ſoleant concedi, niſi in feudum ex forma, & interpretatione capitulorum Regni, cum Rex ipſe non poſſit alienare demanialia abdicando à ſe omne dominium, *vt tradit Pet.de Greg.de conceſ.feud. in 2.par. q.1.verſ. ſecundo amplio, qui allegat Soc.in conſ.66.lib. 2.& in d.q.2.cum ibi per me additis.*

Nec obſtabat, quod feudum Eccle-
25 ſiæ non tenebatur præſtare dotem de paragio, quia hoc procederet, quando
26 eſſet poſſeſſum a perſona eccleſiaſtica, ſecus tamen eſſet, ſi tranſlatum reperiretur in laicum, vt erat hic, cum ſucceſ-
27 ſerit loco legitimę *ex Affl. in conſti. In aliquibus. Petr.de Gregor.in tracta. de dot de parag.q.2.cum ſimil.* Præterea regula prædicta de ſubrogato multas patiebatur limitationes, quæ in caſu iſto adaptari poterant, ea etenim locum non habe-
28 bat, quoad priuilegia, & onera perſonalia, *ſecundum Iaſ.in conſ. 20. col.penul. vol.*
29 *1.Gabri.de reg.iur.concluſ.2.nu. 64.* dos autem de paragio eſt onus feudi perſonale, *vt tradit Petr.de Gregor.in d. tract.q.3. num.5.& q 22.nu. 4. Andr. in d conſt.In aliquibus in 3.col.verſ.& ſecundum iſtam viam, & n.7.col.1.verſ.ſed numquid Affl.in conſt fratribus.col. 4. verſ.ſed quæro, Loffred.in paraſr. feud.ca.1.§.quid ergo.de inueſt.de re alie.fact. Cannet.in cap ſi aliquem.verſ at pulchra. & nodoſa.fol.mihi 326.* Item ceſſare videtur,
30 quando diuerſæ qualitatis ſubrogatum, & illud in cuius locum fit ſubrogatio, vel quando eſſet diuerſę naturę, prout ſunt feudum, & allodium, nam tunc vnum quodque remanet in ſua qualitate, & natura, quamuis ſimul ſint ſubrogata, *ita communiter Bal.in l.certi conditio.verſ.ſed ſi actio primæua.ff. ſi cert. peta.Alex.conſ.106.col.3. vol. 3. Gabri. vbi ſupra n.66.Alber.in l ſi reos.num.11.C.de accuſa. Becc.conſ.101.n.59.Meres de maior.q.11.par.1.*

31 Rurſus quando feudũ eſſet permutatum cum allodio, vel cum alio feudo, quia illud non dicitur haberi in locum

cum

cum primi; & prima cauſa, ex qua habebatur illa res ſeu illud feudũ dicitur nulla, & eneruata, vt in puncto tradit *Loffred. in d. cõſ. 11. n. 13.* Nec obſtabant *Luc. de Pen.* cum cæteris ex aduerſo relatis, nam loquebantur, quando vnum feu-
32 dum ſubrogatur cum alio feudo, quia tunc eius naturam ſapit, put res allodialis permutata cum re fideicõmiſſo
33 ſubiecta efficitur fideicõmiſſaria, *Dec. cõſ. 52. n. 18. vol. 2.* Sed in caſu, de quo agebatur pars aduerſa probare debebat, quod feudũ, quod de ſui natura, vt dictum eſt, erat obnoxium doti de paragio, permutatũ cum re allodiali efficiatur allodium, q. de iure fieri non pote-
34 rat, & ſi bene aduertatur, regula prædicta de ſubrogato, non dicit, q. ſubrogatum amittat propriam naturã, & onera, quibus erat obnoxiũ, & euadat illa res, in cuius locum fuerat ſubrogata, ſed ſapiat naturã eius, & accipiat quantũ poſſit accipere de natura illius rei, in cuius locum ſubrogatur; & ideo ſi
35 feudum cum clauſula filiorũ maſculorum fuerit permutatum cũ alio feudo cum clauſula vtriuſq; ſexus, nõ fit ſubrogatio, ex quo ſunt diuerſæ naturæ, *vt dixit Becc. conſ. 101. n. 59. ver. præterea feudum,* & magis in ſpecie, quando ſunt permutata duo feuda, illud q. eſt datum
36 pro altero, non dicitur haberi in locũ primi, ſed propter illud *vt tradit And. in c. 1. §. cum autẽ. ver ſi vero probare. de controue. inueſt.* & in Maioratu conſtituto cũ
37 licentia Regis permutato cũ altero ſine Principis licentia, q. non ſubrogetur *Mercſ. de Maior q. 11 par. 1.* vbi rationẽ
38 adducit, ex quo ſicut non licebat conſtituere Maioratũ abſq; licentia Prin-
39 cipis, ita pariter non põt ſubrogari aliena res abſq; eiuſdem Principis licẽtia, quia voluntas, & poteſtas requiritur, & in permutatione rei feudalis cũ aſſenſu Regio cũ quadam re burgenſatica, quod non efficiatur feudalis di-
40 xit *Frec. de feud. lib. 4. q. 21.* maxime quando ſubrogatio facta eſſet ab homine, prout in caſu iſto *Bart. in l. 1 §. hac actio. ff. ſi quis in teſtam. lib. &c. verſ. aut ſubſtitutio. Loffred d. cõſ. 11. n. 15.* alias enim ſeque-
41 retur abſurdum, quod vaſalli poſſent facere feudum, & ſic eius conditionẽ deteriorem. *Andr. c. 1. §. econtrario. ſub n. 9. de inueſt. de re. alie. fac. vbi Afflict. n. 5. Zaſ. de
42 feud. in ti. ad quid tenean. vaſal.* etiamſi expreſſe hoc practicatum extitiſſet, vt ex aduerſo dicebatur *ſecundum Mercſ. de Maior. d. q. 13. nu. 7.* quinimmo conſenſus Regis per inueſtiturã in caſu iſto fue-
43 rat contrarius, ex illa clauſula (feudi natura non mutata,) & ita conſentit ipſe Baro eam accipiendo, in tantum, quod non erat facienda vis in ſubrogatione.

Nec vrgebat, quod ſuper Terra Di-
44 midii Iuſi vti feudo frãco dos de paragio non competebat, quia vt dictum eſt, dos fuerat taxata ſuper Baronia Baidæ, q his oneribus reperiebatur obnoxia, quinimo ſuper feudo franco debe-
45 tur dos de paragio, quia cũ legitima ſuper feudis non debeatur, vtiq; deberi q̃ debet dos, eius loco fuerat ſubrogata maxime ratione excluſionis, q̃ fuit ratio inductiua d. dotis, & vitæ & militię, *& ita videtur firmare Petr. d. Greg. in d. q. 22.* ſi bene aduertat, dum reſi le in cõtraria opinione, & *in d. q 5 de vit. & milit.* nihil allegat, & ſe remit it *ad d q. 22.* Item

Digitized by Google

tenentes, quod feudum francum non debeat dotem de paragio, mouentur
46 ex illa dictione (francum,) quæ importat liberum, & ſic ab omni ſeruitute ſolutum, quod tamen recte procede-
47 ret in onere impoſito à lege, & incluſo in corpore iuris ex natura ſua, prout eſt onus dotis de paragio, & vitę & militiæ, *p text. in Conſt. In aliquib. Conſt. Quam plurium, & Conſt. Comitibus*, & licet ſit francum à ſeruitio, in reliquis vero remanebat feudum, & eius naturam retinebat, *Pet. de Gregor. de conceſ. feud. par. 5. q. 5. Rol. conſ. 2. nu. 135. Ludou. Molin. de hiſpa. primog. lib. 1. c. 13. nu. 50.* quæ opinio vti æquior, & reſpiciens fauorem publicũ,
48 ne mulieres remaneant indotatæ, & filii Baronis in bonis patris non fraudentur de eorũ legitima, ſemper erat amplectenda; Et nihilominus, vt dictũ eſt, prædicta obiectio nihil operari poterat in caſu iſto, vbi dos de paragio, & vita & militia fuerant taxata ſuper Baronia Baldę remanſa poſt mortem patris. Neq; obſtabat, quod erat feudum nouum, ſuper quo nihil competere poterat; ſed tantum ea dos, quę à patre fuerat relicta in teſtamẽto, vti à primo acquiſitore, quia reſpondebatur, quod
49 vtiq; feudum erat antiquũ, vti ſubrogatum in locum antiquæ emphyteuſis *Paul. de Caſtr. conſ. 127. col. fin. ver. nec obſtat.*
50 *Dec. conſ. 53. n. 1. in fi.* Item erat antiquum ex illa clauſula (feudi natura in aliquo non mutata,) quia Princeps noluerat facere innouationem aliquam, *vt ſentit Aret. d. conſ. 162 col. fi.* Item & tertio ſuper
51 feudo nouo debetur dos de paragio, vt dixit *Petr. de Greg. in tract. de vit. & milit. q. 5. & in tract. de dot. de parag. q. 21.* vbi licet dicat hoc procedere ab inteſtato, cæterum in caſu iſto Don Ioannes eorum pater deceſſerat ab inteſtato, cũ nihil reliquerit ipſis filiis pro dote, & vita & militia ſuper feudo, & ſic cum habeat
52 duplex patrimonium, nempe allodiale, & feudale, potuit decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus; Nec
53 obſtabat dotatio facta per patrem in teſtamento, quia procedebat circa bona allodialia, pro quibus competebat legitima, *Pet. de Greg. de dot. de parag. q. 19.*
54 *& 28. vbi mea addit. litera B.* ſecus tamen in dote de paragio, & vita & militia, quæ tantum ſuper feudalibus debentur, *ex traditis per eundem Pet. de Greg. in d. q. 19.* & feudalia non comprehenduntur, niſi ſpecialiter exprimantur, *etiam*
55
56 *ſtante c. volentes. ſecundum Cannet. ibidem n. 37. fol. 21. & num. 5. fol. 33.* Et per hæc ſic impoſitus finis huic Secundæ Parti Deciſionum ad laudem Sanctiſſimæ, & Indiuiduæ Trinitatis, ac Glorioſiſſimæ, & Beatiſſimæ Virginis Mariæ, S. Catharinæ de Senis, Beati Franciſci de Paula, & Sanctorum omnium.

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX RERVM OMNIVM NOTABILIVM, QVAE IN HOC OPERE continentur.

A.

ACcessorium verit nominato principali, deciſ. 15.nu 6.
Acta facta pendente avocatione cauſa ſunt nulla, deciſ 127. num.6. ampl. nu.7
Acta facta per vnum ex cohæredibus ſunt nulla, deciſ. 199.nu.2
Actio iuris congrui, quando confundatur ex emptione facta per conſangvineum, dec.102.nu.9
Actio hypothecaria datur contra tertium poſſeſſorem tàm pro tacita, quàm pro expreſſa hypotheca, dec.118.nu.1
Actio unica oritur quàmvis ſolutio in ſingulos annos ſit diſtributa, dec.119.nu.12. limit.nu.13
Actio crediti quando extinguatur per adiudicationem factam per creditorem de bonis debitoris, dec.120.nu.1
Actio non dicitur extincta per adiudicationẽ, deciſ. 120. nu 3
Actio reluendi cenſum an tranſeat contra tertios poſſeſſores, dec.143. num.2. & 16. Vide cenſus.
Actio hypothecaria non datur ſi res non fuerit in dominio obligantis. deciſ.150. nu.22. & 23
Actio ſubſidiaria datur contra ſecundum emphyteutam, dec.171.nu.6
Actio ſubſidiaria non competit niſi diſcuſſis bonis principalis, dec.171.nu 7
Actio hypothecaria datur pro cenſibus præteritis ſtante hypotheca bonorum adiecta in inſtrumẽto, dec.171.nu.8. & 9
Actiones activæ & paſſivæ transferuntur in fideicommiſſarium, dec.122.nu.7
Actor non poteſt improbare ſententiam pro ſe latam dec.101.nu.21
Actor debet clarè concipere petitionem ſuam, & ſic libellus non debet eſſe obſcurus, deciſ.125.nu.7. & 8
Actor eligens viam ordinariam ſibi præiudicat in exequutiva, deciſ.157.num.1.limit. num.2. Vide Eligens
Actor vel reus, ſi procedatur aliquo modo incompetenti, & non contradixit, dicitur conſentire in illo iudicio, deciſ.157.nu.24. & 25
Actus, qui habeant vim litis conteſtatæ in cauſis ſummarijs, deciſ. 02.nu.17.18. & 19
Actus continens unicum factum dividi non poteſt per partes dec 124. nu.23
Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem dec.126 nu.8. & dec 182. nu.8
Adæquatio. Vide Æquiparatio.
Adminiſtratio bonorum vxoris pertinet ad maritum. Vide Maritus.
Adminiſtratores plures, an poſſint conveniri unico libello. Vide Plures.
Adminiſtratores plures veluti tutores, & ſimiles, quando dicantur in ſolidum conſtituti Vide Tutores.
Adminiſtratores pro bonis in inventario convenire poſſunt. Vide Exequutio.
Advocatus an poſſint recuſari ſuſpectus. Vide Iudex.
Advocatus an poſſit eſſe teſtis in cauſa clientis, deciſ.151.nu.39. & 40
Affectus ſeu conatus an puniatur non ſequuto effectu, dec.155.nu.3.4.5. & 6

a Affectus

Affectus ſeu conatus quid ſit dec. 155.*nu*.14
*Afflict.in c.1.ex quib.cauſ.feud.amit.ſibi contrarius,dec.*112.*nu*.48
Agens hypothecaria an teneatur excutere bona principalis, & quid in cauſa dotis. Vide Excuſſio.
*Agens iudicio hypothecario probare debet bona hypothecata fuiſſe in bonis debitoris, deciſ.*118.*nu*.6. *quod tamen intellige prout in nu*.31
Agnati non admittuntur ad retractũ niſi integre depoſitato pretio. Vide Depoſitum.
*Agnati ſuccedunt in feudo excluſo bannito, dec.*165.*nu*.23
*Alciat.lib.*9.*Parerg.c*.14.*impugnatur, dec.*183.*n*.7.*ſed intellige prout in nu*.8
*Alex.in conſi.*45.*lib.*5.*declaratur, dec.*154.*nu*.13. & 37
Alienans feudum poteſt agere ad illud reintegrãdum. Vide Feudum.
*Alienatio rei eccleſiæ facta per perſonam illegitimam eſt nulla, dec.*101.*nu*.28
*Alienatio rei eccleſiæ non poteſt fieri ſine conſenſu Summi Pontificis,& abſque ſolemnitatibus requiſitis, dec.*101.*num*.31. *& quando præſumantur tales ſollemnitates excurſu temporis interueniſſe. Vide Sollemnitates.*
Alienatio quacunq; eſt prohibita ubi feudum diuideretur. Vide Feudum.
*Alienatio rei minoris non urgente ære alieno eſt nulla ipſo iure, dec.*121.*nu*.1
*Alienatio rei minoris ſtante utilitate an permittatur,dec.*121 *nu*.2 & 4
*Alienatio rei minoris ſtãte prohibitione hominis, & legis non valet etiam in caſu permiſſo, dec.*121.*nu*.9.& *nu*.36.*limit nu*.21
*Alienatio in Eccleſiam de iure communi regulariter non eſt prohibita,dec.*128.*nu*.10
*Alienatio in Eccleſiam eſt prohibita per pactum, dec.*128.*num*.11. *quod tamen intellige prout in nu*.13
*alienatio feudalis valet in vita alienantis, ſed eo mortuo revocatur,dec.*150.*n*.7 *Vide Feudum.*
*alienatione prohibita, an cenſeatur prohibita permutatio, ſeu ſubrogatio, quando concurrit utilitas,dec.*121,*num*.20.& *num*.33.34.& 35
*alimenta debentur ſpurijs, & ad deſcendentes transferuntur,dec.*128.*nu*.40. *ampl nu* 41
*alimenta an debeantur filiæ ſacerdotis, dec.*144. *nu*.16.& 17. *Vide Donatio.*
*alimenta,& dotes,qualiter taxentur in filia ſpuria,dec.*144.*nu* 21. *Vide Dos.*
*Alimenta non poſſunt alienari,nec confiſcari,dec.*165.*nu*.7.8. & 9. *ampl. etiam in crimine hæreſis, & læſæ Maieſtatis, nu*.10
*alternatiua ubi ponitur inter genus, & ſpeciem quid operetur, dec.*111.*nu*.18
*Andreas in conſtit.in aliquib.declaratur, dec.*107 *nu*.10
*Ang. in l. noſtram, C. de teſt. declaratur, deciſ.*132.*nu*.43.& 46
*animalia ſcarnagiare in aliquo loco eſt ſignum iuriſdictionis, & ſuperioritatis, dec.*114.*nu*.12. *& quid ſit ſcarnagiare,nu* 13.& 14
*animus occidendi qualiter probetur in emiſſione ictus ſclopeta, vel ſagitta, dec.*155. *nu*.10.& *nu*.11
*animus occidendi conſideratur in ictu ſclopeta, & quando præſumatur, dec.*155. *nu* 8
*animus nocendi,& occidendi ex genere armorum cognoſcitur, dec.*155. *nu* 9
*animus præſumptus non ſufficit ad puniendum pœna Pragmatica de ictus ſclopeta, deciſ.*115. *nu*.15
*annus reditus connumerantur inter immobilia, dec.*121, *nu*.19
animi reditus. Vide Reditus
*anterior in capitali an ſit anterior in interuſurijs, dec.*119. *nu*.11. & 14
anticipata ſolutio. Vide Solutio.
*appellans dicitur impedire exequutionem ſententia,dec.*166.*nu*.14. & 19
*appellans non dicitur condemnatus, deciſ.*166. *nu*.17
*appellans ex ſola appellatione non dicitur acquieuiſſe ſententia,dec.*166.*nu*.22
appellans non præſumitur renunciaſſe appellationis interpoſita, dec 156.*nu*.22
appellatio conceditur in cauſa ſpolij, deciſ 134 *nu*.4 *ampl num*.6.*limit.num*.5.*ſed quid ſtante Ritu,nu*. 8
*Appellatio non datur in cauſis poſſeſſorijs,& ſummarijs,deciſ.*134 *num*.7.& *deciſ.*196. *num* 17. & 13. *quid ſi cauſa de ſui natura eſſet ordinaria,dec.*199.*nu*.16
*appellatio ſi uni partium denegetur, etiam alteri cenſetur prohibita,dec.*133 *nu* 27
*appellatio reducit cauſam ad primum ſtatũ cauſa principalis, dec.*136. *nu*.4

appella-

Digitized by Google

INDEX.

appellatio non datur ab interloquutorijs, M. R. C. Conſiſtorij, & Sacri Conſilij Neapolitani, dec.158 nu.2.& dec 196.nu.2. ſecus eſt autem in ſententijs, d. dec.196. nu 28

appellatio non datur à ſententia Summi Pontificis, dec.158 nu.3

appellatio non competit à ſententia in Curia Delfinali, dec.158 nu.4

appellatio arguit iniquitatem, ſeu imperitiam iudicis, ſecus autem reviſio, vel ſupplicatio, aut querela: hæc enim reſpicit proprij erroris veniam, deciſ.158. nu.7

appellatio ſi eſt deſerta competit reviſio, deciſ.158. nu.11

appellatio ſi eſt prohibita, non cenſetur prohibita nullitas, dec. 158 nu.28

appellatio admittitur à ſententijs latis per Sindicatores, dec.162. nu.5. limit. ſi pronunciata fuiſſent per M. R. C. vel in Regno Neapolitano, aut in Regnis Hiſpaniarum, nu 6.& 7

appellatio extinguit pronunciatum, deciſ.166. num.16

appellatio an cõpetat ſubſtituto. Vide Subſtitutus.

appellatio conceditur fideicommiſſarijs à ſententia lata contra prohibitum alienare, deciſ.217. nu.6. ampl. etiam in ſucceſſore Maioratus, nu. 8. de quo vide etiam in verbo Sententia. ampl. etiam ſtante lapſu decem dierum, nu.11

appellatio an debeat admitti, & ſic an cauſa ſit appellabilis, cognitio an ſpectet ad iudicem ad quem, vel à quo, dec.176.nu.18.& 9.& quis ſit iudex competens, dec.187.nu.13. Vide Ritus.

appellatio non conceditur in cauſa vbi proceſſum fuerit per viam cedulæ condemnatoriæ, dec.196 nu.30. Vide Cauſa feudalis.

appellatione damni. Vide Damni.

appellatione intereſſe. Vide intereſſe.

Appellatione defenſarum Regiarum veniunt Foreſta, & Solatia dec.114.nu.23.& 38

appellatione hæredis, an veniat fideicommiſſarius. Vide fideicommiſſarius.

appellatione denegata, an competat reſtitutio in integ. Vide Reſtitutio in integrum.

appellatione hæredis non venit vſufructuarius in ſtatuto. Vide vſufructuarius.

appellatione frumenti. Vide frumentum.

appellatione deſerta idem eſt ac ſi non fuiſſet appellatum, nec eſt neceſſaria declaratio ſuper deſertione, dec.166. num.1.2.8.& 11. quod tantum intellige prout in num.10

appellatione deſerta exequutio fit ex prima ſententia, & negotium ad primum iudicem devolvitur, dec.166.nu.3.4.& 6.ampl.nu.5

appellatione deſerta revocantur attentata, dec. 166. nu.7

appellatione deſerta ſententia ipſa quo ad omnia retrotrahitur, dec.166.nu.9

appellatione deſerta ſententia ipſa dicitur confirmata à lege, dec.166. nu.10

appellatione pendente exequutio ſententiæ facta eſt nulla, dec. 166.nu.15

appellatione prohibita quo ad rem cenſetur etiam prohibita quo ad fructus, dec. 198. nu 5

appellatione adverſarij venit tertius, dec.198.nu. 15. ampl. nu.16

appellationem vel ſupplicationem omittens colludere præſumitur cum adverſario, deciſ.172.nu. 25.& 26

appellationes à ſententijs Sindicatorum Baronũ devolvuntur ad M.R.C. dec.188.nu.27

appellationi quando poſſit per appellatum adhæreri, dec.136.nu.11

appellationis deſertio videtur quædam tranſactio, dec. 172.nu.10

appellationis, vel ſupplicationis emiſſio eſt quadã tacita renunciatio, dec.172.nu.24

appellationis iudicium circa modum procedendi debet dirigi ſicut in primo iudicio, dec.196.n.24

Aret. in l. ſi cui legetur, ff. de lega. 1. declaratur, dec.150.nu.35

argentaria, ſeu Bancus qualiter exponatur, dec. 135.nu.53

argentaria officium eſt coniunctum cum ſocietate, dec.135.nu.75

argentarii plures dicuntur inſolidum conſtituti, dec.135.nu.7. ſed diſtingue prout in num.57.58. 66.71.& 72

argentariorum materia remiſſive, deciſ.135. nu.1

argentariorum officium. Vide Officium.

argentariorum liber. Vide Liber.

argentarius, ſeu Bancherius vnus ex pluribus ſi moriatur an expiret Bancus. Vide Mortuo.

argentarius volens, & non invitus adminiſtrat, & eius morte finitur officium, deciſ.135. nu.61

argentarius aſſimilatur tabellionibus, deciſ.135. nu.62

argentarius differt à tutore in adminiſtratione,

Digitized by Google

ne, dec.135. nu.65. intellige tamen prout in nu. 67

argentarius. Vide Bancherius.

argumentum non valet à decima ad ius relevii, deciſ.112 nu.47

Argumentum de feudo ad fideicommiſſum valet, dec.112.nu.15

argumentum de ratificatione ad mandatum valet, dec.150.nu.18

argumentum de milite ad clericum valet, dec.156. nu.11

argumentum valet de tempore ad rem, dec.182.nu. 27

articulo pendente ſententia eſt nulla. Vide Sententia.

articulus quando expediatur per tranſitum adulteriora, dec.125.nu.15. quomodo autem ſervetur in Regno, nu.16

articulus an appellatio debeat admitti non poteſt terminari ſimul cum cauſa principali, dec.187. nu.6. & 7

aſſecuratio, quid operetur circa diverſitatem navigii, dec.182. nu.15. & 16

aſſecurationis verba ſunt inſpicienda. Vide contractus verba.

aſſecurationis promiſſio non extenditur de uno caſu ad alium, dec.182.nu 9

aſſecurationis contractus eſt ultro citroq; obligatorius, dec.182.nu.24

aſſecurationis pacta. Vide Pacta.

aſſecurationis periculum quotuplex eſt. Vide Periculum.

aſſecurator dicitur fideiuſſor indemnitatis, deciſ. 182.nu.10

aſſecurator non tenetur ſi merces diverſo tempore, & diverſo viaggio, vel ſuper diverſa navi vehantur, ſeu diverſo itinere navis dirigatur, dec.182. nu.28.29.30.31.32. & 33

aſſecuratores non tenentur ſi merces tranſferantur in diverſam navim, dec.182. num.17. & 23

aſſecuratores ſtante deterioratione in frumentis tenentur ad pretium rei aſſecuratæ, deciſ.197. nu.1. & 10. limit. niſi damnum, & deterioratio ex culpa aſſecurati eveniat, nu.11

aſſecuratores in caſu damni rei aſſecuratæ ad quid teneantur, dec.197.nu.3

aſſecuratores dicuntur emptores periculi, & oneris adverſi, dec.197.nu.12. & 25

aſſenſus Regis in conceſſione intelligitur reſervata fidelitate, dec.200 nu.11. ampl. etiam ſi de ea non ſit facta mentio, nu.12

aſſertio patris volentis revocare teſtamentum an ſufficiat, dec 132.nu.8

augmenta futura continentur ſub generali conceſſione, dec.145. nu.6.

B.

BAlld. in l. ſi. C. de bon. auth. iud. poſſid. declaratur, dec.126.nu.26

Bancherii noſtri temporis, an aſſimilentur argentariis, dec.135.nu.4. & nu.70

Bancherii an dicantur officiales publici, dec.135. nu.5. & nu.49 52.54.56. & 59

Bancherii plures dicuntur in ſolidum conſtituti, dec.135.nu.6

Bancherii, ſeu campſores volentes, & non inviti exercent officium, dec.135. nu.55

Bancherii. Vide argentarii.

Bancherius ſeu argentarius unus ex pluribus ſi moriatur, an expiret banchus. Vide mortuo uno.

Bancus. Vide argentaria.

Bannitus habetur pro mortuo, dec.137.nu.22

bannitus non ſuccedit in feudo, dec.165.nu.17

Bannitus maſculus non excludit feminas per ſtatutum. Vide Maſculus.

Bannorum emiſſio denotat iuriſdictionem, deciſ. 114.nu.8. ampl.nu.9

Barcha ſeu Tarchia differt à fregata, deciſ.182.nu. 14. & 26

Baro gerit vices Principis, dec.145 nu.4

Baro circa remiſſionem vaſalli in caſu ſuſpitionis ſolet nominare iudicem in Civitate, ubi reſidet M.R.C. Vide Vaſallus domeſticus.

Baro accipiens inveſtituram tenetur ad omnia onera, quæ veniunt ex natura feudi, deciſ.200. nu.14. & 16

Baro habet duplex patrimonium, & poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, deciſ.200.nu.52. & 53

Barones quando non poſſint petere remiſſionem vaſallorum, non obſtante mero, & mixto imperio. Vide Remiſſio.

Barones non poſſunt vaſallos condemnare ad remigandum ad eorum beneplacitum, deciſ. 167.nu.18

Barones

Digitized by Google

Barones non poſſunt eligere, nec ſubſtituere officiales ad beneplacitum. Vide Officiales.

Barones an poſſint ſuſpendere ſuos officiales ab officio. Vide Officiales.

Bar. in l. ſi quis apud Labeonem, ff. de ædil. edict. declaratur, dec.106. nu.51. & 52

Bar in l. ſi res, ff. quibus modis pig. vel hyp. ſol. communiter reprobatur, dec.154 nu.29

Bart. in l. filiusfamilias, §. divi, ff. de leg.1. declaratur dec. 172. nu.7

Beneficiatus non gaudet privilegio fori, ſi eius poſſeſſionem non habet, dec.113. num 5. limit. nu.6. & 7

Beneficii proventus an poſſint vendi, deciſ.151.nu. 96

Bertaz. in conſi.550. declaratur, dec.151. nu.22

Biennium ad petendum reviſionem currit à die ſcientia, dec 172. nu.4

Bona in quacumq; diſpoſitione dicuntur deducto ære alieno, dec.112.nu.26. & 29

Bona futura veniunt in obligatione omnium bonorum facta in contractu, deciſ.118. nu.33

Bona minoris ſtante utilitate alienari poſſunt ex conſuetudine Civitatis Drepani, deciſ. 121. nu.17

Bona ſeipſum occidentis, quando auferantur hæredib. dec.123. nu.1

Bona donata filiæ ſpuriæ ſi non valet donatio cui acquirantur, dec.144.nu.5

Bona fideicommiſſo ſubiecta tranſeunt in vocatu ex teſtamento, deciſ.150.num.5. & revocantur non ipſo iure, ſed per ſententiam, nu.8

Bona acquiſita poſt bannum non confiſcantur, dec.165. nu.31. ampl. in quacunq; confiſcatione, nu.32. ampl. etiam in bonis, quæ pervenirent bannito ex cauſa de præterito, nu.33

Boſſ. & Amad. à Pont. & Nat. reijciuntur uti ſuſpecti, dec.145. nu.38

Bulla Nicolai Quinti de Cenſibus ſervatur in Regno, dec.141.nu.3

Bulla Gregorij XIII. de cenſibus declaratur, dec. 141.nu.14

Bulla requiſita quæ ſint, dec.103.nu.3.

C.

Caducitas commiſſa non dicitur pœna, deciſ. 112.nu.9

Campſor. Vide Bancherius.

Canonici ad honorem, & in herba non comprehenduntur ſub diſpoſitione loquente de canonicis, ſed tantum veri canonici, deciſ. 130. nu.31

Canonici in herba qui ſint, deciſ.130. num. 27.28. 29. & 30

Canonici ad honorem, & ſic in herba non præcedunt clericos Sancti Auguſtini, deciſ. 130. nu.30.

Canonicus Doctor an præferatur alteri canonico non Doctori, & prius ſacerdoti, latè deciſ. 130. per totam.

Canonicus antiquior an præferatur canonico doctori, dec.130. nu 6

Canonicus ratione ſcientiæ, vel nobilitatis dicitur maior altero canonico, deciſ.130.nu.20

Canonicus doctor præcedit alium canonicum non doctorem etiam prius promotum, deciſ 130.nu. 21. ampl. etiam ex diſpoſitione Conſi. Trid. nu. 22

Canonicus ad honorem non dicitur verus canonicus, dec. 130.nu.14

Canonicus ſine præbenda eſſe non poteſt, dec.130. nu.27. & 28

Canonicus non creatur ab Epiſcopo. Vide Epiſcopus.

Canonicus Vicarius. Vide Vicarius.

Cap. Regis 10.49. fuit decretatum tantum in crimine læſæ maieſt. dec.191. nu.3

Capit. Regni continuat poſſeſſionem. Vide poſſeſſio.

Cap. 3. Regis Petri declaratur, deciſ. 164. numero 11

Cap. Ritus. Vide Ritus.

Capta ab hoſtibus ſeu Turcis quando capientium fiunt, dec.180.num.3.4.5. & 6. cum ſeqq. & quaſi per totam.

Capta ab hoſtib. quib. aſſignari debeant, dec.180. nu.7.8. & 9. & nu.10.11. & 15

Captus cum re furtiva punitur à capiente. Vide Latro.

Captus per repreſalias in odium alicuius, ab eo conſequi debet relevationem, deciſ 164.nu.9

Captus non dicitur qui non durat captus, dec.180. nu.6

Captus non dicitur niſi apprehendatur, nec ſufficit aſpectus, dec.180. nu 4. & 5

Carceratus qui venit puniendus pœna corporali non debet ſub fideiuſſorib. relaxari, deciſ.

Digitized by Google

192.numer.1.cum ſeqq.
Caſus emiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis, dec.175.nu.36
Caſus excepti in privilegiis Baronum circa remiſſionem vaſallorum ad eos faciendā enumerantur, dec.147.n.1. & quaſi per totam.
Cauſa immediata plus attenditur quam mediata. dec.188.nu.26
Cauſa vbi eſt feudalis ordinariè proceditur, dec.196.nu.2. ſed quid in cauſa nullitatis rei feudalis, nu.3 & 5
Cauſa nullitatis an requirat, vt in ea procedatur ſummariè viſione ſcripturarum, deciſ.196. nu.4. Vide nullitatis cauſa.
Cauſa feudalis non comprehenditur ſub diſpoſitione Ritus 139. dec.196. nu 9
Cauſa feudalis in iudicio poſſeſſorio non eſt appellabilis, dec.196.nu.11. ampl. etiam ſi procedatur actione in factum per viam cedula, nu.12. Vide appellatio.
Cauſa an ſit appellabilis inſpicitur natura cauſa, non autem modus procedendi. deciſ.196 nu.17
Cauſa ſummaria non requirit ordinem, dec.101. nu.15
Cauſa eccleſia dicitur cauſa ſummaria, dec.101. nu.15
Cauſa ſummaria non requirit ſollemnitates iudicij prout eſt litis conteſtatio, & ſimilia, deciſ.101. nu.16
Cauſa vbi eſt ardua non tenentur plures rei unū conſtituere procuratorem, deciſ.108.num.27. ampl. nu.28
Cauſa feudalis an dici poſſit, ſi agatur actione perſonali ex aliqua conventione ad feudum, & quid in actione hypothecaria. late, dec.112
Cauſa quoquomodo tangit feudum eſt feudalis, dec.117.num 1. ampl. etiam ſi agatur actione perſonali ad feudum. nu.2
Cauſa qualibet ſuper feudis ſive realis ſive perſonalis eſt feudalis in Regno, dec.117.nu.3
Cauſa pacti de retrovendendo feudum eſt feudalis, dec.117.4
Cauſa feudalis pacti de retrouendendo non extrahitur à Regno recognoſcendi, deciſ.117.nu.5
Cauſa feudalis dicitur vbi eſt determinanda ex l. feudi, dec.17.nu.8
Cauſa non dicitur feudalis, vbi feudum venit reſtituendum ex pacto non habente eorum ortum à l. feudi, dec.117.nu.9
Cauſa non dicitur feudalis vbi feudum nō venit deductum, ut feudum, dec.117.nu.10
Cauſa hypothecaria pro dotis reſtitutione ſuper feudo eſt feudalis, deciſ.117.nu.11, Ratio aſſignatur, nu.12 & 14
Cauſa dicitur feudalis, vbi agatur, an ſubiugatio afficiat feudum, dec.117.nu.13
Cauſa dicitur feudalis vbi ſit mentio feudi ad fundandam, coadiuvandam, vel repellendam intentionem, dec.117.nu.15
Cauſa nullitatis. Vide nullitatis cauſa.
Cauſa ordinaria an poſſit de conſenſu partium fieri ſummaria, & non appellabilis, & quid è contrario, dec.125.nu.12 & 13. & dec.196, nu. 19.20.21 & 22
Cauſa declinata poteſt dici cauſa avocata, deciſ. 127.nu.5
Cauſa ſimilis quando dicitur, dec.129. num.4. & 5. & dec.151, nu.63
cauſa feudalis an requirat litis conteſtationem. Vide litis conteſtatio.
cauſa pia, & cauſa inter liberos, an aequiparentur, dec.132.nu.20. & 50.
cauſa iuſta requiritur ad petendum ſeparationē libelli. Vide libellus.
cauſa an ſit appellabilis ad quem ſpectet cognoſcere. Vide appellatio.
cauſa introducta in Conſiſtorio non poteſt amplius exire, & redire ad primum iudicem, deciſ. 172.nu.5. & 6
cauſa feudales in Regno ſunt appellabiles, deciſ. 197.nu.14
cauſa poſſeſſoria ſunt ſummaria, & non appellabiles, dec.197.nu. 29. & 33
cauſa appellationum à ſententiis, Vide Appellationes.
Cauſa omnes in Regno ſunt ſummaria, deciſ.131. num.1
cauſa viduarum per Ritum 139. non ſunt appellabiles, dec.134.27
Cauſa viduarum, & pupillorum eligentium forum Principis non remittuntur Baronibus, dec. 147.nu.28. limit.num.29. quod tamen intellige prout in nu.30. & 31
Cauſa continentia quando obſtat, dec.138.nu.1
Cauſa continentia non attenditur vbi actor, & rei ſunt diverſi fori, dec.138 nu.3
cauſa continentia non dividitur in Regno ex praeminentia, M.R.C. dec.138.nu.8

cauſa

Digitized by Google

Cauſa pendentia. Vide pendentia cauſa.
cautela pro debitore præueniente datur, dec.157. nu.18.& 20. quod intellige prout in nu.22
cautela pro patre, qui vult priuare filium vſufructu omnium bonorum, dec.181.nu.31. quod intellige prout in nu.32
cautela pro validitate renunciationis, deciſ.186. nu.21
cautio. Vide fideiuſſio.
cenſus in qualibet parte rei extare dicitur, deciſ. 199.nu.4.& 5
cenſus ſi pro parte tantum ſoluatur ab vno ex pluribus hæredibus, res elapſo triennio poteſt auocari iure commiſſi, dec 199.nu.6.& 7
Cenſus conſtitutus in contractu dotali, donec ſoluatur dos, an dicatur iuxta formam Bullæ, & habeat priuilegia Regiæ Pragmaticæ, dec. 103. per totam.
cenſus conſtitutus cum neceſſarijs requiſitis reducitur ad formam Bullæ, dec.103.nu.1
cenſus conſtitutus in contractu dotali cum requiſitis neceſſariis valet, dec.103.nu.4.cum ſeqq.
cenſus conſtitutus ex nunc pro tunc non ſoluto debito infra aliquod tempus, à quo die currat, dec.103.nu.9
cenſus annui dicuntur corpus ſeparatum, dec.115. nu 10
cenſus conſtitutus ſuper vnico prædio per plures in ſolidum, an ſit validus, latè dec. 141. quaſi per totam. Vide Plures.
cenſus non poteſt conſtitui ſuper perſona tantum, dec 141.nu.21
cenſus perempta re non perit, dec.141.nu.23.& 24
cenſus an poſſit conſtitui ſuper feudo recuperando, dec.159.nu 10 14.& 20.quod tamen intellige prout in nu.21.24.27.& 29
cenſus venditus, & exinde per emptorem alienatus, à quo redimi debeat à primo, vel ſecundo emptore, dec.143.nu.1.2.5.6.11.& 14.15.& 16
cenſus annuus debet conſtitui ſuper bonis ſuis, dec. 150.nu.1
cenſus annuus poteſt conſtitui ſuper rebus fideicommiſſo ſubiectis, dec.150. nu.4
cenſus poteſt conſtitui à domino reuocabili. Vide Dominus.
Cenſus an poſſit conſtitui ſuper aliquo iure quod ſperatur veluti ſuper iure ſucceſſionis, aut iure luendi, dec.150.nu.20
Certum pretium dicitur illud, quod ex uſu regionis rationari poterit, dec.106. nu. 20
Certum & proximum certo paria ſunt. Vide Paria.
ceſſio qualiter intelligatur facta uſufructuario. Vide uſufructuarius licet.
ceſſio quando ſapiat dationem in ſolutum, dec. 179.num.14
cicatrix difformis, & apparens, quæ dicatur, dec. 168.nu.13.& 14
citatio ſeu litera de citanda parte. Vide Lite.
Ciuis Panor. an poſſit vigore ſententiæ poſt annum conueniri exiſtente deinde M. C. extra Vrbem Panor. dec.131. nu.12. & 13. & quid hodie ſeruetur in practica, nu.23
ciuitas non habens patrimonium pro ſoluendo ære alieno collectari debet, dec.164.nu.5
ciuitas concedendo immunitatē, an dicatur donare ius exigendi gabellas, dec.173.nu. 47.& 48
ciuitas ſeu communitas intendens aliquem non eſſe immunem à gabellis agit de lucro captando, dec. 173. nu.49
ciuitas. Vide Vniuerſitas.
clauſula, feudi natura in aliquo non mutata, in inueſtitura appoſita quid operetur, dec.100.nu. 43.& 50
Clauſula, ad habendum, adiecta in donatione, ſeu fidei commiſſo, quid operetur, deciſ.190.nu. 21.23.24.25.& 26
Clauſula in fine poſita ad omnia præcedentia refertur, dec.111.nu.15. intellige prout in nu.22
Clauſula cum iurib. & pertinentiis ſuis, comprehendit iuriſdictionem, dec.114.nu.32
Clauſula ut Bancus cum pacto de non opponendo, appoſita in fideiuſſione, quid operetur, dec.126. num.1
Clauſula, pro ſe, & hæredib. an comprehendat extraneos. Vide Extranei.
Clauſula derogatoria in ſecundo teſtimonio, quid operetur, dec.132. nu.44.& 45
Clauſula, quatenus, & in quantū adiecta in appellatione, quid operetur, dec.136.n.12.13.& 14
Clauſula ſola facti veritate inſpecta, non reſpicit apices iuris, dec.137.nu
Clauſula abdicatiua in priuilegio, quid operetur, dec.138.nu.7
Clauſula, authoritate propria. appoſita in Bulla, quid operetur, dec.140.nu.13
Clauſula, ponens eum in locum ſuum, quid operetur, dec.113.nu.12

Digitized by Google

Clauſula, prout alii, in privilegio, quid operetur, dec.156. nu.28

Clauſula, nemine exempto, quid operetur, deciſ. 156.nu.8

Clauſula, ſine forma, & figura iudicii, idem eſt, quod exequutivè, dec.157.nu.32

Clauſula, quod fiat iuſtitia, appoſita in decreto Principis, quid operetur. Vide Decret.

Clauſula, omni meliori modo adiecta in teſtamento, quid operetur, dec.181.nu.35. & 36

Clericatus probatur præſumptionib. dec.113. num. 2. ſed hodie contra ſtante diſpoſitione Concilii Tridentini ſeſſ.23.c.6. maximè ubi agitur de remiſſione fori, d. dec.113. nu.2.3.& 4

Clericatus exceptio. Vide Exceptio.

clerici Rauen. vocantur Cardinales ad honorem tantum, dec.130.nu.30

clerici ſunt exempti à iuriſdictione laicorum de iure divino, dec.159.nu.22 ampl. etiã quod adeſſet conſuetudo præſcripta tanto tempore de cuius initio memoria non extaret, num.23

clericus in minorib. quando gaudeat privilegio fori, dec.113. per totam.

clericus in minorib. conſtitutus, ut gaudeat privilegio fori clericalis, quæ requirantur, deciſ.113. nu.1. & 12

clericus beneficiatus. Vide beneficiatus.

clericus non poteſt foriudicari. Vide exceptio clericatus.

clericus ad obtinendum fori remiſſionem debet probare ſervitium præſtitum eccleſiæ tempore delicti. Vide Servitium.

clericus in minorib. eccleſiæ non inſerviens, non gaudet privilegio fori, dec.113.nu.5

clericus an quis ſit cognitio ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum. Vide cognitio.

clericus ſuccedens laico cepto iudicio non declinat forum, dec.131.nu.21. ampl. etiam in cauſa feudali, nu.22

clericus poteſt filium ſpurium alere ex reditib. ſacerdotii, dec.144.nu.20. Vide Filii, & vide Donatio facta per patrem ſacerdotem.

clericus poteſt filiam inceſtuoſam dotare, dec.144. num.21. Vide Donatio facta per patrem ſacerdotem, & vide Filij.

clericus tabellionatus, ſeu notarij officium exercere non poteſt, dec.159. num.1. limit. in cauſa hæreſis, nu.7 & 8

clericus non debet exercere officia ſæcularia, dec. 159.nu.6 & 18

clericus notarius committens falſum, an puniatur à iudice laico, dec.159.nu.10.& 14.& an ab eo poſſit officio privari, nu.17

clericus, an poſſit capi à iudice laico ratione adminiſtrationis officij, dec.159.nu.12.15.& 16. & n. 19.20.& 21

clericus depoſitarius poteſt cogi à iudice laico ad redepoſitandum, dec.159.nu.16

clericus non poteſt renunciare privilegio fori, dec. 160.nu.11

cognitio an quis ſit clericus ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum, dec.113.nu 16.& 16. amp. etiam ſi cognitio eſſet ſuper veſtib.nu.18

cognitio, an appellatio ſit admittenda, cui competat. Vide appellationis cognitio.

cognoſcẽtes carnaliter mulieres honeſtas, ſive meretrices in Regno puniuntur pæna vitæ naturalis, dec.191 nu.27. ampl ſi ſint officiales, de quo vide in verbo officialis, ampl. ut etiam tali caſu procedatur ad torturam concurrentib. legitimis indicijs, nu.28. limit. niſi non conſtiterit de violentia illata, nu 34

collecta & tributa debentur deductis onerib. & expenſis, dec.112.nu. 28

committens inſultum cum mutilatione membri, vel cicatricis apparentis, & difformis qua pœna puniatur. Vide pœna.

commiſſum committitur, licet pars cenſus tantum ſolvatur. Vide Cenſus.

commiſſum. Vide Caducitas. Vide Dominus directus. Vide Sententia.

commodatarius, & inquilinus non poſſident iure familiaritatis, ſed ad eorum commodum. Vide Inquilini.

compenſatio, quando habeat locum in dote petita, dec. 189.nu.6. & 7

conatus. Vide Affectus.

conceſſio facta ſimul cum vaſallis dicitur feudalis, maximè in Regno Siciliæ, dec.200.num.18. 19.& 23

Conceſſio an ſit realis, vel perſonalis ex obſervantia ſubſequuta declaratur, dec.112.nu.35

concluſio, & ſententia æquiparantur. deciſ.137. nu.19

concubinatus magis abhorretur à iure canonico, quam ſimplex fornicatio. Vide ius canonicum.

concubinatus de iure civili an ſit prohibitus, deciſ. 151. nu.23

condemnati

Digitized by Google

INDEX.

condemnati per Syndicatores relaxantur ſub fideiuſſorib. dec.162.nu.1.& 2.limit.ſi agatur de pœna corporali, d.nu.1 limit.in reo capto,nu.3. limit.niſi fuerint condemnati ad pœnam arbitrandam per dominum Proregem, tunc enim non debent fideiuſſorib. datis relaxari ante declaratam pœnam,num.8.9.10.& 11

condemnati per Syndicatores pendente appellatione fideiuſſorib.datis relaxantur.dec.162.n.4

condemnati ad metallum tenebantur graviſſimis catenis. & verberib.afficiebantur, dec.167.nu. 8 & 9

condemnati ad remigandum efficiuntur ſervi pœna, & mortuis æquiparantur, dec.167.nu.10

Condemnati ad triremes non ſunt ſucceſſibiles,ſed admittuntur proximiores in gradu excluſo fiſco, quod tamen intellige dummodo ſint condemnati in vita,& in perpetuum, dec.167.nu. 11.12. & 14

Condemnati ad triremes in perpetuum, civitatẽ, & libertatem amiſerunt, ac etiam teſtamenti factionem activam, & paſſivam, & ſucceſſionem ab inteſtato. deciſ.167.num.13. 14. & 16. ampl.d. nu.19

Condemnati ad mortem, vel ad remigandum non poſſunt in Regno ſine licentia domini Proregis teſtari,dec.167. num.17

Condemnatio facta in expenſis ſub conditione, ſi pars acquieverit, quid operetur, dec.166.nu. 12. & 13

Conditio licet purificetur exinde, non retrotrahitur quò ad dominium,dec.148.nu.12

Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, non excludit à legato ingredientem monaſterium, dec.153.nu. 16.& 17

Conditio,ſi nupſerit,reijcitur licet mulier ingrediatur monaſterium tanquam impeditiva vita contemplativa, dec.153.nu.9.& 15

Conductio facta maiori pretio propter mutuum, ſeu exburſum, an reddat contractum uſurarium. Vide Locatio.

Conductor,ſive inquilinus non ſolvens per biennium poteſt à domino expelli. deciſ. 193. nu.4

Conductor an poſſit vilius conducere propter anticipatam ſolutionem,ſi eſt ſolitus mercari, dec. 106.nu.10.

Conductor quando dicatur in ordine, & apparatu lucrandi,deciſ.111,nu.17

Confeſſio ſuccumbentis non nocet tertio, dec.193. nu.46

Confeſſio iudicis aſſerentis ſe tuliſſe falſam ſententiam nihil operatur,dec.195.nu.1. ampl. etiam in electoribus Prælatorum num. 2

Confeſſio facta in mortis articulo alium exculpãdo an iuvet,dec.195. nu. 5.7. & 8. Vide Exculpatio.

Confeſſio qualificata dividi non poteſt, deciſ.124. nu.24

Confeſſio tutoris dicentis ſe recepiſſe, ſed ſolviſſe, an dividatur, dec.124.nu.25

Confeſſio dicentis ſe recepiſſe,ſed reſtituiſſe, an dividatur dec.124.nu.14

Confeſſio facta in ſupplicationibus præiudicat ſupplicanti dec.149.nu.16.& dec.179.nu.19

Confeſſio ficta non poteſt plus operari, quàm vera confeſſio,dec.162. nu.13

Confeſſio extraiudicialis facit inditium ad torturam,dec.170.nu.16

Confiſcatio non datur in relictis ad vitam,& quæ cum vita finiuntur, dec.165.nu.27

Confiſcatio non datur ſuper bonis acquiſitis poſt bannum. Vide Bona.

Confiſcatio non habet locum ſi pater in teſtamento diſpoſuit, quod in caſu confiſcationis, bona tranſeant in alios,& talis prohibitio valet, maxime ſi fieret vt bona conſeruentur in familia, dec.181.nu.1.& 3. Vide Pater.

Confraternitas an dicatur locus pius, dec.110.nu. 10.15

Confraternitas an gaudeat privilegijs eccleſia, & foro eccleſiaſtico, dec.110 nu.11.15.& 16

Confraternitati an competat reſtitutio in integrũ adverſus tres ſententias conformes,dec.110.nu. 8.& 9.declara tamen prout in nu. 19.& 20

Confraternitatis bona ſtabilia alienari poſſunt abſq; ſollemnitatibus,dec.110.nu.12

Hæredis appellatione an veniat fideicommiſſarius. Vide Fideicommiſſarius.

Hæredis appellatione. Vide Appellatione hæredis.

Hæredum appellatione veniunt extranei. Vide Extranei.

Hæres facit fructus ſuos de re legata,non autem legatarius,dec.115.nu.3.ampl.d.nu 3.& nu 4.

Hæres tenetur clarè exprimere in libello ſi vult eſſe hæres,dec.125.nu 8

Hæres mortuo alienante revocat feudum. Vide Feudum.

Hæretici etiam poſt mortem condemnantur, dec. 137.nu.5

Hippol Rimin,in conſi.736.ſibi contrarius,dec.181 nu.18

Hippol.Rimin.in conſi.40.reprobatur, nu.19. intellige tamen prout in nu.27.& 17.ibid.

Hippol.Rimin.in conſi.193.declaratur,nu.14.ibid

Hoſpites, & famuli an poſsideant iure familiaritatis,dec.184.nu.7

Hoſtium ſpolia cuius ſint.Vide Capta ab hoſtibus.

Hypoteca comprehendit futura dec. 118. nu.19.

Hypoteca extinguitur ſi non adſit reſervatio, & proteſtatio. dec.120.nu.6

Hypoteca,& obligatio an extinguatur, & reſolvatur,re ad dominum avocata, dec.154.num. 16. & quid in feudalibus num.17

Hypoteca, & obligatio,ſeu ius creditoris quando reſolvatur ex ſolutione non facta per debitorem. Vide Ius creditoris.

Hypoteca tranſit in quemcunq; poſſeſſorem, dec. 171.nu.10

Hypotecaria agens.Vide Agens.

Hypotecaria. Vide Actio.

I.

IGnorans non præſumitur ius ſuum remittere, & in alium conſentire, dec.151.nu.76

Ignorātia præſumitur in facto alieno, dec.154.n.6

Immiſſus in poſſeſsionem unius ex pluribus creditoribus,an proſit alijs. Vide Creditor unus.

Immunitas conceſſa officialibus intelligitur tantum de extraordinarijs,& realibus muneribus etiam quod verba privilegij, & immunitatis ſint ampliſsima,dec.158.nu.15.& 16

Immunitas eccleſiaſtica an poſsit renuntiari per cōfugientem ad eccleſiam,late,dec.169 per totam

Immunitatis privilegia ſunt à iure prohibita, dec. 156.num.4.limi.niſi ſint clauſa in corpore iuris, nu.7

Immunitatis privilegia vt odioſa ſunt reſtringenda.nu.5.& nu.30.ibid.

Immunitatis privilegia quando obrectitia dicantur,nu.6.ibid.

Immunitatis conceſsio extenditur etiam in præiudicium tertij.nu.26.ibid.

Immunitatis privilegium. Vide Privilegium.

Impedimentum non prodeſt impedito quando poteſt illud remouere, ſed non removet, dec.173. nu 11

Impeditus proprijs negotijs excuſatur à tutela, vel cura,dec.174.nu.16

Inculpatio facta in tortura dicitur ſatis debilis,& arbitrio iudicis relinquitur, dec.195.nu 10

Indignus ex quibus cauſis ſponſus dicatur reſpectu matrimonij,dec.163 nu.7.8.& 9.& nu. 24

In dubijs iudicandum eſt rem iudicatam non nocere,dec.181. nu.21

In dubijs favore rei iudicandum eſt,dec.183 nu.4

Ingrediens religionem renuntiat mundo,& vanitatibus,dec.153 nu.33

Inimicitia iudicis recuſati qualis eſſe debeat per Regiam Pragmaticam, dec.151.nu.46.& 48

Inimicitia quæ dicatur levis,vel capitalis, dec.151. nu.47

Iniunctio poteſt fieri à iudice ad exhibendum ſcripturas. Vide Iudex.

Inquilini & commodatarij non poſsident iure familiaritatis,ſed ad eorum utilitatē,dec.184.n.8

Inquilinus. Vide Conductor.

Inſtantia à quo tempore currat,dec.101.nu 21

Inſtantia perempta quando perit ius dec.173.n.12

Inſtantia non poteſt à Prorege prorogari parte non audita. Vide Prorex.

Inſtantia non perit ſi adſit impedimentum ex parte adverſarij etiam ſtante ſtatuto,dec.185.nu. 1.& 2. quid ſi impedimentum poſsit de facili ſubmoveri,num.3.& 4. quid autem ſi intervenerit

Digitized by Google

nerit proteſtatio, nu. 5. 7. 8. ſed quid in prima inſtantia, nu. 6. & 9
Inſtantia in cauſis ſummarijs currit à die præſentationis memorialis, vel commiſſionis Principis, dec 185 nu. 10. & 11
Inſtantia. Vide Terminus.
Inſtrumenta facta per clericum notarium ſunt valida, dec. 159. nu. 9
Inſtrumentum an poſſit exequi contra fidei commiſſarium. Vide Exequutio.
Inſtrumentum probat contra producentem, dec. 144. nu. 6
Inſtrumentum redditur falſum ex dictis teſtium inſtrumentalium, dec. 170. nu. 7
Inſtrumentum impugnatum à teſtibus remanet ſine ſollemnitate teſtium, nu. 8. & 9 ibid.
Inſultum committens cum mutilatione membri, aut cicatricis difformis, & apparentis qua pœna puniatur. Vide Pœna.
Intereſſe lucri ceſſantis probatio. Vide Probatio.
Intereſſe lucri ceſſantis definitio quæ in deciſ. 111. nu. 6
Intereſſe lucri. Vide Lucrum.
Intereſſe verbum comprehendit lucrum ceſſans, & damnum emergens, dec. 111. nu. 13
intereſſe de intereſſe quando debeatur, dec. 124. nu. 30
Interpellatio an requiratur ad ratificandum actum. Vide Ratificatio.
Intimatio facta debitori cenſus per emptorē, quid operetur, dec. 143. nu. 10. & 13
Inveſtitura fit ad confirmationem Regiæ conceſſionis, non autem ad derogationem donationis, dec. 114. nu. 39
Ioannes de Montoya & Cardona Præſidens Regiæ Cameræ Summariæ laudatur, dec. 151. nu. 12
Iudex eccleſiaſticus in declaratione facienda, an quis ſit clericus debet vocare, & audire iudicē ſecularem, vel eum cuius intereſt, dec. 113. nu. 19
Iudex laicus ſummariè cognoſcere poteſt de clericatus antequam faciat remiſſione, nu. 20. ibid.
Iudex declinatus æquiparatur iudici recuſato, dec. 117. nu. 4
Iudex an debeat de neceſſitate pronuntiare ſuper incidenti, & emergenti. dec. 125. nu. 5. 9 4. limit. num 6
Iudex poteſt cogere partes ut declarent libellum obſcurum, nu. 9. ampl. nu. 10 ibid.
Iudex in articulo tangente aliquo modo merita cauſæ, an poſſit eſſe iudex in ipſa cauſa deciſo articulo, dec. 129. per totam.
Iudex eſt ſuſpectus ſi iudicavit in cauſa connexa, nu 1. & 2. ibid.
Iudex qui iudicavit in cauſa ſimili eſt ſuſpectus, nu 3 & 6. ibid.
Iudex præparantis eſt iudex cauſæ præparatæ, nu. 7. & 14. ibid.
Iudex qui iudicavit in præparatorijs, iudicat in meritorijs nu. 8. ibid.
Iudex in cauſa poſſeſſorij eſt iudex in cauſa petitorij, nu. 9 ibid.
Iudex qui iudicavit ſuper pecuniola non eſt ſuſpectus in cauſa meritorum, nu. 12 ibid.
Iudex pronuntians ſuper alimentis debitis filio iudicat etiam ſuper filiatione, nu. 15. ibid.
Iudex in cauſa abſolutionis iuramenti eſt iudex in cauſa reſciſſionis contractus. Vide Epiſcopus.
Iudex in exequutione ſententiæ latæ coram iudice laico in cauſa monaſterij, an ſit ipſe eccleſiaſticus, dec. 1 1. nu. 10
iudex ordinarius repræſentat magiſtratum; dec. 135. nu 60
Iudex invitus cogitur ad ius dicendū. dec. 135. n. 60
Iudex appellationis cognoſcit tantum de diſcuſſis in primo iudicio. dec. 136. nu. 3. & 9
Iudex non poteſt dari contra mortuum, dec. 137. nu. 12
Iudex ſi eſt inimicus, aut conſanguineus, vel advocatus dicitur ſuſpectus, dec. 151. nu. 7
Iudex ſuſpectus iuriſdictionem habet, licet elidibilem, nu. 18 ibid.
Iudex qui prius fuerat advocatus in cauſa, an poſſit allegari ut ſuſpectus à cliēte, nu. 35. & 41. ibid
iudex tenetur iudicare ſecundum acta, & probata, nu. 36. ibid.
Iudex qui prius fuerat advocatus poteſt excuſari in cauſa ſui clientis, nu. 53. quod intellige prout in nu. 54. ibid.
iudex qui prius vti advocatus intervenerat in collegio & conferenda cauſa non apertè ſe declarans poteſt recuſari, nu. 55. quod intellige prout in nu. 56. ibid.
Iudex poteſt recuſari ab eo, qui litem cum ipſo habet, nu. 58. ibid.
Iudex qui iudicavit in cauſa ſimili, an poſſit recuſari, nu. 59. & quæ dicatur cauſa ſimilis, nu. 63. ibid.
Iudex qui in primo iudicio cauſam terminaverat eſt ſuſpe-

Digitized by Google

eſt ſuſpectus in iudicio appellationis, num.60. ampl.nu.61.ibid.
iudex litigans cauſam ſimilem, ut priuatus poteſt recuſari,nu.62.ibid.
iudex decidens cauſam ſtatim poſt recuſationem videtur ſuſpectus,nu.64.ibid.
iudex ut Deus iudicare debet, dec.152,nu.24
iudex in iudicando non debet recedere à communi opinione dec.153.nu.17
iudex non poteſt minorare pœnas indictas per Pragmatica. Vide Pœna.
iudex remittens exactionem gabellæ tenetur de proprio,dec.156.nu.2
iudex facta præuentione nullitatis debet ſuperſedere in exequutione ſententiæ, dec.157. nu.15. & 17.quod tamen intellige prout in nu.16
iudex auocata cauſa ad ſuperiorem non poteſt amplius ſe ingerere,dec.nu.6
iudex delegatus poteſt interloquutoriam reuocare ſicut ordinarius,dec.178.nu.3
iudex poteſt iniungere & ſtatuere terminum parti ad exhibendum, & præſentandum ſcripturas ſub pœna priuationis audientiæ, deciſ.187. nu.9.11.& 12 ampl. etiam ſi iudex unica monitione iniungat,nu.10
iudex non tenetur decidere ſuper exceptione, dec. 187. nu.20
iudices plures ordinarij,vel delegati quando dicãtur inſolidum conſtituti, dec.135.nu.58
iudices plures delegati ſi in aliquo actu rogentur qualiter illum explicare debeant,nu.64.ibid.
iudices,vel officiales non poſſunt ſe ipſos in ſuſpectos ſponte reddere,deciſ.151.nu.1. & nu.20.& 21.limit.nu.2.limit.nu.4.8.& 9
iudices ordinarij quando efficiantur delegati,dec. 178.nu.2
iudices tres aut plures ſi ſinguli ad diuerſam pœnam reum condemnauerunt, an mitiorem exequi debeant,& quid in criminalibus. Vide Pœna.
iudicis manus ſunt ligatæ poſt declinatoriam fori, vel recuſationem factam,dec.127. nu.3.& 4
Iudicis aſſertioni non creditur,quod ſimilem cauſam votauerit non conſtito de alio, dec.151.n.65
Iudicis confeſſio. Vide Confeſſio iudicis.
Iudicatum ſoluere promittens intelligitur de primo iudicio,& non ſecundo. Vide Promittens.
Iudicij ratificatio. Vide ratificatio iudicij.
Iudicium eſt legitimè intimandum, dec.101. nu.3
Iudicium ſi eſt nullum omnia corruunt, deciſ.101. num.4
Iudicium agitatum cum legitimo contradictore nocet tertio. dec.114.nu.27
Iudicium de futuro,& incertum non valet, deciſ. 118.nu.3.& 4 quod tamen intellige prout in nu. 14.17.21.26.27.& 28
Iudicium ordinarium fieri non poteſt abſq; conſenſu actoris habentis exequutiuum, deciſ.157. num.34
Iura adaptantur ad ea quæ frequentius accidunt, dec. 106.nu.48
Iura actiua, & paſſiua tranſeunt in hæredem, dec.146.nu.1
Iuramentum non defertur vbi agitur de intereſſe lucri ceſſantis,dec.111.nu.4
Iuramentum præſtari debet per viduam declinãtem forum Principis, quod,ſ. perhorreſcit potentiam aduerſarij,dec.127. nu.11. quod etiam procedit in tutore pro pupillo, vel in procuratore generali,num.12.ſed hodie in Regno hoc non ſeruatur,nu.13
Iuramentum corruit eo morbo quo principale, dec.140.nu.7
Iuramentum in litem præſtatur ob dolum contra falſum procuratorem, dec.179.num.3 quod tamen intellige prout in nu. 32
Iuris canonici diſpoſitio fauorabilis eſt amplianda,dec.144.nu.19
Iuriſdictio præſumitur ex exercitio iuriſdictionis in loco, dec.114. nu.5.& 6
Iuriſdictio arguitur ex creatione officialium. Vide Officialium.
Iuriſdictio denotatur ex emiſſione bannorum. Vide Bannorum.
Iuriſdictio,& ſubiectio ſignificatur ex iure paſcendi.Vide ius paſcendi.
Iuriſdictio innuitur ex cognitione delictorum. Vide Delictorum cognitio.
Iuriſdictio arguitur ex ipſo ſcarnaggiare. Vide Animalia ſcarnaggiare.
Iuriſdictio, ſeu ſubiectio denotatur ex ſolutione decimarum. Vide Decima ſolutio.
Iuriſdictio, ſeu ſubiectio præſumitur ex inciſione lignaminum. Vide Lignamina incidere.
Iuriſdictio ſeu dominium an præſumatur ex prohibitione venationis. Vide Dominum.
iuriſdictio ius paſcendi, & ſimilia quanto tempore præſcribatur,dec.114.nu.18

iuriſ.

Digitized by Google

iuriſdictio in conceſſione Caſtri intelligitur conceſſa,nu. 30. & 31 ibid.
iuriſdictio in conceſſione Fortilitij,ſeu territorij intelligitur conceſſa, nu 33.ibid.
iuriſdictio contra vaſallos conceditur ſuper feudis maximè in Regno Sicilia,dec.200 nu.18
iuriſdictione conceſſa non intelligitur comprehenſum dominium ſupremum, Vide Dominium
iuriſdictione conceſſa à Principe non videtur conceſſa pœna delicti, quæ tempore conceſſionis erat delictum. Vide Princeps.
ius releuij. Vide Releuium.
ius retractus. Vide Retractus.
ius congrui quando confundatur ex emptione. Vide Actio iuris congrui.
ius paſcendi ſignificat ſubiectionem, & ſignum iuriſdictionis,dec.114 nu.10
ius paſcendi iuriſdictio, & ſimilia quanto tempore præſcribantur. Vide Iuriſdictio.
ius paſcendi, vel lignandi aut ſeminandi comprehenditur ſub conceſſione feudi, dec.114. num.37
ius competens de futuro an poſſit deduci in iudicium latè,dec.118. Vide Iudicium de futuro.
ius luendi eſt pars rei,dec.118.nu.2
ius offerendi competit creditori hypothecario, dec. 119.nu. 1
ius offerendi an competat creditori ad recuperandum rem emphyteuticam, dec.115. num.10.12. & 35
ius offerendi. Vide Creditor.
ius reluendi. Vide Actio reluendi.
ius canonicum ſeruandum eſt in vtroq; foro in materia filiorum,dec.114 nu.12
ius perſonale non tranſit in vſufructuarium, dec. 146.nu. 11
ius creditoris quando reſoluatur ex ſolutione non facta per debitorem,dec 154 nu.18.19
ius emphyteuticum eſt indiuiduum, dec.199.nu.3
ius canonicum magis abhorret concubinatum quam ſimplicem fornicationem, dec.152.nu.12
iuſta penſio. Vide Penſio.

L.

LAicus delinquens cum clerico an remittatur ad eccleſiaſticum iudicem,dec.138.nu.6
Lana dicitur dum non eſt contexta, licet ſit filata, dec.139.nu 12
Lapſus termini. Vide Terminus.
Lata culpa. Vide Culpa.
Latro captus cum re furtiua an puniantur à capiente, vel ſit remittendus Baroni,dec.147.nu. 3.4 6 & 10. Vide Remiſſio.
Latro publicus non dicitur qui duo tantum furta commiſit,dec.147.nu.7. limit. quò ad obtinendam immunitatem eccleſiaſticam,nu.9
Latro publicus non dicitur qui ſemel in campis cum violentia furatus fuerit, & quid quoad pœnam,nu.11.ibidem.
Latrones publici non remittuntur Baronib. nu.2
Latrones publici, & famoſi an in Regno puniātur à capiente non facta remiſſione Baroni, num 5. ibidem. Vide Remiſſio.
Laudimij exigendi ſpes. Vide Spes.
Laudimium an debeatur ex emphiteuſi in dotem data à patre,dec.149.nu.1. & 8
Laudimium an debeatur ex alienatione neceſſaria, nu 8.ibid.
Laudimium debetur à marito pro emphiteuſi extimata ſibi in dotem tradita, ſecus ſi detur res inextimata nu.3.5. & 12. quod tamen intellige ſequuto matrimonio,nu.6.ibid.
Laudimium iterum debetur ſi poſt dotationem emphiteuſis extimata in dotem data reſtituatur vxori per maritum,nu.7.ibid.
Legalis ſcientia. Vide Scientia legalis.
Legata ſorte principali an veniant uſuræ, dec.115. nu.5 ſed diſtingue prout in nu.11
Legatarij damnum. Vide Damnum proueniens.
Legatarius non facit fructus ſuos de re legata, ſed hæres. Vide Hæres.
Legato cenſu an penſiones decurſæ viuo teſtatore pertineant ad hæredem, vel legatarium, deciſ. 115 quaſi per totam.
Legato frumento. Vide Frumento legato.
Legatum rei emphiteuticæ factū Eccleſiæ valet nō obſtante prohibitione. Vide Emphiteutica res.
Legatum factum pro maritagio, ſeu matrimonio debetur etiam, pro monacatu, & ſic tam pro matrimonio carnali, quam ſpirituali, dec.153. nu.1.& 6.ampl. nu.5.7.13.15. & 16
Legatum pro maritagio quando intelligatur etiā pro matrimonio ſpirituali, aut carnali,num.8. & quaſi per totam,ibid.
Legatum factum puellæ in mille ſi contrahat matrimonium, & in centū ſi efficiatur monacha, nihilominus mille debentur etiam quod efficiatur monacha,nu.9.10. & 11.ibid.

Digitized by Google

Legatum latè interpretatur propter præſumptam affectionem, nu.5.ibid.

Legatum an competat monaſterio durante vita monialis, nu.25.ibid.

Legatum latè interpretatur favore religionis, nu.21.ibid.

Legatum relictum filiæ cenſetur donatum animo compenſandi cum dote, dec.200 nu 8

Legatum factum filiæ ſpuriæ revocatur ultra ſummam alimentorũ dec 144.n.12. Vide Donatio.

Leges ubi prohibent, an partes poſſint renuntiare, dec.151 nu.13

Leges Hiſpaniarum puniunt filias matrimonium contrahentes invitis parentibus, dec.163 nu.5.& 6, & tale ſtatutum valet, nu,17. & 18. Vide Statutum.

Legis condendæ facultas. Vide Facultas.

Legitima diverſimodè taxatur uni, vel pluribus filijs, dec.107.nu.4

Legitima vivo patre non poteſt confiſcari, dec 165. nu.12.ampl.etiam quod pater in vita filio legitimam aſſignaſſet, num.12. & quid ſervet Magna Curia in caſu ſimili, dec.181 nu 3

Legitima tranſmittitur ad hæredes extraneos, dec.181.nu.3

Legitima reſectio onere poteſt à filio peti, nu.5.ſed quid in fiſco, nu 6.& 9.ibid. Vide Fiſcus.

Legitima non patitur aliquod onus aut gravamen, ſed libera debetur, dec.181.num.4.ampl. quod tale gravamen ipſo iure reijcitur quò ad ipſum filium non quo ad alios, nu.13. & 14. limit. niſi filio ſatis plus relinquatur quàm ipſa legitima, nu.28.29.30. & 33. limit. quando utile eſt ipſi filio etiam reluctanti, num.20.21.25. & 26. quod tamen intellige prout in num.22. & 23

Legitima ſine onere peti non poteſt niſi à filio, nu.17.ibid.

Legitima & trebellianica requirit expreſſam diſpoſitionem, dec.190.nu.28

Legitima filio incorporata nullum habet privilegium, nu 29.ibid.

Legitima comprehenditur ſub generali bonorum hypoteca, nu.30. Item ſub renuntiatione ſucceſſionis delata, nu.31. Item ſub generali ſucceſſione, vel donatione, num 33. Item ſub ſimplici alienatione, num.32. Item ſub generali bonorum filij publicatione ſi eſt quæſita, numer.34. ibid.

Legitima competit ſuper bonis allodialibus Baronis, dec. 200 nu.54

Legitimam detrahendi ius tranſmittitur ad hæredes, dec.181.nu.7

Legitima oneris reſectionem an poſſit fiſcus petere. Vide Fiſcus.

Læſio enormiſſima. Vide Damnum.

Lex.2.C.de reſcind.vendit.quando locum habeat Vide Remedium.

Lex nova interpretatur ſecundum leges antiquas, dec.112.nu 34

Lex velocius operatur quàm homo, dec 119.nu.5

Lex ſeu conſtitutio Leonis Imperatoris vim legis non obtinet, nec ſervatur, dec.132.nu.33

Lex in favorem alicuius introducta non debet in eius damnum retorqueri, dec.107.nu.3 & 11

Libelli ſeparatio à partibus petita requirit iuſtam cauſam, dec.133 nu.22

Libellus non debet eſſe obſcurus. Vide Actor.

Libellus unicus an ſufficiat ubi petitio eſt contra plures, & diverſas perſonas, dec.133.nu 1 2.& 3.cum ſeqq.& nu 17

Libellus unicus an poſſit dari, & præſentari contra plures poſſidentes, nu.1.2.4.& 6 & num.15. 16.17.& 18.ibid.

Libellus unicus an poſſit dari pluribus opponentibus, dec.133.nu.7.8.& 9 & nu.12 13.& 19

Libellus unicus poteſt dari contra plures adminiſtratores eiuſdem officij, nu.10.limit.nu.11.ibid.

Libellus unicus quæ inconvenientia afferre poſſet, nu.14.ibid.

Libellus unicus dandus eſt quando parti intereſſet, nu.21 ibid.

Libellus unicus contra plures conceditur quando æquitas ſuadet, & favor publicus nu. 23. ibid.

Libellus unicus ſi cõtra plures proponatur poſſunt ab illis diverſæ defenſiones proponi. Vide Plures conventi.

Libellus unicus an detur contra plures ubi petitio dependet ex eadem cauſa, dec.133.num.5.& 26. & 1.9

Liber Argentariorum quando fidem faciat, dec. 135.nu 3

Liberatio facta tutori à teſtatore ad quæ extendatur, dec 174 nu.8

liberatio facta tutori an extendatur ad dolum præſumptum, nu.6.18.19.20.& 21.ibid.

Liberatio non comprehendit dolum præſumptum futurum, num.9.ampl.num.11.& 12. intellige

tamen

Digitized by Google

tamen prout in nu.16.& 17.ibid.
Libertas non venditur auro, dec.180 nu.20
Lignamina incidere ſignum eſt ſubiectionis, dec. 114 nu.16
Lis morte rei finitur, dec.137.nu.2. quod intellige prout in nu.3
Lis non conteſtatur in cauſis ſummarij, dec.185. nu.12
Literarum ſuperſeſſorialium praxis. Vide Praxis.
Literarum reintegrationis forma. Vide Forma.
Literæ manutentionis poſſeſſionis non praiudicant in petitorio, dec.114.nu.55
Literæ ordinationũ quando probent. dec.144.n.7
Literæ de citanda parte ad introducendum proceſſum appellatum, an debeant expediri infra terminum quinquaginta dierum, dec.178 n.8.
Litiſconteſtatio fieri debet cum perſona legitima aliàs ſententia eſt nulla, dec.101. nu.2. & 4
Litiſconteſtatio non requiritur in cauſis eccleſia, nu.16.& 20.ibid.
Litiſconteſtata vim qui actus habeăt. Vide Actus.
Litiſconteſtatio non fit in cauſis ſummarijs, dec.131 nu.1. Vide Cauſa, ſed quid in feudalibus. Vide Infra proximè.
Litiſconteſtatio an requiratur in cauſis feudalibus, nu.2.ibid.
Litiſconteſtatio fieri poteſt per procuratorem, nu. 6.ibid.
Litiſconteſtatio in cauſa vxoris, an fieri poſſit per maritum.nu.3.4.14.& 15 ampl.nu.16.ibid.
Litiſconteſtatio ex quo actu in cauſis ſummarijs inducatur, dec.185.nu.13
Locatio facta vilsori pretio propter mutuum, ſeu exburſum, an reddat contractum uſurarium, & quid è converſo in conductione, dec. 106. nu. 11.14.& 16
Locatio ratione mutui extorta etiam iuſta mercede facta dicitur uſuraria.nu.17.ibid.
Locatio ex pacto de mutuando ſi penſio non eſt iuſta redditur uſuraria. Vide Pactum.
Locatio ſi eſt iuſta, licet interveniat mutuum nõ committitur uſura. Vide Vſura.
Locationis contractus an poſſit reſcindi ob metũ, vel læſionem latè, dec.140 per totam.
Locator tenetur ad intereſſe lucri ceſſantis ſi conductor non potuit uti frui re ſibi locata, dec.111. nu.11
Lucrandi apparatus in conductore quando videatur. Vide Conductor.
Lucri ceſſantis intereſſe definitio. Vide Intereſſe.
Lucri ſubſtãtia qualiter probetur. Vide Probatio.
Lucrum, & damnum ſunt correlativa, dec.111.n.1
Lucrum ceſſans qualiter probetur. Vide Probatio.
Lucrum non dicitur quod ſuppoſitum eſt periculo, dec.111.nu 9
Lucrum ceſſans non competit cum non apparet de certitudine lucri, nu.10 ibid.
Lucrum in quo conſiſtat, nu.10.ibid.

M.

MAgna Curia in ſententijs ubi declarat bona cecidiſſe in commiſſum ſolet de æquitate con-concedere terminum ad purgandum moram, dec.101.nu 1
Magna Curia non poteſt praiudicare Regio fiſco, dec 124.nu 56
Magna Curia in Remiſſionibus vaſallorum quid ſervare ſolet, dec.147.nu.23
Magna Curia cognoſcit de exceſſibus Officialium non facta remiſſione Baronibus, dec.147.num. 24.& quid in Regno Neapolitano, nu.26. Vide Remiſſio.
Magna Curia, & Conſiſtorium procedit ſola facti veritate inſpecta, dec.171.nu.15
Magna Curia ex forma Ritus 182. habet cognitionem ſi ab eius ſententia ſit appellatio admittenda. Vide Ritus.
Magna Curia in caſu confiſcationis circa bona filijfamilias, ſeu eius legitimam quid ſervare ſolet, dec.181 nu.3
Magna Curia in Regno cognoſcit de exceſſibus officialium Baronum, & ſi debeant ſuſpendi, vel privari ab officio, dec.188.nu 21.lim. niſi Barones habeant merum & mixtum imperiũ, n.24
Magna Curia in Regno tranſmittit Sindicatores ad ſindicandum Officiales Baronũ non habentium merum & mixtum imperium, deciſ.188. nu.23
Magna Curia praxis circa modum procedendi ex abrupto. Vide Praxis, & vide Officialis delinquens.
Magiſter notarius M R.C. debet recuſari ſervata forma Pragmatica ſi recuſatio non eſt notoria, & uti perpetuus non poteſt mutari, ſed declarato ſuſpecto eligitur vnus de eius Archivio, dec. 151.nu.91 92.& 93.& nu.97
Magiſtri notarij perpetui proventus qui ſint, n.94

Digitized by Google

& alio ſubrogato propter eius ſuſpitionem ad quem ſpectent, d. nu. 94. & nu. 95. & 96. ibid.

Maioratus ſubrogatus, & permutatus ſine Principis licentia non ſapit naturam ſubrogati, nec vales talis ſubrogatio, & permutatio deciſ. 200. nu. 37. & 38

Maiori ſummæ minor ineſt, dec. 183. nu. 2

Mala fides impedit præſcriptionem etiam mille annorum, dec. 114. nu. 44

Mala fides probatur ex invaliditate tituli, deciſ. 114. num. 41. & 43. vbi notatur cauthela pro Advocatis.

Mala fides excluditur vbi actus fiat palam, deciſ. 124. nu. 26. & quando dicatur fieri palam. Vide Palam.

Malæ fidei poſſeſſor conſtituitur à die litis conteſtata, deciſ 131. nu. 9

Mandatum ex verbis enuntiativis notarij non dicitur probatum, dec. 101. nu. 29. ampl. nu. 30

Mandatum datum infra certum tempus non valet ultra illud, dec. 1.0. nu 17

Mandatum ſuſcipiens ſi non adimpleat, tenetur ad damna, & interſſe, dec. 177. nu 11. ampl. nu. 13. & 14

Mandatum ſuſcipiẽs adimplere cogitur, licet ſuſcipere non teneatur, dec. 177 nu 12

Manus iniectio competit adverſus quemcunque tertium poſſeſſorem, dec. 101. nu. 6

Maritus in cauſa vxoris an poſſit ſine mandato litem conteſtari. Vide Litis conteſtatio.

Maritus poteſt comparere pro cauſa vxoris, & dicitur legitimus procurator vxoris, non autem è contra quamvis non adſit mandatum, dec. 131. num 14. & 17

Maritus an poſſit citari pro vxore lite cum ea non conteſtata, dec. 1 1. nu. 4. & 5

Maritus malè utens ſubſtantia ſua tenetur ad reſtitutionem dotium. Vide Dotis reſtitutio.

Maritus quando dicatur malè uti ſubſtantia ſua, dec. 142 nu. 8. & 11

Maritus ob vergentiam ad inopiam debet reſtituere bona ſua pro quantitate dotis tantum, ne alij creditores mariti fraudentur, deciſ. 142. nu. 12. limit. hodie in Regno ſtante pacto ad diſcurſum, nu 13

Maritus quando teneatur aut laudimium. Vide Laudimium.

Maritus, & vxor an poſſint innovare dotationẽ in præiudicium emphiteutæ, dec. 149. nu. 10. & 11

Maritus quando dicatur indignus reſpectu matrimonij. Vide Indignus.

Maritus poſſidet bona vxoris iure familiaritatis, deciſ. 184. nu. 11. ampl. etiam ſi fructus percipiat, nu. 12. item amplia etiam ſi per maritum bona fuiſſent vxori reſtituta conſtante matrimonio, nu 18

Maritus eſt adminiſtrator bonorum vxoris, nu. 15. & 16. ibid.

Maritus dote conſtituta in certa ſumma dicitur debitor pretij, dec. 194 nu. 2

Maritus ſi tenetur reſtituere dotem, vel prætium, reſtituendo rem deterioratam ad quid teneatur, nu. 3. 11. 12 & 13. ibid.

Maſculus bannitus ſtante ſtatuto non excludit fœminas, dec. 165. nu. 18

Mater non poteſt cogi invita ſuſcipere tutelã, dec. 174. nu 9

Mater an poſſit relinquere filijs ultimi matrimonij totam dotem excepta legitima pro filijs primi matrimonij, dec. 175. nu. 2. 3. & nu. 14. 15. & 16. & nu. 25

Mater ſecundo nubens non poteſt ſecundo marito donare. ſecus in filijs, dec. 175. nu. 6 & 7

Mater interveniens cum patre in dotatione filiæ cenſetur fideiutrix, dec. 189. nu. 8. ampl. etiam ſi mater ſolverit dotes, quia habet actionem negotiorum geſtorum contra maritum, nu. 9

Mater tutrix præſumitur ſibi ſolviſſe de dote. dec. 189. nu. 2

Materia donec perveniat iuxta finem proximum retinet nomen ſuum, dec. 139. nu 11

Matrimonij libertas impediri non poteſt, dec. 163. nu. 12. & 14

Matrimonium contractum invito patrẽ validum eſt, dec. 163. nu. 16

Matrimonium ſpirituale dicitur matrimonium. Vide Nuptiæ.

Mauri Vide Turca.

Membri appellatione an veniat digitus, dec. 168. nu. 4. 5. 6. 10. 11. & 12

Metus, & verbera ad reſcindendum contractum debent in proceſſu in ſpecie conſtare, deciſ. 140. nu. 15. & 17

Metus dans cauſam contractui vitiat illum, dec. 140. nu. 16

Milites tratenuti qui dicantur, dec. 173 in princip.

Milites quando dicantur extare in exercitio belli. Vide Reſtitutio in integrum.

Milites

Digitized by Google

Milites qui actu militant reſtituuntur in integrũ, dec.173.nu.4. Vide Reſtitutio in integrum.
Milites noſtri temporis an gaudeant priuilegijs antiqua militia, dec.173. nu.5.6.7.8.& 19
Milites an excuſentur ab exemptione Vectigaliũ, & onerum patrimonialium, nu.15.ibid.
Milites tratenuti dicuntur ſtipendiati,nu.17.ibid.
Milites ſtipendiati recedentes ſine licentia ſuperioris ammittunt ſtipendium,nu.17.ibid.
Milites tratenuti gaudent priuilegijs militũ clauſis in corpore turis,nu 18.20.& 23.ibid.
Milites Veri dicuntur qui ſine periculo à ſignis ſuis diſcedere non poſſunt nu.19.21. & 22.ibid.
Milites commorantes in Ciuitate tempore pacis non deſinunt eſſe milites,nu.24.ibid.
Milites honorarij non gaudent priuilegijs militum,nu.25.ibid,
Milites honorarij qui dicantur nu.26.ibid.
Milites tratenuti ad nutum domini Proregis mittuntur ſuper Regijs triremibus cum alijs militibus,nu 27.ibid.
Milites ſtipendiati qui ſtant in exercitu,Vel in cuſtodia Arcis, Vel Ciuitatis gaudent priuilegijs militum,nu.28.& 29.ibid.
Milites tratenuti in Regno ſtant pro cuſtodia domini Proregis,& ponuntur in numero aliorum militum,nu.30.& 31.ibid.
milites exiſtentes in exercitio militia dicuntur eſſe in expeditione,nu.33.& 34.ibid.
milites petentes immunitatem non agunt de lucro captando,ſed de damno Vitando,nu.44.ibid.
milites ſunt immunes à muneribus perſonalibus nu 13 ibid.
miniſtri ſaculares promiſſiones ſeruare non tenentur,dec 169.nu.15
minor quando indefenſus in iudicio dici poſſit,dec. 101.nu 8
minor reſtitutionẽ in integrum petere debet infra quadriennium,tam agendo,quam excipiendo, dec.101.nu.4
minor & eccleſia aquiparantur circa reſtitutionẽ in integrum,dec.110.nu.2
minor alienare non poteſt pro faciendo magnum lucrum,dec.121.nu 3
minor non reſtituitur contra mandatarium,ſed contra tertium,dec 140. nu.18
minor reſtituitur in termino conuentionali deciſ. 160.36
Minor reſtituitur aduerſus recuſationẽ omiſſam. Vide Reſtitutio.
minor an poſſit foriudicari. Vide Sententia foriudicationis.
minor ex contumacia non poteſt condemnari ad mortem, dec.161.nu.1.& 14
minor dicitur Verus contumax, quando ita fuit declaratus,dec.161.nu.9.& 11
minor confeſſus, ſeu conuictus de homicidio non poteſt ad mortem condemnari, nu 12 ibid.
minor in Regno non poteſt contrahere ſine authoritate iudicis,Vel curatoris,dec.186. nu.20
miſſus. Vide Immiſſus.
modi procedendi ex abrupto praxis M. R. C. contra Officiales in criminis falſi, ſeu ſtuprantes Virgines cum Violentia, aut conuerſantes cum bannitis. Vide Praxis.
modus procedendi ex abrupto nullis datis defenſionibus ad torturam eſt antiquiſſimus in Regno,dec.101.nu 1
modus procedendi ex abrupto ſumpſit originem ex Cap. Regis Io. 49. quod fuit decretatum tantũ in crimine laſa Maieſtatis, dec.191. n 2.& 3
modus procedendi ex abrupto de iure communi habet locum contra graſſatores, latrones publicos,& alios mala conditionis, & forma, num. 4.ibid.
modus procedendi ex abrupto in Regno ſeruatur quaſi in omnibus caſibus, nu.5.ibid.
modus procedendi ex abrupto tranſiuit in Vim legis,nu.5.ibid.
modus procedendi ex abrupto ex qua cauſa eſt introductus,& dilatatus,nu.7.11.& 12. ibid.
modus procedendi ex abrupto ſeruatur, & declaratur etiam in Regno Neapolitano ex praeminentia Magna Curta Vicaria,nu.6.& 7.ibid.
modus procedendi ex obrupto ſeruatur etiam in alijs locis,nu.9.& 10.ibid.
modus procedendi non immutat naturam cauſa, nu.22.ibid.
modus procedendi dato termino, & ex abrupto aquiparantur. Vide Proceſſus.
modus procedendi ex abrupto declaratur , num. 23.ibid.
moleſtia Verbum. Vide Dictio.
monachus,qui primus erat notarius.Vide Notarius
monarium, an excludatur ob conditiones qua ſapiunt naturalitatem, dec.153. num.18.20.21.& 24.& nu.28.31.& 36
monaſterium Verbis expreſſis debet excludi à teſtatore,nu.13.17 & 13. & nu.28.30.31.ibid.

Digitized by Google

monaſterium, quando habeatur loco filij, dec.152. nu.29 limit. ibid.

mora committitur per recuſantem reſtituere bona, & tenetur ad fructus. Vide recuſans.

mora, quando purgatur adverſus terminum ad ratificandum dec.150.nu.37

mora purgari poteſt per creditorem coloni, dec.154 num.3

mora in non ſolvendo canones poteſt purgari, & ita quotidie practicatur in Regno, dec.193. nu. 33. & 34

mora an committatur abſq; interpellatione, num. 26.& 83.ibid.

mora fit per litis conteſtationem, nu.17 ibid.

mora adverſarij in iudicijs allegari debet, dec.137. num.14

mors debet conſtare ex actis ad infringẽdam ſententiam, nu.15.ibid.

mors civilis æquiparatur naturali, dec.165.n.18

mortis caſus, vel remotionis æquiparantur. Vide Paria.

mortuo uno ex Bancherijs, ſeu Argentarijs, an expiret Banchus, dec.135.nu.8.& nu 68

mortuus non præſumitur ſe occidiſſe conſcientia perpetrati criminis, dec.123.nu.10

mulier tenetur ex obligatione facta cum viro ſi eius bona poſſideat.dec.141.nu.36. ampl.nu.37

mulier non poteſt eſſe procuratrix ad lites, dec.174 nu.5. & 6.limita in matre, nu.17

mulier dicitur nubere monaſterium ingrediendo, dec.153 nu.2.& 3

mulier aſſerens fuiſſe ſtupratam cum violentia, an probet, dec.191.nu.33

mulier non poteſt ingredi poſſeſſionem rei dotalis authoritate propria, dec.195.nu.11

mulieres in Regno ſolent in minori ætate nubere, dec 163.nu.13

mulieris obligatio eſt nulla ſtante Conſuetudine Panormitana. Vide Conſuetudo.

multiplicatio cautionum non alterat diſpoſitionem, dec.141.nu.18

munera ordinaria, quæ dicatur, dec.156.n.11.& 14

munera ordinaria quilibet tenetur ſolvere, & nemo eſt exemptus etiam domus Auguſta, deciſ. 156.nu 12

munera perſonalia, vel mixta, quæ dicantur, dec. 173.nu.52

mutua quæ fiunt in Monte Florentiæ, vel Venetiarum, an ſint licita, dec.115.nu.9

mutuans ſolitus negotiari, an poſſit aliquid accipere ratione lucri ceſſantis, vel damni emergẽtis. Vide Negotiator ſolitus.

mutuum ſeu exburſum, aut anticipata ſolutio, quando det cauſam contractui, dec.106.nu.9

mutuum ſi interveniat in locatione iuſta non contrahitur uſura. Vide Vſura.

N.

NAtt. Amad. à Pont. & Boſſ. reijciuntur. Vide Boſſ.

Naturales filij. Vide Filij.

Naves, & ſimilia ſua habent nomina propria, ut cognoſcantur, & ne error capiatur in corpore, deciſ.182.nu.34. & 35

Negotiari ſolitus an poſſit aliquid accipere ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis, & quid in Regno, dec 101.nu.37.38.& 39

Notarij torti, & negatives cum proteſtatione præiudicium probatorum non condemnantur ad pœnam ordinariam, ſed arbitrio iudicis, dec. 170.nu.19

Notarij ſcriptura prævalet dictis teſtium, maxime quando agitur criminaliter dummodo eius perſona non ſit ſuſpecta, nec appareat conſuetum eſſe ſcribere falſa, nu 22.& 3.ibid.

Notario magis creditur quam teſti quo ad effectũ probationis, non autem quo ad condemnationem de falſo.nu.4.& 5.ibid.

Notarius effectus monachus cogitur ad reaſſumẽdum inſtrumentum coram iudice laico, deciſ. 159.nu.13

Notarius clericus. Vide Clericus.

Notarius ex dictis teſtium inſtrumentalium non poteſt puniri de falſo, dec.170.num.6.quod tamen intellige prout in nu.20

Notarius probata falſitate inſtrumenti puniri debet de falſo, nu.15.ibid.

Notoria iniuſtitia æquiparatur nullitati, dec.158. nu.27

Notoria iniuſtitia, ſeu nullitatis, quæ dicatur, nu. 30.ibid.

Novatio ubi facta fuerit, an poſſit agi primævis actionibus, & quid ſi unus contractus eſt diverſus à primo, dec.119.nu.6. & 18

Nullitas non poteſt allegari ab eo, qui dedit cauſam nullitatis, dec 113.nu.21

Nullitas proceſſus. Vide Proceſſus.

Nulli-

Digitized by Google

Nullitas actorum. Vide Acta.

Nullitatis cauſa an ſit ordinaria, dec.125.nu.1.& 2. Vide Cauſa nullitatis.

Nullitatis cauſa ſi concernat plura capita qualiter ſit procedendum, nu.11.ibid.

Nuptiæ ſpirituales dicuntur nuptiæ, dec.153. numer.14.

O.

OBlatio facta verbo an ſufficiat in retractu, dec. 148 nu 8

Obligatio facta poſt mortem, an operetur, dec.122 nu.4

Obligatio & promiſſio de reſtituendo facta penes acta Curiæ habet exequutionem paratam, dec. 126.nu 2

Obligatio uxoris ſimul cum viro bona ſua hypothecando eſt nulla, dec.140. nu.1. ampl.ſtante Conſuetudine Panormitana,21.nu.2

Obligatio ſecunda pro exolvendo primam factam per pupillum, vel mulierem valet, deciſ. 140.nu.14

Obligatio diverſarum perſonarum in effectu eſt unica obligatio, dec.141.nu.13 & 16

Obligatio perſonalis in cẽſu annui redditus, poteſt ſtare cum obligatione rerum non autem ſola, dec.141.nu 21.Vide Cenſus.

Obligatio facta ſub conditione ea purificata valet, dec.150.nu.25

Obligatio purificata conditione retrotrahitur ad tempus contractus, dec.150.nu.26

Obligatio ſeu diſpoſitio reciproca cum ſit favorabilis neminem lædit, dec.146.nu.22.& 23

Obligatio non oritur ex actu nullo, dec.179.num. 31

Obligationes ſecundum ſe tot ſunt, quot ſunt perſonæ, dec.141.nu.9 & 11

Obligationis verba ſunt ſtrictè intelligenda, deciſ. 182. nu. 11. ampl. etiam in fideiuſſionis contractu, nu 12. & 13

Oblivio ex lapſu decennij præſumitur, deciſ.132. nu.48

Obſervantia ſubſequuta declarat an conceſſio ſit realis, vel perſonalis, dec.112.nu.35

Occidens foriudicatum proditoriè, vel odio privato auferendo veſtes, an debeat puniri, dec.104. per totam.

Occidens foriudicatũ ex odio, & inimicitia particulari puniri debet, nu.2. intellige prout in nu.7

Occidens foriudicatum auferendo veſtes, an puniatur, nu.4.& 8.ibid.

Occidens foriudicatum proditoriè. Vide Foriudicatus.

Occidens ſeipſum præſumitur occidiſſe ex dolore non conſtito de crimine, dec. 123. nu.19

Officia committi non debent perſonis non ſubditis, dec.159.nu 19

Officiales propoſita accuſatione, vel proſequutione, an, & quando debeant officio privari, vel ſuſpendi, aut carcerari, dec.188. nu.16.17.18.28. 29.& 30

Officiales an poſſint à ſuis Baronib. ſuſpendi ab officio, vel ſpectet hoc ad Magnam Regiam Curiam, nu.20.21.22.24.25.26.& 28

Officiales Baronis non remittuntur Baroni, ſed cognoſcuntur per M. R. C. Vide Vaſallus officialis.

Officiales Regni. Vide Conſiliarij.

Officiales ſupernumerararij Vide Conſiliarij.

Officiales condemnati per Sindicatores. Vide Condemnati.

Officiales & miniſtri ſeculares promiſſiones ſervare non tenentur. Vide Miniſtri.

Officiales per annum tantum conſtitui poſſunt, & ultra ambientes puniuntur, dec.188. nu.1.2 & 5 ampl.etiam hodiè in Regno, nu 3

Officiales mutantur in Regno in primo Septembris, nu.4. ibid.

Officiales refirmari non poſſunt vno reluctante, dec 188 nu.6

Officiales eligi non poſſunt ad beneplacitum per Barones, nu.7.& 8.ibid.

Officiales non poſſunt ſubſtitui ad beneplacitum per Barones, nu 8. ibid.

Officiales debent vocare per biennium, licet hoc malè ſervetur in Regno, nu.9 & 10.quod intellige prout in nu.11.& 12.ibid.

Officiales abſoluti à Sindicatoribus, an poſſint ad aliud officium promoveri ſequenti anno, nu.11. 12.ibid.

Officiales Baronis non poſſunt ob delicta ab officio removeri, niſi finito, nu.13 limit.in gravibus delictis & exceſſibus, vel pro cauſa pro qua venirent officio privandi, nu.14 & 15

Officialis delinquens ſub prætextu officij, an poſſit nullis datis defenſionibus torqueri, & ſic procedi ex abrupto, dec.151.nu.13

Officia-

Digitized by Google

Officialis quando dicatur delinquere ſub prætextu officij, nu.16. ibid.
Officialis cognoſcens carnaliter mulierem ſub prætextu officij punitur pœna vitæ, etiam quod ſit Cuſtos carcerum, vel mulier ſit meretrix, nu.17. 18 19. & 29. quod tamen intellige prout in num. 21.22 23.24. & 26 ibid.
Officialis Conſiliarius. Vide Conſiliarius.
Officialis ex pluribus eodem die creatis illi præfertur qui prius erat doctoratus, dec.130. nu.23
Officialis remittens gabellam. Vide Index.
Officialis immunitas. Vide Immunitas, & Vide Conſiliarij.
Officialium creatio in loco denotat iuriſdictionem habere in eodem loco, dec.114. nu.7
Officij ſuſpenſio quid operetur, dec.188. nu.19
Officij privilegium. Vide Privilegium.
Officia proventus quando poſſunt vendi, deciſ.171. nu.95
Officium Argentariorum à publico procedentium publicum eſt, dec.135. num.2. Vide Bancherius, & vide Argentarius.
Officium tabellionatus eſt vile, cum tabellio dicatur ſervus publicus, dec.158. nu.3. & 4
Officium tabellionatus eſt ſeculare, dec.159. nu 5
Onus ſolvendi æs alienum non tranſit in vſufructuarium, ſed in heredem, dec.146. nu.2
Onus omne, & gravamen à legitima rejicitur. Vide Legitima.
Opinio illa quæ in iudicando recipitur tenenda eſt licet contraria ſit communior, dec.157. nu.25

P.

Pacta adiecta in favorem venditoris præſumi faciunt contractum uſurarium, dec. 106. nu.22
Pacta exorbitantia non poſſunt apponi in contractib. per adminiſtratores, dec.112. nu.2
Pacta adiecta in contractu annui reddituo pro ſecuritate cenſus ſunt valida, dec.141. nu.20
Pacta in contractu aſſecurationis adiecta in pœnalia ſunt, dec.137. nu.2
Pactum de mutuando in contractu locationis ſi penſio non eſt iuſta reddit contractum uſurarium, dec.216. nu.18
Pactum, ut poſſit mutuans ſolutas ingerere aliquid accipere ratione lucri ceſſantis valet, nu. 38. ibid.
Pactum adiectum in contractu locationis, quod circa damna, & intereſſe credatur iuramento conductoris, an extendatur ad lucra ceſſantia, & damna emergentia latè, deciſ.111. quaſi per totam.
Pactum quod de damnis, & intereſſe credatur iuramento damnum paſſi, an extendatur ad damna paſſa ex cauſa evictionis ſequuta, num.3. ibid.
Pactum quod de damnis, & intereſſe credatur iuramento damnum paſſi qualiter in praxi fuerit receptum, nu. 23. ibid.
Pactum de non opponendo, & clauſula ut Bancus in fideiuſſione appoſita quid operentur. Vide Clauſula, & Bancus.
Pactum quod res emphiteutica non poſſit alienari in Eccleſiam, ſeu alias ſimiles perſonas potentiores an ſit validum, dec.128. nu.5 & 11 quod tamen intellige prout in nu. 13
Pactum quod res emphiteutica non alienatur in Eccleſiam non eſt contra libertatem eccleſiaſticam, nu 6 ibid.
Pactum quod ſocietas tranſeat ad heredes non valet, dec.135. nu.19
Pactum de non opponendo deficiente via executiva nihil operatur, dec.157 nu 12. ampl. etiam quando creditor præventus inceperet à probatione, nu.14
Pactum quod in cauſa confiſcationis bona tranſeant in alios valet in præiudicium fiſci. Vide Confiſcatio.
Pactum quod Dominus directus authoritate propria ingredi poſſit poſſeſſionem rei emphiteuticæ eſt ſolitum apponi in inſtrumentis emphiteuticis, & quid operetur, & ſervetur, deciſ.193. nu. 5. & nu.35. & 42. Vide Dominus directus.
Pactum, ſeu pacti verba debent intelligi ſingula ſingulis referendo. Vide Verba pacti.
Palam fieri quando dicatur, dec 114. nu.21
Par agnum ut nihil pars relinquatur arbitrio iudicandi, dec.207 nu.13
Pars ſcit tutorem mortuum, vel remotum, aut inventarium non deſendere, dec 211. nu.6
Pars ſcit non eſſe, vel nolle comparere, deciſ.211. num. 7
Pars ſcit aliquid eſſe certum, vel proximum certo, dec.208. nu.46
Pars ſcit alterius remedium non habet, vel habere, ſed non exceptiones excludi, dec.133. nu.10
Pars ſcit cenſum imponere, & imponenti conſentire,

Digitized by Google

ſentire, deciſ.141. numero 87

Parata ſunt ſolvere, vel quod Bancherius ſe ſcribat debitorem conſentiente creditore, dec.177 nu. 2 & 3. & quid ſi campſor, ſeu Bancherius, cui literæ præſentantur, decoxerit, num.4. ſed quod ſi campſor non ſit debitor mandantis, num.5.6. & 7

Parte non apponente multa conceduntur, dec.157. nu.29

Pater poteſt promittere certam ſummam quolibet anno, donec ſolvatur dos filiæ, dec.103. nu.2. & 8

Pater poteſt relinquere filijs naturalib. deciſ.152. num.6

Pater exiſtentib. filijs legitimis quid relinquere poßit filijs naturalib dec 152. nu.11 & 12. ampl. etiam de iure canonico, nu.13

Pater non debet abſtrahere filias ab ingreſſu religionis, dec 153. nu.12

Pater canones non ſolvens præiudicat filijs etiam via reſtitutionis in integrum, deciſ.154. numer. 33.34

Pater an teneatur dotare filiam quæ nupſit indigno, dec.163. nu.1.2 3.10.11.13. & 35

Pater poteſt iuſtis ſuaſionib. impedire filiam ne indignum maritum accipiat, dec.163. nu.15

Pater an poßit in teſtamento excludere fiſcum à portione filio competenti in caſu confiſcationis, & quid in legitima, dec.181. quaſi per totam.

Pater quando dicatur dotare filiam de bonis proprijs tantum, dec.186 nu.1.5.6 & 7

Pater an poßit authorizare filiam in cauſa propria, nu.22.32.24.25. & 26 ibid.

Paternum eſt officium dotare filiam, non autem maternum, nu.3 ibid.

Pecunia exigenda à debitoribus dicitur hypothecata, dec.118. nu.20

Pecuniola conceditur tribus requiſitis invenientibus, dec.120 nu.11

Pœna applicata Regi, in Terris Baronum, an competat Baroni, vel Regi, dec.145. nu 5.8.9.21.22. 28. & 29

Pœna ſtatuti pertinet ad ſtatuentem, nu.14. ibid.

Pœna eſt acceſſoria dominij reſervati, nu.15. ibid.

Pœna delicti de iure communi impoſita tranſit in conceſſionarium, nu.29. ibid.

Pœna unciarum quinquaginta imponitur recuſantibus iudices, & officiales abſque cauſa, dec. 151. nu.5

Pœna emittentium ictum ſcloppetta, vel baliſta eſt pœna vita, deciſ.155. num.1. ampl. etiam ſi ictus non percuſſerit nu.2. lim. niſi accidentaliter, & in rixa ictum emiſerit, tunc enim non pœna ordinaria Pragmaticæ punitur, ſed alia quæ de iure ſtatuitur, nu.11. & 13

Pœna vitæ impoſitam per Pragmaticam 3. de ictu ſclopeta, an intelligatur de morte civili, vel naturali, nu.11 23.25. & 26. ibid.

Pœna capitis intelligitur de morte civili, num.22. ibid.

Pœna ultimi ſupplicij eſt mortis naturalis, dec.155. nu.27

Pœna Pragmatica de ictu ſclopeta ubi non interveniant vulnera ex ipſo ictu ſolet minorari in Regno conſulto tamen Principe, nu.28. & 29. ibid.

Pœna triremium cuius pœna loco ſucceſſerit, deciſ. 167. nu.1 2.3.4.5. & 7

Pœna damnationis in metallum, vel opus metalli hodie non eſt in uſu, nu.6. ibid.

Pœna inſultantis aliquem apoſtato modo cum mutilatione membri, aut cicatricis difformis, & apparentis in facie eſt amputatio manus, in cuius locum hodie in Regno fuit ſubrogata pœna triremium, & contra iſtos proceditur ex abrupto, dec.168. nu.1.2 & 3. ſed quid ſi non membrum, ſed digitus mutiletur, nu.4.5.6.10.11. & 1 . & quid in debilitante membrum, nu.9. quid autem ſi percußio non ſit facta cum armis, ſed cum lapidibus, nu.15

Pœna mitior an exequi debeat ſi tres, aut plures iudices ſinguli ad diverſam ſummam reum condemnaverunt, dec.183. nu.1. & 3

Pœna impoſita ipſo iure non poteſt exequi abſque ſententia declaratoria, dec.195. nu.22

Pœna mitior in criminalibus, an exequi debeat ſi plures iudices ſinguli ad diverſam pœnam reum inquiſitũ condemnaverunt, dec.183. nu.5.6. & 9

Pœna indictij per Pragmaticas non poſſunt à iudice minorari, dec.155. nu.30

Pendentia cauſa quando inducatur, dec.187. nu. 14. & 15

Penſio iuſta dici poterit habito reſpectu ad expenſas, laborem, & periculum, dec.106. nu.36

Penſio ut dicatur incongrua eſt in arbitrio iudicis, nu.24. ibid.

Penſionarij, an contribuant in ſolutione charitativi ſubſidij, dec.212. nu.19

Periculum nominis ad quem ſpectet ex in ſolutum datione, dec.179.nu.10.11

Periculum nominis debitoris ex datione inſolutū ſpectat ad ceſſionarium,ſecus exceſſione, nu.16. 17.18.& 19.ibid.

Periculum aſſecurationis quotuplex eſt,deciſ.197. nu.13

Piratæ inſequentes turchas,qui in terram fugiendo appulerunt,an illos habere debeant , vel ſint capientis,dec.120 quaſi per totam.

Plures conventi unico libello poſſunt diverſas defenſiones proponere, dec.133. nu.24

Plures inquiſiti de uno delicto an remittantur ſinguli ad ſuos iudices competentes, dec.138.nu 4

Plures ſubiugantes an teneantur ſinguli ſuum prædictum ſubrogare,dec.121.nu.2.& 5.& nu.15.& nu.31. & 32

Plures correi admittuntur pro ſecuritate cenſus, nu.10 ibid.

Poſſeſſio continuatur in hæredem ſcriptum per cap. Regni,dec.110.nu.24.ampl.nu.25

Poſſeſſio continuatur in fideicommiſſarium ſtante ſtatuto continuante in hæredem, dec.122.nu.9. ampl.nu.10

Poſſeſſio quæ transfertur per conſtitutum eſt vera, & realis,dec.143.nu.7.& 8

Poſſeſſio arguitur ex fructuum perceptione , deciſ. 184.nu.13. limit. niſi iure familiaritatis percipiat,nu.14

Poſſeſſor manutenendus eſt in ſua poſſeſſione pendente articulo præiudiciali, dec 110.num.21.& ibid. latè declaratur.

Poſſeſſor rei dicitur legitimus contradictor , deciſ. 114.nu.25

Poſſeſſor malefidei in retractu dicitur à die depoſiti,dec.184.nu.3

Poſſeſſor rei emphiteuticæ tenetur ad cenſus præteritos,dec.171.nu.11.ampl.nu.14

Poſſeſſor tenetur rei tenetur ad tributa præterita, nu.16 ibid.

